VITA BEATAE MARIAE VIRGINIS, AUCTORE M. PETRO A...

Pedro : de Goñi

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
24 B
1

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

N9

VITA
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS,

AVCTORE

M. PETRO A GOGNI
& Viguria POMPELONENSI, Collegialis
Ecclesiæ loci Gollano Rectore.

AD INVICTISS. PHILIPPVM III
Hispaniarum & Indiarum Regem
Catholicum.

Cum triplici Indice.

Bibl.. Sect.
BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE
Coll. Rom.

Soc. Jesu

ANTVERPIAE,
Ex Officina Typographica Martini Nutij,
ad insigne duarum Ciconiarum,
Anno M.D C. VIII.



LICENCIA.

DOn Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Nauarra, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ierusalem, de Portugal, de Granada, de Toledo, de Valecia, de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarbes, de Algecira, de Gibraltar, de las islas de Canaria Orientales y Occidentales, islas y tierra firme del Mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brabante, de Milan, Conde de Absburg, de Flandes, y de Tirol, Señor de Viscaya y de Molina, &c. Por quanto de parte de vos el Licenciado don Pedro de Goñi nos fue hecha relacion, que teniades vn libro por vos compuesto, intitulado Mariæ Virginis purissimæ Dei matris vita, attento lo qual nos supplicastes os mandassemos dar licencia y facultad para lo hazer imprimir y vender, o como la nuestra merced fuesse. El qual visto por el Regente y los de nuestro consejo, y auiendo hecho la diligencia que la pramatica nuevamente por nos hecha dispone cerca de la impression de los libros: fue acordado que debiamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, por la qual os damos licencia y facultad para que por esta vez podais hazer imprimir el dicho libro, sin que por ello incurrais en pena alguna, con que la dicha impression se aga cõforme al original, que está en el dicho nuestro consejo, en que estan rubricadas todas las ojas y firmado al fin del por nuestro secretario infrascripto, y con que despues de impreso no se pueda vender ni venda sin que se traiga al dicho nuestro consejo, para que se vea si la dicha impression está conforme al original, y

se tasse el precio à que se ha de vender cada volumen so pena de caer è incurrir en las penas contenidas en la dicha pramatica y en dies mil marauedis para nuestra camara y fisco. Dada en la nuestra ciudad de Pamp.so el sello de nuestra camara, à primero de Hebrero de mil seis cientos y vn año.

Don Iuan de Cordona,

El licenciado Liedena
el licenciado Subiça
El licenciado P. Manso.
El licenciado Lope Arebalo de Cuaçu.
El licenciado Ioan de Ybero.

Por mandado de su Magestad su Viso Rey y Regente y los de su consejo Real en su nombre.

Iosephe de Aragon Secretario.

CEN-

CENSVRA OPERIS.

VIdi, legi, & perlegi ex iussu & commissione regii & supremi huius nostri regni Nauarræ senatus Petri de Goñi Dialecticæ & naturalis Philosophię magistri de beatissimæ Virginis Mariæ vita commentum materia graue, elegans stylo, peritia, & dicendi modo placidum & suaue, doctorum & sanctorum allegatione & indubitatum & frequens, ingeniosum discursu, varia consideratione, & meditatione deuotum, & quod maximũ est, nihil Ecclesiæ sanctissimæ, œcumenicorum conciliorum sanctionibus, doctorum antiquorum placitis habens aduersum, sed ex his omnibus autor velut apis argumentosa flores suauissimos decerpens suauissimum omni Catholico & fideli palato fauum construxit, dignumque vt prælo & typis mandatum omnium teratur manibus decreui. In hoc sancti Iacobi Pompelonẽsis Dominicano cœnobio. 28 Nouembris anni 1600.

Fray Iuan de la Peña.

AD INVICTISSIMVM PHILIPPVM TERTIVM HISpaniarum & Indiarum Regem Catholicum.

IVre quidem optimo, Rex inuictissime, hic de cæli Regina cõmentarius, ex sacris monumẽtis & sanctorũ Patrum dictis ac placitis collectus, dicatur tibi diuinæ Virgini addictissimo, ob idq; Regi maximo & Augustissimo, in cuius laudibus illa èst omnium maxima, quòd semper Christum Opt. Max. intueris, eiusq; Virginem matrem ardentissima pietatis significatione cæteris ad imitandum propositus veneraris. Vt interim omittam reliquas tuas laudes, quarum es gloria præstantissimus. Quibus si abundas, mirum non est, cùm hanc vnam, quæ omnes complectitur, semper studiosissimè colueris. Hæc Christianæ religionis lux, quæ in tua mirabiliter elucet maiestate, illustrauit etiam magnos duces, potentissimos Reges, inuictissimos

Im-

Imperatores, clara ex Austrica familia mille ducentos viginti & amplius annos Catholica ortos: imprimis autem Philippum II Regem Maximum Patrem tuum, immortalitate dignissimum, & Carolum V. inuictissimum Imperatorem sacræ maiestatis tuæ auum omni sæculorum memoria celebrandum. Qui orthodoxam fidem & Apostolicam Romanam veritatem non solùm sanctissimè & religiosissimè coluerunt, verùm etiam pro illa defendenda, propaganda, & amplificanda Christianæ religionis hostes terra mariq; represserunt, domuerunt, fregerunt, & nullo eos passi loco consistere, funditus euerterunt. Quorum omnium laudes, Rex potentissime, in te vno verissimis coloribus expressas videmus; ita tamen, vt in te sint, quæ ad illos redundent, ornamenta. Quibus expolitus eris & diu in terra felicissimus, & æternum in cælo beatissimus gratia & benignitate Regis Regum Iesu Christi Mariæ Virginis filij, quem cum Patre & Spiritu sancto præpotẽtem Deum decet omnis honor & gloria, nunc & in diem æternitatis. Amen.

Inuictissimæ maiestati tuæ Catholicæ

seruus addictissimus.

CANDIDO
PIOQVE LECTORI.

SI Socrates (quem veteres eius Philosophiæ partis, quæ ad vitæ honestatem pertinet, inuenien-di principem fecerunt) turpe iudicauit, & indignum, idq; meritò pie Lector, homines officio neglecto (in quo colendo sita vitę est honestas omnis, & in negligendo turpitudo) in naturæ tantum perueſtigatione versari, quantopere Christi fideles queri possunt de illis, qui in Christiana educti schola ingenij doctrinæq; ornamenta ad res potiùs conferunt humanas, quàm diuinas? Ergo omnes, qui Christiana professione censentur, in primis autem sacerdotes ea debent potissimùm studia amplecti, ea, si animum ad scribendum appulerint, literis illustrare, quæ spectent, & valeant, ad æternam salutem, cuius rei causa præcipuè homo conditus, atq; ad imaginem & similitudinem Dei creatus est, comparandam. Quod si veteres in tantis tenebris, in tam miseranda noctis caligine, naturæ solùm lumine illustrati, tot præclara posteris ingenio doctrinaq; pepererunt, quantopere fideles, quibus Christi Iesu Seruatoris nostri diuinæ liberalitatis lux est oborta clarissima, eò incumbere debent, vt ingeniorum aciem in eas res intendant, quæ spectant & valent ad bene beatéque viuendũ? Omnis enim doctrina, omnis sapientia, nisi eò referatur, inanis prorsus est iudicanda. Quæ certè cogitatio animum meum impulit ad aliquid in hoc genere scribendum. Cùm autem multa sint ad no-

Cic. li 1 de offi.

ſtram doctrinam diuinitus literis mandata; tum vel maximè Chriſti Ieſu liberatoris noſtri, eiuſq; ter maximæ Virginis matris vita, mores, & geſta, quæ aſſiduè legere, cogitare, & quoad poſſumus ſanctè religioſéque colere imitariq́ue debemus. Quòd ſi res ab Alexandro, Cæſare, cæteriſq; Imperatoribus inani ſuperſtitione imbutis, qui orbem terrarum ſui nominis fama non ſapienter quidem, ſed ſtultè (nam hîc, vbi non ſunt, memorantur; & vbi ſunt, perpetuóque erunt, cruciantur) impleuerunt, res inquam geſtas victoriaſq; humani generis plurimo ſanguine deportatas libenter legimus, quanta nos animi propenſione, quanto ſtudio, & alacritate, quæ Dei gloriam illuſtrant, & ſalutem noſtram continent, non ſolùm legere, ſed etiam amare, colere, ſuſpicere, & ſequi decet? Hæc planè cura, ſi ad immortalitatem peruenire volumus, *noſtros animos ſolicitos habere debet. Nam cùm ideo nos effinxerit Deus, vt cæleſtes ſimus, & diuinæ naturæ conſortes, ea debemus colere ſtudia, quæ filios ſempiterni Dei Spiritu regeneratos maximè decent.* Id quod diui diuaeq; omnes, dum vita mortalis ſuppeditauit, quàm diligentiſſimè præſtiterũt; imprimis verò ſacrata Angelorum Regina, quæ quandiu vixit, cœleſtibus ſemper fuit educata cogitationibus, & præſtantiſſimis, Deoq́; cuius mater eſſe meruit, gratiſſimis intenta actionibus. In quibus excellentes virtutum imagines, ad ardentes ſui Deiq́; in nobis excitandos amores, veriſſimis coloribus expreſſas videmus. Cuius vt vitam ſcriberem, mihi venit in mentem. Nam etſi nemo eſt tanta diuinitate

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

uinitate ingenij, aut tam admirabili dicendi facultate præditus, vt de diuina Virgine differere pro dignitate valeat: nemini tamen deest, vel ob id, quia omni laude maior est, eius laudandę facultas. Quid quòd Angelorum Regina ardentes ad eam rem desiderijs nostris admouet faces? Immo sic statuo, qui magnitudine rerum franguntur, & hoc timore se ad alia quæuis potiùs, quàm ad Christianæ dignitatis ornamenta literis illustranda conferunt, non modestiæ solùm & verecundiæ sibi laudem non parare, sed reprehensionem etiam interdum impietatis subire. Multa quidem nobis ad eam rem proponũtur exempla clara & illustria sanctorum Patrum, atq; eorum, qui illorum vestigia sunt persecuti. Qui indignum ducentes res, quæ ad dignitatem Christianæ religionis non pertinerent, stylo celebrare, multa ingenij monumenta partim culta oratione, partim etiam horrida & impolita, plenissima tamen grauitatis & ardentissima pietatis significatione commendata posteris reliquerunt. Eo certè vehementiùs ad huius operis faciendi cupiditatem exarsi, quo feliciùs procedunt labores Virginis causa susceptι. Quòd si Deus vult in Sanctis suis laudari, quantopere suam gloriam in Virgine matre, quę Sanctis omnibus amplitudine dignitatis supra modum excellit, par est celebrari? Huius augustissimæ Imperatricis cælo terraq; radiantis, quam Deus nobis & præsidium & exemplum constituit, historiam texere cogitaui, ex sacris literis & præstantissimis sanctorum Patrum monumentis depromptam. Nam cùm ea, quæ Dei diuinæq; Virgi-

nis

nis sunt, humana nullo modo ratio assequi possit, in iis par est, illos cõsulere, quibus se Deus suaq; consilia patefecit. Quos nisi duces sequare, haud dubiè errabis, laberis, decipieris. Sed nostra ab immaculatę Virginis ortu inchoata ad Assumptionem vsq; ducitur, & illic terminata historia concluditur. In qua nonnullæ excitantur cogitationes ad Virginis laudes pertinentes, & adhibentur cohortationes ad eas virtutes, quæ in illa mirificè fulgent, imitandi studium attinentes. Fructus enim, qui ea historia capitur optimus atque præstantissimus, honesta est & probata vita: quam ad certam rationis normam dirigere debemus, & ad illorum, quorum egregia facta miramur, exempla conformare. Nam & Christi eiusque virginis Matris vita non ad cultum solum, & venerationem nobis proposita est, sed etiam ad imitationem. Qui enim Opt. Deum, eiusque magnam matrem Mariam, & Sanctorum omnium, qui illorum vestigia sunt persecuti, vitas laudat, hunc decet eos, quos colit & veneratur, quoad possit, imitari. Præclarè dixit Cicero, *historiam vitæ lucem & magistram esse*: docet enim degendæ vitæ regulam & legem. Iam cùm omnes diuorum vitæ nobis ad imitandum proponãtur: tum vel maximè, si Christum excipias, diuinæ Virginis vita sanctissima. In qua tanquam in exemplari formam honestatis, quæ quid corrigere, quid effugere, quid sequi debeamus, ostenderet, nobis constituit Deus. Reperies igitur, beneuole Lector, varios Virginis virtutum flores suauissimo odore respersos, & vitam atque spiritum omnibus, ad quos illorum

D. Gre. pp. in præfat. lib. moral. ad Leãdrũ Episcopum.

D. Chrysost. ser. de mar tyr. To. 3.

Lib. 2. de orat

rum

rum diuina fragrantia dimanat, afflantes. Moretur huiusmodi florum fasciculus, vt Christi bonus odor esse possis, inter vbera tua more illius, quæ sponsi amore saucia dicebat: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, & inter vbera mea commorabitur*. Dedi autem operam, vt hanc historiam pura castaque oratione conscriberem, quo auidiùs & iucundiùs legi posset. Quam submitto sanctæ (quę omnium vna & summa est magistra) Ecclesię Romanę, & cuiusuis alius equi iudicis censurę. Suscipe igitur pie beneuoléque lector hilari vultu, serenaque fronte hos meos quales, quales labores, sacrāq; Virginem augustè sanctéque venerare, eiúque quàm potes diligentissimè te commenda, ipsius, quoad eius fieri possit, virtutes effinge, vt dignus sis, pro quo illa filium suum Dominum nostrum Iesum Christum deprecetur. Cui vtinam seruire conuiuereque liceat æternum. Amen. 1. Cor. 2. Cāt. 1.

IN-

INDEX CAPITVM ET SELECTARVM EX SINGVLIS CAPITIBVS ANNOTATIONVM, *quæ studiosis maximè conferant.*

Deprecatio ad Iesum.

1 Omnium rerum initium à Deo ducendum.
2 Omnia vitę consilia ad Deum referenda.
3 Nomen Iesu salutare.
4 Nomen Iesu omnibus venerandum.
5 Fidem Catholicã profitetur, Deum diuosque omneis cõtestãs.
6 Veritatis vis.

Præfatio ad Virginem.

1 Nemo quidquam nisi duce Deo scire potest.
2 Cęlestes spiritus Virginẽ pro dignitate laudare non possiunt.
3 Maria virgo secundùm Deum maior omnibus.
4 Virginis laudatoribus vita æterna proposita est.
5 Deprecatio ad Virginem.
6 Maria refugium nostrum.
7 Mariæ beneficia.
8 Maria vnicum malorũ leuamen, eiusque in nos merita.
9 Securus cum Maria transigas.
10 Omnes gentes & nationes Virginẽ colunt.
11 Quæ Virgo amat, & quæ odit.
12 Pietas & cultus Virginis aduersarium vincit.
13 Sermo ad Virginem.

Caput

Caput 1. de mundi creatione, de felici primi hominis, contraq; post peccati lapsum misero & infelici statu.

1 Mundi creatio.
2 Adæ creatio.
3 Paradisus terrestris.
4 Adæ cur vetitus à Deo arboris fructus.
5 Adæ felix status.
6 Eua formata ex costa Adę.
7 Iusticia originalis.
8 Inuidia diaboli homo in culpam actus.
9 Adam in ruinã lapsus.
10 Adam pulsus è paradiso cum Eua.

Caput 2. de perditi hominis in pristinum statum restitutione.

1 Hominis lapsi erectio.
2 Homo imago Dei.
3 Tres virtutes diuinitus animę infusę.
4 De⁹ homo factus propter homines.
5 Tres virtutes diuinę.
6 Fides quid sit.
7 Charitas.
8 Spes.
9 Consciencię vis.
10 Fides fundamentum salutis.
11 Fides quæ nobis credenda proponit.
12 Spes quæ nobis speranda proponit.
13 Charitas qualis esse debeat.
14 Simulatio fugienda.
15 Fides viua sit oportet ad salutem.
16 Error hæreticorum circa fidem ab Ecclesia damnatus Fabiano Pontifice Max.
17 Veritas simplex est.
18 Filius Dei quare homo factus est.
19 Symbolum Apostolorum.

Caput 3. per Virginem matrem homo in pristinum dignitatis statum restitutus est.

1 Per Mariam virginem Deus humanum genus

nus saluauit.
2 Mariam quæ præsignarint.
3 Maria à Prophetis prædicta.

Caput 4, quo demonstratur, Mariam virginem ex clara & antiqua Iudæ tribu ortam esse.

1 Nobilitas laudabilis.
2 Maria nobilissima.
3 Iudæ familiæ omnium clarissima.
4 Mariæ genus & familia.
5 Christiani gentiles Abrahami filij, non sanguine sed fidei imitatione.
6 Iudæi reprehenduntur.
7 Maria orta de tribu Iuda.
8 Virginitas perpetua Mariæ.
9 Per Mariam virginem mortales consecuti sunt salutem.
10 Tribus Iudæ laudatur.
11 Pharao Hebræos persequitur.
12 In Iuda familia nati laudantur.
13 Calebi virtus.
14 Tribus Iuda laudatur.
15 Nobilitas etiam in sacris literis laudatur.
16 Iudæi infideles.
17 Vetus lex figura nouę legis, idq; pulchra similitudine declaratur.
18 Christiani ad Iudę familiam pertinent.
19 Iudę familię vera laus.
20 Maria illustriũ Prophetarum & Regum propago.
21 Parentes virginis qui.
22 Ioachimus ex Abrahæ semine.
23 Annę beatissimæ patria Betlehem.
24 Anna ex tribu Leui.
25 Anna primũ sterilis.

Caput 5, de cõceptione virginis Mariæ.

1 Anna Virginis mater.
2 Mariam peccati origi-
nalis-

nalis expertem fuisse, argumentis ac testimoniis cõprobatur.
3 Christi caro ex Virginis carne formata.
4 Quanto splendore decorata Maria, vt primùm concepta est.
5 Maria concepta, summo gaudio eius parẽtes perfusi.
6 Per Mariam Satanæ erepta potestas, & cælum mortalibus patefactum.

Caput 6. de natiuitate Virginis.

1 Dies natales Mariæ Virginis.
2 Maria rosa suauissimo fragrans odore.
3 Quo imperãte, & quibus consulibus, nata beata Maria.
4 Mariæ natiuitas auroræ comparatur.
5 Maria lux & aurora.
6 Mariæ ortum dæmones perhorrescũt, homines lætantur.
7 Fidelis quisq; in huius auroræ luce cibũ, qui non perit, operatur.
8 Lætitia ex Mariæ ortu percepta comparatur cum rebus lætissimis.
9 Mariæ partus bonorum omnium causa.
10 Maria lux & aurora.
11 Anna felix & Ioachimus, quibus gratiæ aguntur, ob Mariam mundo datam.
12 Mariæ cunabulis Angeli assistunt.
13 Mariæ infantia.
14 A Maria Satanæ erepta potestas.
15 Angelorum lætitia ob Mariæ ortum.
16 Maria in infantia sapere capit.
17 Mariæ aspectus & splendor.
18 Maria perfectionis imago, sanctificationis arca, amplitudo.

Caput 7. præsẽtationis beatæ Mariæ Virginis.

1 Maria quotennis templo præsentata.
2 Marię præsentatio Deo grata.
3 quindecim templi gradus conscendit, quod mysterium innuit.
4 Maria gloriæ tẽplum, eius studia & mores.
5 Maria tota Deo consecrata, De iq; amore flagrans.
6 Maria tempus in horas sapientissimè partiebatur.
7 Maria ab infantia Spiritu sancto plena.
8 Maria Dei thalamus, eius exemplum & virtutes.
9 Mariæ vox, & consuetudo iucunda.
10 Maria fons perennis gloriæ.
11 Mariæ similis nec prima nec sequens visa est.
12 Mariæ virginitatis fama.
13 Maria omnium virtutum plena arca.
14 Mariæ sensuum custodia, silentium, & facundia.
15 Mariæ autes à Spiritu sancto verba accipiebant.
16 Mariæ vox suauis & potens.
17 Maria virginum exẽplum, eius humilitas, & modestia, abstinentia, vigilantia, & cibus.
18 Mariam aluit Angelus in templo.
19 Quæ sunt Virginum epulæ.
20 Gula execrabilis.
21 Mariæ vestitus, institutio.
22 Maria vnica filia, eiusq; parentum ætas & mors.
23 Anna vnica Virginis mater.
24 Ioachimi ætas.
25 Nomen fratris & sororis in sacris literis ad co-

ad cognatos etiã extenditur.

Caput 8. de Virginis corporis statura, deq; illius oris venustate & pulchritudine.

1 Mariæ pulchritudo, statura, facies.
2 Aspectus Virginis cõcupiscentiæ frenum injiciebat.
3 Maria morborũ omnium medicina.

Caput 9. de Maria virgine desponsata Ioseph.

1 Maria virgo desponsata Ioseph.
2 Dauidicæ familiæ laus.

Caput 10. de annuntiatione Virginis, & incarnatione filij Dei.

1 Ædes Lauretana.
2 Angelica salutatio.
3 Dominicanus Ordo laudatur.
4 Sermo ad Angelum.
5 Assensus Mariæ.
6 Figuræ & prophetiæ conceptionis & natiuitatis Iesu Christi.
7 Incarnationis filij Dei mysterium quãto pietatis studio recolendum.
8 Humilitatis documẽtum est incarnatio filii Dei.
9 Angeli lætitia.
10 Mariæ constantia.
11 Virginis fortitudo.
12 Conceptus Christi.
13 Dei Mater Angelis purior.
14 Virgo æterno Patri similis.
15 Maria mulierum ornamentum.
16 Incarnatio filij Dei admirabilis.
17 Christus Deus & homo.

ſtram doctrinam diuinitus literis mandata; tum vel maximè Chriſti Ieſu liberatoris noſtri, eiuſq; ter maximæ Virginis matris vita, mores, & geſta, quæ aſſiduè legere, cogitare, & quoad poſſumus ſanctè religioſéque colere imitarique debemus. Quòd ſi res ab Alexandro, Cæſare, cæteriſq; Imperatoribus inani ſuperſtitione imbutis, qui orbem terrarum ſui nominis fama non ſapienter quidem, ſed ſtultè (nam hîc, vbi non ſunt, memorantur; & vbi ſunt, perpetuóque erunt, cruciantur) impleuerunt, res inquam geſtas victoriaſq; humani generis plurimo ſanguine deportatas libenter legimus, quanta nos animi propenſione, quanto ſtudio, & alacritate, quæ Dei gloriam illuſtrant, & ſalutem noſtram continent, non ſolùm legere, ſed etiam amare, colere, ſuſpicere, & ſequi decet? Hæc planè cura, ſi ad immortalitatem peruenire volumus, *noſtros animos ſolicitos habere debet. Nam cùm ideo nos effinxerit Deus, vt cæleſtes ſimus, & diuinæ naturæ conſortes, ea debemus colere ſtudia, quæ filios ſempiterni Dei Spiritu regeneratos maximè decent.* Id quod diui diuaeq; omnes, dum vita mortalis ſuppeditauit, quàm diligentiſſimè præſtiterũt; imprimis verò ſacrata Angelorum Regina, quæ quandiu vixit, cœleſtibus ſemper fuit educata cogitationibus, & præſtantiſſimis, Deoq;, cuius mater eſſe meruit, gratiſſimis intenta actionibus. In quibus excellentes virtutum imagines, ad ardentes ſui Deiq; in nobis excitandos amores, veriſſimis coloribus expreſſas videmus. Cuius vt vitam ſcriberem, mihi venit in mentem. Nam etſi nemo eſt tanta diuinitate

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

uinitate ingenij, aut tam admirabili dicendi facultate præditus, vt de diuina Virgine differere pro dignitate valeat: nemini tamen deest, vel ob id, quia omni laude maior est, eius laudandę facultas. Quid quòd Angelorum Regina ardentes ad eam rem desiderijs nostris admouet faces? Immo sic statuo, qui magnitudine rerum franguntur, & hoc timore se ad alia quæuis potiùs, quàm ad Christianæ dignitatis ornamenta literis illustranda conferunt, non modestiæ solùm & verecundiæ sibi laudem non parare, sed reprehensionem etiam interdum impietatis subire. Multa quidem nobis ad eam rem proponũtur exempla clara & illustria sanctorum Patrum, atq; eorum, qui illorum vestigia sunt persecuti. Qui indignum ducentes res, quæ ad dignitatem Christianæ religionis non pertinerent, stylo celebrare, multa ingenij monumenta partim culta oratione, partim etiam horrida & impolita, plenissima tamen grauitatis & ardentissima pietatis significatione commendata posteris reliquerunt. Eo certè vehementiùs ad huius operis faciendi cupiditatem exarsi, quo feliciùs procedunt labores Virginis causa susceptí. Quòd si Deus vult in Sanctis suis laudari, quantopere suam gloriam in Virgine matre, quę Sanctis omnibus amplitudine dignitatis supra modum excellit, par est celebrari? Huius augustissimæ Imperatricis cælo terraq; radiantis, quam Deus nobis & præsidium & exemplum constituit, historiam texere cogitaui, ex sacris literis & præstantissimis sanctorum Patrum monumentis depromptam. Nam cùm ea, quæ Dei diuinæq; Virginis

nis sunt, humana nullo modo ratio assequi possit, in iis par est, illos cõsulere, quibus se Deus suaq; consilia patefecit. Quos nisi duces sequare, haud dubiè errabis, laberis, decipieris. Sed nostra ab immaculatę Virginis ortu inchoata ad Assumptionem vsq; ducitur, & illic terminata historia concluditur. In qua nonnullæ excitantur cogitationes ad Virginis laudes pertinentes, & adhibentur cohortationes ad eas virtutes, quæ in illa mirificè fulgent, imitandi studium attinentes. Fructus enim, qui ea historia capitur optimus atque præstantissimus, honesta est & probata vita: quam ad certam rationis normam dirigere debemus, & ad illorum, quorum egregia facta miramur, exempla conformare. Nam & Christi eiusque virginis Matris vita non ad cultum solum, & venerationem nobis proposita est, sed etiam ad imitationem. Qui enim Opt. Deum, eiusque magnam matrem Mariam, & Sanctorum omnium, qui illorum vestigia sunt persecuti, vitas laudat, hunc decet eos, quos colit & veneratur, quoad possit, imitari. Præclarè dixit Cicero, *historiam vitæ lucem & magistram esse*: docet enim degendæ vitæ regulam & legem. Iam cùm omnes diuorum vitæ nobis ad imitandum proponãtur: tum vel maximè, si Christum excipias, diuinæ Virginis vita sanctissima. In qua tanquam in exemplari formam honestatis, quæ quid corrigere, quid effugere, quid sequi debeamus, ostenderet, nobis constituit Deus. Reperies igitur, benevole Lector, varios Virginis virtutum flores suauissimo odore respersos, & vitam atque spiritum omnibus, ad quos illo-

D. Gre. PP. in præfat. lib. moral. ad Leãdrũ Episcopum.

D. Chrysost. ser. de martyr. To. 3.

Lib. 2. de orat

rum

rum diuina fragrantia dimanat, afflantes. Moretur huiusmodi florum fasciculus, vt Christi bonus odor esse possis, inter vbera tua more illius, quæ sponsi amore saucia dicebat: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, & inter vbera mea commorabitur*. Dedi autem operam, vt hanc historiam pura castaque oratione conscriberem, quo auidiùs & iucundiùs legi posset. Quam submitto sanctæ (quę omnium vna & summa est magistra) Ecclesię Romanę, & cuiusuis alius equi iudicis censurę. Suscipe igitur pie beneuoléque lector hilari vultu, serenaque fronte hos meos quales, quales labores, sacrāq; Virginem augustè sanctéque venerare, eiúque quàm potes diligentissimè te commenda, ipsius, quoad eius fieri possit, virtutes effinge, vt dignus sis, pro quo illa filium suum Dominum nostrum Iesum Christum deprecetur. Cui vtinam seruire conuenireque liceat æternum. Amen. 1. Cor. 2. Cāt. 1.

IN-

INDEX CAPITVM ET SELECTARVM EX SINGVLIS CAPITIBVS ANNOTATIONVM, *quæ studiosis maximè conferant.*

Deprecatio ad Iesum.

1 Omnium rerum initium à Deo ducendum.
2 Omnia vitę consilia ad Deum referenda.
3 Nomen Iesu salutare.
4 Nomen Iesu omnibus venerandum.
5 Fidem Catholicã profitetur, Deum diuosque omneis cõtestãs.
6 Veritatis vis.

Præfatio ad Virginem.

1 Nemo quidquam nisi duce Deo scire potest.
2 Cęlestes spiritus Virginẽ pro dignitate laudare non possunt.
3 Maria virgo secundùm Deum maior omnibus.
4 Virginis laudatoribus vita æterna proposita est.
5 Deprecatio ad Virginem.
6 Maria refugium nostrum.
7 Mariæ beneficia.
8 Maria vnicum malorũ leuamen, eiusque in nos merita.
9 Securus cum Maria transigas.
10 Omnes gentes & nationes Virginẽ colunt.
11 Quæ Virgo amat, & quæ odit.
12 Pietas & cultus Virginis aduersarium vincit.
13 Sermo ad Virginem.

Caput 1. de mundi creatione, de felici primi hominis, contraq; post peccati lapsum misero & infelici statu.

1 Mundi creatio.
2 Adæ creatio.
3 Paradisus terrestris.
4 Adæ cur vetitus à Deo arboris fructus.
5 Adæ felix status.
6 Eua formata ex costa Adę.
7 Iusticia originalis.
8 Inuidia diaboli homo in culpam actus.
9 Adam in ruinã lapsus.
10 Adam pulsus è paradiso cum Eua.

Caput 2. de perditi hominis in pristinum statum restitutione.

1 Hominis lapsi erectio.
2 Homo imago Dei.
3 Tres virtutes diuinitus animę infusę.
4 Deꝰ homo factus propter homines.
5 Tres virtutes diuinę.
6 Fides quid sit.
7 Charitas.
8 Spes.
9 Consciencię vis.
10 Fides fundamentum salutis.
11 Fides quæ nobis credenda proponit.
12 Spes quæ nobis speranda proponit.
13 Charitas qualis esse debeat.
14 Simulatio fugienda.
15 Fides viua sit oportet ad salutem.
16 Error hæreticorum circa fidem ab Ecclesia damnatus Fabiano Pontifice Max.
17 Veritas simplex est.
18 Filius Dei quare homo factus est.
19 Symbolum Apostolorum.

Caput 3. per Virginem matrem homo in pristinum dignitatis statum restitutus est.

1 Per Mariam virginem Deus humanum genus

nus saluauit.
2 Mariam quæ præsignarint.
3 Maria à Prophetis prædicta.

Caput 4, quo demonstratur, Mariam virginem ex clara & antiqua Iudæ tribu ortam esse.

1 Nobilitas laudabilis.
2 Maria nobilissima.
3 Iudæ familiæ omnium clarissima.
4 Mariæ genus & familia.
5 Christiani gentiles Abrahami filij, non sanguine sed fidei imitatione.
6 Iudæi reprehenduntur.
7 Maria orta de tribu Iuda.
8 Virginitas perpetua Mariæ.
9 Per Mariam virginem mortales consecuti sunt salutem.
10 Tribus Iuda laudatur.
11 Pharao Hebræos persequitur.
12 In Iuda familia nati laudantur.
13 Calebi virtus.
14 Tribus Iuda laudatur.
15 Nobilitas etiam in sacris literis laudatur.
16 Iudæi infideles.
17 Vetus lex figura nouæ legis, idq; pulchra similitudine declaratur.
18 Christiani ad Iudæ familiam pertinent.
19 Iudæ familiæ vera laus.
20 Maria illustriũ Prophetarum & Regum propago.
21 Parentes virginis qui.
22 Ioachimus ex Abrahæ semine.
23 Annæ beatissimæ patria Bethlehem.
24 Anna ex tribu Leui.
25 Anna primũ sterilis.

Caput 5, de cõceptione virginis Mariæ.

1 Anna Virginis mater.
2 Mariam peccati origi-
nalis-

nalis expertem fuisse, argumentis ac testimoniis cõprobatur.

3 Christi caro ex Virginis carne formata.

4 Quanto splendore decorata Maria, vt primùm concepta est.

5 Maria concepta, summo gaudio eius parẽtes perfusi.

6 Per Mariam Satanæ erepta potestas, & cælum mortalibus patefactum.

Caput 6. de natiuitate Virginis.

1 Dies natales Mariæ Virginis.

2 Maria rosa suauissimo fragrans odore.

3 Quo imperãte, & quibus consulibus, nata beata Maria.

4 Mariæ natiuitas auroræ comparatur.

5 Maria lux & aurora.

6 Mariæ ortum dæmones perhorrescũt, homines lætantur.

7 Fidelis quisq; in huius auroræ luce cibu, qui non perit, operatur.

8 Lætitia ex Mariæ ortu percepta comparatur cum rebus lætissimis.

9 Mariæ partus bonorum omnium causa.

10 Maria lux & aurora.

11 Anna felix & Ioachimus, quibus gratiæ aguntur, ob Mariam mundo datam.

12 Mariæ cunabulis Angeli assistunt.

13 Mariæ infantia.

14 A Maria Satanæ erepta potestas.

15 Angelorum lætitia ob Mariæ ortum.

16 Maria in infantia sapere capit.

17 Mariæ aspectus & splendor.

18 Maria perfectionis imago, sanctificationis arca, amplitudo.

ad cognatos etiã extenditur.

Caput 8. de Virginis corporis statura, deq; illius oris venustate & pulchritudine.

1 Mariæ pulchritudo, statura, facies.
2 Aspectus Virginis cõcupiscentiæ frenum injiciebat.
3 Maria morborũ omnium medicina.

Caput 9. de Maria virgine desponsata Ioseph.

1 Maria virgo desponsata Ioseph.
2 Dauidicæ familiæ laus.

Caput 10. de annuntiatione Virginis, & incarnatione filij Dei.

1 Ædes Lauretana.
2 Angelica salutatio.
3 Dominicanus Ordo laudatur.
4 Sermo ad Angelum.
5 Assensus Mariæ.
6 Figuræ & prophetiæ conceptionis & nativitatis Iesu Christi.
7 Incarnationis filij Dei mysterium quãto pietatis studio recolendum.
8 Humilitatis documẽtum est incarnatio filii Dei.
9 Angeli lætitia.
10 Mariæ constantia.
11 Virginis fortitudo.
12 Conceptus Christi.
13 Dei Mater Angelis purior.
14 Virgo æterno Patri similis.
15 Maria mulierum ornamentum.
16 Incarnatio filij Dei admirabilis.
17 Christus Deus & homo.

maternitate coniuncta, & multis oraculis Prophetarum atque signis prædicta.
7 S. Epiphanij sermo ad virginem.
8 Maria mater Dei cunctis & cælitibus & mortalibus longè excelsior ac sublimior.
9 Virginis partus vniuersitati vltimam attulit perfectionem.
10 Maria virgo & mater.
11 Maria sanctificationis arca.
12 Iesus primogenitus, & cur sic dictus.
13 Nox natiuitatis Domini clarissima.
14 hyeme cur natus Iesus, & matris inopia vexatus.
15 Infantia Saluatoris.
16 Mariæ in partu contemplatio & extasis.
17 Christi natalis.
18 Christi humilitas.
19 adhortatio pia.
20 Christo pro nobis nato quid offerendum.
21 Christi veri Dei ortus signa ac testimonia.
22 Sibyllarum erga Virginem summa religio.
23 Pacis tempore Christus pacis princeps natus.
24 Christi nascentis humilitas.
25 Christus pastor.

Caput 14, de Domini circunciſione.

1 Christi circunciſio.
2 Cur circunciſus.
3 Vitia circuncidēda sunt nobis cogitationis, verbi, & operis.
4 Christi circunciſio nostra castitas est.

Caput 15, de ſanctiſſimo nomine IESVS.

1 Iesus nomen super omne nomen.
2 Iesus nomen aliis nominibus explicatum.
3 Iesu nominis virtute

go permanſit inuiolata.
7 Humilitas & obedientia neceſſarię nobis ad ſalutem.
8 Per Euam cecidit homo, per Mariam ſurrexit.
9 Purificatio Virginis nos docet puritatem.
10 Simeon iuſtus.
11 Simeonis vaticinium audit Virgo, in cuius mente tota vita manet repoſtum.
12 Annæ Phanuelis filię de Ieſu teſtimonium.
13 Apis Virgo animans.
14 Maria Virgo.
15 Matris Dei dignitas.
16 Maria campus, Chriſtus flos.
17 Maria terra benedicta.
18 Maria domus Dei, & porta orientalis.
19 Maria poſt partum purior.
20 Maria fons ſignatus, Virgo perpetua.

Caput 18. de Maria fuga in Ægyptum cũ puero Ieſu & ſponſo Ioſepho.

1 Chriſti fuga in Ægyptum.
2 aduerſa & proſpera hîc Sanctis ſunt permiſta.
3 Ægyptiaci itineris incommoda.
4 Singularis Mariæ patientia.
5 Locus arenæ deſertus.
6 Chriſtus cur in ortu ſuo fuga & exilio vexari voluit.
7 Herodis crudelitas.
8 Innocentium cædes.
9 Chriſtus ab Herode tutus elabitur.
10 Simulachra Ægypti, Chriſti aduentu, collapſa.
11 Septennii exilium in Ægypto.
12 Locus, quem Virgo primũ attigit, Ægypti.
13 Ficus & fontis miracula.

Quo imperante baptizatus est Christus.
Virginis baptismus.
Maria Virgo sedula filii imitatrix.

aput 22. de miraculo quod fecit Iesus in Cana Galilææ aqua in vinum conuersa, deq; eius præcatione.

Christus semper Matri obediens.
2 In Canæ nuptiis editum miraculum.
3 Verba filii ad matrem.
4 Manſuetiſſimus erga matrem Ieſus.
5 Miraculum cõuerſionis aquæ in vinum Chriſti diuinitatem declarat.
6 Noſtri ſæculi luxus & intemperantia reprehenditur, & antiquorum frugalitas laudatur.
7 Quinam ſint Chriſti propinqui.
8 Ieſu veri affines.
9 Ieſu vera cum matre propinquitas.
10 Marcellæ verba.
11 Hæreticorum cæcitas & pertinacia.
12 Chriſtiana religio vti ſol.
13 Hæreticorum ſordes, cænum, & labes.
14 Quinimmo idem valet quod profectò.

Caput 23. de Chriſti Ieſu paſſione, deq; ſanctæ matris eius doloribus.

1 Quæ pars vitę Virginis tota luctuoſa.
2 Dei Matris gemitꝰ nõ ſunt ſine dolore recẽſendi.
3 Iudas traditor.
4 Matris ægritudine Ieſu dolor auctus.
5 Iudas proditor.
6 Dei filius oſculo indicatus.
7 Auaritia deteſtabile monſtrum.
8 Iudas à ſe ipſo ſuſpenſus.

9 Christus ad columnã alligatur.
10 Iesus consputus & irrisus.
11 Spinea corona caput cinctum.
12 Magdalenæ pietas.
13 Crucis pondus.
14 Ferreis clauis confixus Iesus.
15 Mors Christi meditanda.
16 D. Ioanni Dei mater commendata.
17 Mirabilis Christi erga Matrem pietas.
18 Ioannes virgo.
19 Virgo Maria virginis Ioannis mater dicta.
20 Mariæ dolor ob filii cruciatus.
21 Christi sitis in cruce pendentis.
22 Vinum felle mistum.
23 Acerbũ Virginis spectaculum.
24 Christi crucis annus.
25 Christi mortem quæ sint subsecuta.

Caput 24. de Virginis martyrio & solitudine.

1 Virginis dolorum enumeratio.
2 Virginis fortitudo.
3 Virginis verba filium lugentis.
4 Filii ad matrem responsa.
5 Christi ad Ioannem sermo.
6 Virginis summi cordis dolores.
7 Virginis ad filium verba.
8 Maria quid significat.
9 Christi sepulchrum.
10 Iosephus & Nicodemus laudati.
11 Mariæ animus infractus.
12 Maria Virginale decorum semper retinuit.
13 Dei matris martyriũ.
14 Cohortatio vtilis.
15 Chorearum detestabilis vsus.
16 Mariæ sedes.

ut 25. de amplissimis fructibus, quos ex Christi Iesu Domini nostri cruce & passione consecuti sumus.

Dei filii non æterna solùm, sed & tẽporalis est inenarrabilis generatio.

Dei bonitas maximè commendatur in eo, quòd nostra peccata nõ impedierint, quo minùs homo fieret.

Dei proprium misereri.

4 Magna hominis dignitas.

5 Christus quantum se demisit.

6 Superbia initium omnis peccati, humilitas contrà omnium est virtutum fundamentum. Hæc in vita & morte Christi maximè elucet.

7 Christi humilitas & patientia.

8 Cur Iudæi Christum non receperunt.

9 Crucis gloria.

10 Mirabilia Christi eius diuinitatem testantur.

11 Crucis gloria.

12 Crux vtriusque naturæ, diuinæ & humanæ, arctissimam in Christo vnionem significat.

Caput 26. de eximia Dei in nos amoris vi & magnitudine, quæ in Eucharistiæ sacramento elucet.

1 Summa Dei in nos amoris vis.

2 Sacramenti Eucharistiæ figura in veteri lege.

3 Mannæ suauitas.

4 Eucharistia vitæ cibus.

5 Eucharistia vita bonis, mors verò malis.

6 Communicantes qualiter se gerere debeant.

7 Hu-

7 Humanam naturam quare Deus assumpsit.
8 Quid in huius vitæ miseriis nobis cogitandum.
9 Vera gaudia vbi nobis quærenda.
10 Quæ sunt veræ voluptates.
11 Iudæorum perfidia.

Caput 27. de Christi gloriosa resurrectione.

1 Resurgens filius matrē primùm adit.
2 Angeli modulatè concinentes Mariæ de filio resurgente gratulantur.
3 Christi resurrectio.
4 Animæ ex limbo eductæ.
5 Ascendentem Christū comitatæ sunt piæ animæ.
6 Necessaria fuit Christi resurrectio.
7 fundamentū fidei nostræ est Christi resurrectio, eiusq; vtilitates.

Caput 28. de admirabili Christi Iesu seruatoris nostri in cælum ascensu.

1 Post filium Ecclesię architecta Maria.
2 Cur post filium superstes relicta Maria Virgo.
3 Sacrariū Spiritus Sancti Maria.
4 Iesu in cælum ascensus.
5 Filium cælum ingredientem vidit Maria.
6 Christus via in cęlum.
7 Qui salui fiunt, & qui damnantur.
8 Quis Christiano nomine dignus.
9 Iesu in cælum ascensus.

Caput 29. de aduentu Spiritus sancti in die Pentecostes.

1 Maria Virgo plena Spiritu sancto supra omneis.

postoli fidem Catho- 6 Fundamentum salutis.
licam toto terratum 7 Lex gratiæ.
orbe disseminarunt. 8 Quanta bona per Vir-
Effectus & dona Spi- ginem accepimus.
ritus sancti.
Gratia iustificans præ-
cipuum donum Spiri-
tus sancti.
Attributa Spiritus san-
cti.
Sine Deo nihil possu-
mus.
Infelix, qui diuinum
afflatum contemnit.
Pulchra similitudo.
Peccata sacramento
pœnitentiæ remittũ-
tur.

*Caput 30. de funesta Iu-
dæorum clade.*

1 Virgo egregia Prophe-
tissa.
2 Iudæorum perfidia.
3 Iudæos ad pœnitentiã
cohortatur.
4 Christi passionis fru-
ctus.
5 Virgo orta de tribu
Iuda.

*Caput 31. de Mariæ Virgi-
nis studiis, deq; tempo-
ris interuallo, quo a filii
Iesu in cælum ascensu
vixit in terris ad suam
vsq; gloriosam assump-
tionem.*

1 Cõcilio Hierosolymi-
tano Virgo adfuit.
2 Sancta Sion Mariæ se-
des.
3 Virginis abstinẽtia, &
paupertatis studium.
4 Mariæ victus eleemo-
synæ.
5 Mariæ domus.
6 Dei Matris ætas.

*Caput 32. de sancta geni-
tricis Dei & placida
morte.*

1 De morte Virginis cur
ab Euangelistis & A-
postolis nihil scriptũ.
2 Ma-

2 Mariam mori oportuit propter quatuor causas.
3 Luctus omnium Virginis morte.
4 Vallis Iosaphat.

Caput 33. de gloriosa Virginis in cælum assumptione.

1 Maria virtutibus omnibus ornata.
2 Arca veteris testamẽti typus & figura Virginis assumptionis.
3 Maria summa cum gloria ad cælum elata.
4 Virginitas Mariæ.
5 Virginis lux & splendor.
6 Maria stella cæli, terræ, & maris.
7 Cur multi Christiani turpiter viuunt.
8 Pulchritudo Virginis & laudes.
9 Bona, quæ per Mariã redundarunt.
10 Virginitas Mariæ cedro comparata.
11 Quãtum apud Deum possit Virgo, per quam cuncta mortalibus bona sunt à Deo largita.
12 Oratio ad Virginem.
13 Mariæ nomen excelsum.
14 Magnitudo misericordiæ Mariæ.

FINIS PRIMI INDICIS.

INDEX

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM, QVAE HOC LIBRO CONTINENTVR, ALPHABETICVS.

A

Abstinentia Virginis pag. 130
Adæ felix status pa. 81
Adæ creatio pa. 80
Adam in ruinam lapsus 83
Adam è Paradiso pulsus cum Eua 84
Adhortatio pia 231
Adhortatio ad Iudæos vt resipiscant 420
Adhortatio vtilis 353
Aduersariũ vincit pietas & deuotio in Virg. 76
Aduersa & prospera Sanctis hîc permista pa. 272.
Aedes Lauretanæ 145
Aegyptiaci itineris incommoda 273
Aër 292
Affines Iesu 306
Angelica salutatio 149.
Angeli lætitia 165
Animæ è limbo eductæ 392.
Anna ex tribu Leui 113
Anna primũ sterilis ib.
Anna Virginis Mater 114
Anna vnica mater Virginis 133.

ristiano nomine quis dignus 401
ristiani cur dissolute viuant 448
ristiana religio vti sol 311
hristus Deus & homo 178
hristo pro nobis nato quid offerēdum 231
hristus cur fuga vexari voluit. 275
Christus ab Herode tutus elabitur 277
Christus duodennis à matre amissus 283
Christus in templo repertus 284
Christus se Deum & hominem in operibus suis indicabat 288
Christus obediens ibi.
Christus paupertati studiosissimus 290
Christus ad columnam deligatur 326
Christus se demisit 364
Christus via in cælum 399
Christi mortem quæ subsecuta 329
Christi sitis in cruce pendentis 328. eius ortus signa ac testimonia pag. 233. circumcisio 238. exilium 271. 279. fuga 272.
Christi reditus ab Aegypto 281. eius ad matrem verba pag. 302. pietas erga matrem 325. eius ad Ioannem sermo 337 sepulchrū 345. Conceptio 163
Christi mors meditandi 324
Christus pastor 238
Christus flos 267
Cōceptionis Christi figura & prophetia 164

Conscientiæ vis, pag. 58
Communicantes qualiter se gerere debeant 381
Contemptor, Spiritus sancti infelix 410
Crucis pondus 323. & gloria 369. 372
Crucis Christi annus 329
Crux quid significat 374

D

Damnati qui 400
Dauidicæ familiæ laus 142
Dei filius quare homo factus 94
Dei mater Angelis purior 171
Dei filius osculo traditus 318
Dei filii generatio qualis 360
Dei bonitas 363
Dei proprium misereri ibid.
Deprecatio ad Virgin. 69
Deus homo factus propter homines 86
Deus omnia complectitur 291
Diuinitas in Christo nunquam ab humanitate separata 282
Dolores Virginis pag. 314. 315. 337.
Dominicanus ordo laudatus 132
Domus ab Ioseph o ædificata 279

E

Edictum Augusti pag. 207
Effectus & dona Spiritus sancti 406
Elisabetha laudatur 182
Error hæreticorũ dãnatus

natus 92
a formata ex costa Adæ 81
ucharistiæ sacrāmēti figuræ 378
uchāristia vitæ cibus 380
Iucharistia vita bonis, mors vero malis 380

F

Familia Iudæ 103
Fides quid sit 87
Fides fundamentum salutis 88
Fides quæ credēda proponit ibid.
Fides viua sit oportet ad salutem 91
Filii ad matrem respōsa 336
Frugalitas antiquorū 305
Fundamentum salutis 423

G

Galilæa 288
Gaudia vera vbi quærenda 385
Gratia iustificans quid 407

H

Hæreticorum cæcitas, pag. 310. sordes 312
Herodis crudelitas pa. 273
Herodis spes prærepta 271
Hominis dignitas 364
Homo imago Dei 85
Hortatio ad humilitatem 194
Humilitatis documentum 164
Humilitas virginitatis comes 188
Humilitas Mariæ 191
Humilitas Christi pag. 229 & 237. 366.

Humilitatis exẽplum necessarium 204
Humilitas omniũ virtutum fundamentum 365
Humanam naturam quare Deus assumpsit 400

I

Iesus nomen aliis nominibus explicatũ 244
Iesus mansuetus erga matrem pagin. 303. *conspitius & irrisus pag.* 321. *coronatus ibid. clauis confixus* 323
Iesu in cælum ascensus 402.
Incarnatio filii Dei 178
In Bethleemitanã ciuitatem profectio 267.
Infãtia saluatoris 227
Innocẽtium cædes 276
Intercessio Virginis 453
Inuidia Diaboli 82
Ioachimus ex semine Abrahæ 113
Ioannes virgo 326
Ioanni Dei mater commendata 324
Ioseph semper virgo, pag. 132. 142. *eius mors* 294. 295. *labor à Christo subleuatus* 289. *anima in limbo Christum exspectauit* 296. *eius laus* 345
Iordanis fluuius 297
Iudas traditor pa. 315 318
Iudas à seipso suspensus 319
Iudæ familia omnium clarissima 98. *eius laus* 112
Iudæi reprehenduntur

tur 100
dæi infideles 107. per
fidi 387. 416
dæi cur Christum nō
receperint 368
ustitia originalis 81.

L

Lex gratiæ 423.
Locus arenæ diſertus
274
Locus Aegypti quem
primùm Virgo attigit 279.
Luctus ob mortem
Virginis 435
Luxus mulierum huius ſeculi 192

M

Mannæ ſuauitas 378
Magdalenæ pietas 322
Magorum ſtella 255.
Mare 291
Maria Virgo ſecundùm
Deum excelſa ſuper
omnes 67.
Mariæ beneficia 71. 72
Maria refugium noſtrum pag. 71. malorū leuamen 72. propago illuſtrium 112
lux 118. aurora 119.
medicina morborū
137. ornamentum
mulierum 174. Abrahæ filia 186. virga 267. Campus ibi.
terra benedicta 269
domus Dei ibidem.
fons ſignatus 270.
Virgo perpetua 271
filii imitatrix 301.
mortis filii ſpectatrix 349. Stella cœli 445. vallis Ioſaphat 436 ſalus mortalium 101.
Mariam quæ præſignarint 97
Maria à Prophetis præſignata ibid.

testentur 370
Mors parentum Virg. 133
Mundi creatio 79

N

Natalis Christi 229
Nazarethum 289
Nicodemi laus 345
Nobilitas laudabilis 98
Nobilitas laudatur in sacris litteris 106
Nomen Mariæ excellsum 455

O

Omnes gentes Virginē colunt 73
Oratio ad Virginē 454

P

Pacis tempore Christus natus 233
Palæstinæ 288
Paradisus terrestris 80
Parentes Virg. qui pa. 113
Passionis Christi finis 420
Peccata sacramēto pœnitentiæ remittuntur 412
Per Mariā Deus humanum genus saluauit. 96
Pharao Hebræos persequitur 102
Propinqui Iesu 306

Q

Quid in huius vitæ miseriis cogitandum 384

R

Resurrectio Christi, pa. 389. 391.
Resurrectionem filii

angeli Mariæ gratulantur 390
Resurrectio Christi necessaria pag. 392 eius vtilitates ibid.
Resurrectio fundamẽtum fidei ibid.

S

Salui qui futuri sint 400.
Securus cum Maria transigas 73
Sibyllarum erga Virg. religio 233
Simulatio mala 90
Simeon iustus 263
Similitudo 411
Simulachra concidunt 278
Sine Deo nihil possumus 410
Spes 87
Spes quæ sperãda proponit 89
Statura Virg. 135
Stellæ laudes 256
Superbia initium peccati 365
Syria 288

T

Terra 91
Tres diuinæ animæ infusæ virtutes 86
Tres virtutes diuinæ ibid.
Tribus Iuda 102. 105.

V

Vellus caro virgineæ Mariæ 212
Veritas simplex 93
Vetus lex figura nouæ legis 110
Virginis laudatoribus vita æterna proposita est 68
Virgo æterno Patri similis 172. eius virginitas 101. Natalis 118 silentium & facun-

cundia 128. cibus 131. vestitus 132. fortitudo 166. 167. 333
Virginis aspectus frænum concupiscentiæ 136
Virginum exemplum 129
Virginitas in matrimonio seruata 205.
Virgo à Prophetis præsignata 212
Virgo virg. Ioannis mater dicta 327
Virginis acerbum spectaculum 329
Virginis dolorum enumeratio 332
Virginis verba filium lugentis 334. 341
Virgo Spiritu sancto plena 404
Virgo orta de tribu Iuda 421
Virgo prophetissa 416
Virginis abstinentia 426. pulchritudo 448. eius lux & splendor 445. virginitas 444. 451. misericordia 388
Virgo sacrarium spiritus sancti 397
Voluptates veræ quæ sint 386
Virgo post filiũ architecta Ecclesiæ 395 cur post filium superstes relicta ibi.
Vinum felle mistum 328.

INDEX

TESTIMONIORUM

INDEX TESTIMONIORVM, EX VETERI ET NOVO TESTAMENTO CITATORVM; VT pius lector perspiciat, in quem vsum ea adduxerit autor.

GENESIS.

IPSA conteret caput tuum, in præfatione ad Virginem.

In principio Deus creauit cælum & terram, cap. 1.

Serpens decepit Euam, cap. 1

Miseriæ in quas, post peccatum Adam genus humanum incurrit cap. 1

Nomen fratris, & sororis ad cognatos etiam extendi tur. cap. 2 & 21.

Eua serpenti consentiendo nobis obfuit cap. 10

In dolore paries filios, cap. 10

Exodus.

Omne autem primogenitum hominis pretio redimes. cap. 17

Leuitic.

Quid lex puerperæ præcipiebat. cap. 17

Numeri.

Calebus ortus ex familia Dauid cap. 4

Primogeniti oblati & consecrati Deo cap. 17

Iosue.

Othoniel accipit Aram filiã Caleb, eò quòd obtinuerit Cariath-Sepher, cap. 4

Iosue circumcidit populum Israeliticum, antequam

quam introduceret in terram promissam. ca.14

Liber Iudicum.

Signum datum Gedeoni in vellere. cap.12

Vidi mulierem in Thamnata de filiabus Philistinorum: quam quæso vt mihi accipiatis vxorem. cap.14

Liber Regum 1.

Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore, in præfatione ad virginem.

Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituũ, Dei agminum Israel. cap. 15.

Tobias.

Quomodo possum lætari, cum in tenebris sedeam, & cæli lucem caream. cap.6

Iob.

13 Qui apprehendit sapiẽtes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat, cap.12

Liber Psalmorum.

Et in circuitu eius tempestas valida, in oratione ad Iesum.

8 Surge Domine in requiẽ tuam, tu & arca sanctificationis tuæ, in præfatione ad Virginem.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. cap.2

Dispergе illos in virtute tua. cap.4.

Arca sanctificationis. cap.6

Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. cap.10

Cælum cæli Domino, terrã autem dedit filiis hominum. cap.10

De fructu vẽtris tui ponam super sedem tuam. ca.11

Si ascendero in cælum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. cap.11

Mea est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi, qui habitant in ea cap.13.

Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernã Christo meo. cap.13

Omnis consummationis vidi finem. cap.12

Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. cap.6

16 Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & solem. cap.13

Propter nomen tuum propitiaberis peccato meo, multum est enim. cap.15

Benedixisti terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. cap.17

Sacerdos in æternum secundum

dùm ordinem Melchisedech. cap.17
Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. cap.25
Et odio iniquo oderunt me. cap.25.
Copiosa apud eum redemptio. cap.26
Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. cap.29
Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potēs, Dominus potens in prælio. cap.28
Adorate eum omnes Angeli eius. cap.28
Filius meus es tu, ego hodie genui te. cap.28
Notas mihi feci sti vias vitæ cap.28
Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. cap.33

Prouerbia Salomonis.

30 Non est sapientia, nō est prudentia, non est consilium contra Dominum. cap.18

Ecclesiasticus.

Qui elucidant me, vitam æternam habebunt, in præfatione ad Virginem.
A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. cap.10
Omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi. cap.13

Parabola Salomonis.

Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius. cap.10

Canticum Canticorum.

Terribilis vt castrorum acies ordinata: in præfatione ad Virginem.
Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. cap.7. & cap.13.
Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora. cap.7.
Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. cap.11.
Ego flos campi, & lilium conuallium. cap.17.
Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum. cap.33.

Esaias.

Antequam parturiret, peperit: antequā veniret partus eius, peperit masculum. cap.13.
Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri.

agri cap.13
Vocabitur nomen eius Emanuel, butyrum & mel cõedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum cap.15
Voca nomen eius accelera, spolia detrahere, festina prædari cap.15
Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis, cap.15
Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum; aperiatur terra, & germinet saluatorem cap.17
Ascẽdet Dominus super nubem leuem, & ingredietur in Aegyptum, & commouebuntur simulachra Aegypti cap.18
Generationem eius quis enarrabit? cap.25
Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorũ tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. Ad dexteram enim & ad lævam penetrabis: quia dominabitur tui, qui fecit te cap.25
Et ambulabunt gẽtes in lumine tuo, & reges in splẽdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filii tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent cap.25
Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem cap.28
Audite me duro corde, qui longè estis à iustitia. Propè feci iustitiã meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur cap.30
Et vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum. Despectum, & nouissimum virorum, virũ dolorum & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde nec reputauimus eum cap.30

Ieremias.

Præuaricatione enim præuaricata est in me domus Israel, & domus Iuda, ait Dominus, negauerũt Dominum, & dixerunt non est ipse cap.30
Verbum enim Domini processerunt, & sapientia nulla est in eis cap.30

Baruch.

In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est cap. 2

Ezechiel.

Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transiet per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritq; clausa principi: Princeps ipse sedebit in ea: per viã portæ vestibuli ingredietur, & per viam eius egredietur cap. 13

Ecce ego intromittã in vos spiritum, & viuetis, cap. 29

Osee.

Ex Ægypto vocaui filium meum cap. 11

Ioel.

Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ

Zacharias.

Et dixi, vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius: & septem lucernæ eius super illud: & septem infusoria lucernis quæ erant super caput eius, cap. 13

Machabæorum 1.

Et intrauit in Ægyptum in multitudine graui, in curribus, & elephantis, & equitibus, & copiosa nauium multitudine: & cõstituit bellum aduersus Ptolemæum regem Ægypti, & veritus est Ptolemæus à facie eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi cap. 18

Capita Euangelii Matthæi.

Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est cap. 2

Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo cap. 2

Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ cap. 3

Beati mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt, cap. 17.

Alia autem ceciderunt in spinas, & creuerunt spinæ, & sut-

& suffocauerũt ea. cap. 17
Ioseph fili Dauid noli timere accipere, &c. cap. 4. & 15
Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph cap. 10
Miserere nostri fili Dauid. cap. 10
Filius hominis tradetur principibus sacerdotũ, & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eũ gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. cap. 10
Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. cap. 12
Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, cap. 13.
Et vocabis nomẽ eius Iesum cap. 15
Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. cap. 16
Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & esto cap. 18
Occidit omneis pueros, qui erant Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra; secundum tempus quod exquisierat à Magis. cap. 18
Quoniam Nazareus vocabitur. cap. 18
Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. cap. 21
Et cùm ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. cap. 21
Baptizatus autem Iesus cõfestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli; & vidit spiritum Dei descẽdentem sicut lumbam, & venientem super se. Et ecce vox de cælis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. cap. 21
Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. cap. 21
Et vinctum adduxerunt eũ & tradi-

& tradiderunt Pontio Pilato præsidi. cap. 23.
Et terra mota est, & petræ scissæ sunt. cap. 24.
Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. cap. 26.
Et monumẽta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierãt, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectiõnẽ eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. cap. 27.
Respondens autem Angelus dixit mulieribus, Nolite timere vos: scio enim quòd Iesum, qui crucifixus est, quæritis. Non est hîc: surrexit enim, sicut dixit. Venite, & videte locum vbi positus erat Dominus. cap. 28.
Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti. cap. 28.

Euangelium Marci.

Sed sunt sicut Angeli in cœlis. cap. 10.
Iesum quæritis Nazarenũ, crucifixum, surrexit, nõ est hîc, ecce locus vbi posuerunt eum. cap. 15.
Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinę, & suffocauerunt illud, & fructum non dedit. cap. 17.
Et statim ascendens de aqua, vidit cęlos apertos, & Spiritum tanquã columbam descendentem & manentem in ipso. Et vox facta est de cælis; Tu es filius meus dilectus, in te complacui. cap. 21.
Et confestim, manè consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus, & scribis, & vniuerso concilio, vincientes Iesum duxerunt & tradiderunt Pilato. Pilatus autẽ volẽs populo satisfacere, dimisit illis Barabbã, & tradidit Iesum flagellis cęsum, vt crucifigeretur. cap. 22.
Benedictus qui venit in nomine Domini. cap. 25.

Euangelium Lucæ.

Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. In præfatione ad Virginem. & cap. 11.

Benedicta tu in mulieribus. cap. 8.
Æquales enim Angelis sunt: & filii sunt Dei, cùm sint filii resurrectionis. cap. 10.
Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. cap. 10.
Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua; & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. cap. 10.
Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. cap. 11.
Et beata quæ credidisti, quoniã perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino. cap. 11.
Simon Petrus procidit ad genua Iesu, dicens, exi à me, quia homo peccator sum Domine. ca. 12.
Factum est autem, cùm essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. cap. 13.
Fecit potentiam in brachio suo. cap. 23.
Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctũ nomen eius. cap. 13.
Et dixit illis angelus. Nolite timere: Ecce enim euãgelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signũ, inuenietis infantem pãnis inuolutum: & positũ in præsepio. cap. 13.
Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. cap. 13.
Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomẽ eius Iesum. ca. 15.
Inuenisti gratiã apud Deũ.
Ecce cõcipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesũ. cap. 15.
Domine etiam Dæmonia subjiciũtur nobis in nomine tuo. cap. 15.
Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundùm

cundùm legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino. cap. 17.
Et tuam ipsius animã pertransibit gladius. ca. 17. & cap. 22.
Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. cap. 17.
Remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius. cap. 19.
Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. cap. 19.
Et erat subditus illis. cap. 19.
Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. cap. 20.
Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. cap. 21.
Iesu baptizato, & orante, apertum est cælum. cap. 21.
Et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. cap. 21.
Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. cap. 21.
Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. cap. 21.
Et tenebræ factæ sunt in vniuersam terrã vsque in horam nonam. cap. 23.
Disperfit superbos mente cordis sui, deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. cap. 25.
Dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. cap. 28.
Maria optimam partẽ elegit, quæ non auferetur ab ea. cap. 32.

Capita Ioannis.

Ego sum via, & veritas, & vita. In oratione ad Iesum. cap. 4.
Et sui eum nõ receperunt. cap. 4.
Hic est panis, qui de cælo descendit. cap. 4.
Hæc est autẽ vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum, in oratione ad Iesum.
Gratia & veritas per Iesum Christum facta est, in præfatione ad Virginem.
Vos ex patre diabolo estis, cap. 4.

Ego sum lux mundi. Ego lux in mundum veni. cap. 10. & cap. 13.

Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentũ: & vidit, & credidit. cap. 13.

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. cap. 13

Quis ex vobis arguet me de peccato? cap. 14.

Et ego vitam æternam do eis. cap. 14.

Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. cap. 15.

Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo. cap. 15.

Sed hęc omnia facient vobis propter nomen meum. cap. 15.

Si me persecuti sunt, & vos persequentur. cap. 15.

Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus. cap. 20.

Et ego vidi: & testimoniũ perhibui, quia hic est filius Dei. cap. 21.

Vinum non habent. cap. 21.

Quid mihi & tibi est mulier. cap. 21.

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum. cap. 21.

Ego palàm locutus sum mundo. Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis: ecce, hi sciunt quæ dixerim ego. cap. 22.

Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. cap. 22. fol.

Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. cap. 22.

Conuersus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius. cap. 23.

Ego & Pater vnum sumus. Pater in me est, & ego in Patre. cap. 25.

Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. cap. 25.

Quia odio habuerunt me gratis. cap. 25 fol.

Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. cap. 26.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem.

guinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. cap. 16.
Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. cap. 26.
Mulier ecce filius tuus. cap. 27.
Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credũt in nomine eius. cap. 28.
Et verbum caro factum eſt. cap. 30.
Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. cap. 33.

Acta Apoſtolorum.

Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. cap. 15. fol.
Ego enim non ſolùm alligari, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum propter nomen Domini Ieſu. cap. 15.
In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula. cap. 15.
Et ſuſpenſus crepuit medius. cap. 22.
Tunc reuerſi ſunt Ieroſolymam à monte qui vocatur Oliueti. Erãt perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu, & fratribus eius. cap. 29.

Pauli Epiſtola ad Romanos.

Non eſt enim poteſtas niſi à Deo. cap. 13.
Quẽ propoſuit Deus propitiationem, per fidem in ſanguine ipſius. cap. 13.
Propterea ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors: & ita in omneis homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. ca. 1.
Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit gratia. cap. 2.
Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autẽ confeſſio fit ad ſalutem. cap. 2.
Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſur-

rexit propter iustificationem nostram. cap. 17.
Sed in iis omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. cap. 15.
Nox præcessit, dies autem appropinquauit. cap. 15.
Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundùm carnem. cap. 30.

Ad Corinthios prima.

Beatior autem erit, si sic permanserit secundùm meum consilium. cap. 7.
Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. cap. 14.
Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. In præfatione ad Virginem.
Nunc autem manẽt fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas. cap. 2.
Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. cap. 25.
Absorpta est mors in victoria. cap. 25.
Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. cap. 26.
Quoniamquidem per hominem mors, & per hominẽ resurrectio mortuorum. cap. 27.
Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? cap. 28.
Et infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. cap. 21.
Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. cap. 26.
Probet autẽ seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. cap. 26.

Ad Corinthios secunda.

Non quòd sufficientes simus

mus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. In præfatione ad Virginem.

Pauli Epistola ad Galatas.

At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. cap. 2.

Pauli Epistola ad Ephesios.

Deus autem (qui diues est in misericordia) propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cùm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, (cuius gratia estis saluati) & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu: vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Iesu. cap. 13.

Suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cælestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc sæculo, sed etiam in futuro. cap. 28.

In quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, cap. 29.

Pauli Epistola ad Philippenses.

In nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. In oratione ad Iesum. & cap. 18.

Quorum Deus venter est. cap. 7.

Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est super omne nomen. cap. 25.

Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbi-

tratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. cap. 17.
Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortẽ autem crucis, Propter quod & Deus exaltauit illũ: & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. cap. 25.
Quæcunque sunt vera, quæcunq; pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ; siqua virtus, siqua laus disciplinæ, hæc cogitate. cap. 27.

Pauli Epistola ad Colossenses.

Delẽs quod aduersus nos erat, Chirographũ decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. cap. 25.
Si consurrexistis eũ Christo, quæ sursum sunt, quærite: vbi Christus est in dextera Dei sedens. cap. 27.

Epistola Pauli ad Timotheum prima.

Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. cap. 2.
Radix enim omnium malorum est cupiditas. cap. 22.

Epistola Pauli ad Titum.

Benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiã saluos nos fecit. cap. 25.
Confitentes se nosse Deũ: factis autem negant. ca. 25.

Epistola Pauli ad Hebraos.

Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. cap. 2.
Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. cap. 2.
Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo

verbo virtutis sua, purgationem peccatorum faciens sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. cap. 28. cap. 25.
Confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. cap. 15.
Sanguis Christi, qui per spiritum sanctu semetipsum obtulit in maculatum Deo, emundauit cõscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti. cap. 17.
Vt misericors fieret, & fidelis Pontifex apud Deum. cap. 18.
Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen Abrahæ apprehendit, cap. 25.
Statutum est hominibus semel mori. cap. 31.

Epistola Iacobi Apostoli.

Fides sine operibus mortua est. cap. 2.

Epistola Petri Apostoli prima.

Qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. cap. 4.
Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. cap. 13.

Epistola Petri Apostoli secunda.

Vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugientes eius, quæ in mundo est, corruptionem. cap. 29.

Epistola Ioannis Apostoli prima.

Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius. cap. 15.
Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filii Dei nominemur, & simus. cap. 29.

Apocalypsis Ioannis Apostoli.

Et blasphemaris ab his, qui se dicũt Iudæos esse, & nõ sunt, sed sunt Synagoga Satanæ. cap. 4.
Vincenti dabo manna absconditum. cap. 15.
Qui vicerit, hic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ. cap. 25.
Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. cap. 28. fol.

FINIS TERTII INDICIS.

MARIAE VIRGINIS PVRISSIMÆ DEI Matris vita.

Deprecatio ad Iesum.

Oratio ad Iesū.

SI quis ex re, quam agit, laudem capere studet, iste, Domine Iesv, b*quivia, veritas es, & vita*, ducē sequatur, oportet. Nam sinè tuo numine nihil potest nec animo concipi, nec actione suscipi præclarum. Id quod ego reputans, & sanctissimæ Matris tuæ historiam scribere cogitans, tuam in primis opem implorandam putaui. Me, quęso, labantem excipe, iacentem erige, viribus meis diffidentem atque in te præsidia omnia constituentem sustenta. Fac, vt mei conatus diuino Spiritu afflentur, & ad tuam laudem, & gloriam, atque sanctissimæ Matris tuæ honorem referantur. Quoniam autem omnia vitæ consilia te vnum intueri, te solum sibi mercedem & præmium proponere debent, te oro, tuam maiestatem, quæ pro nostra salute de sinu Patris in terras delapsa est, deprecor, mihi tribuas, hoc opus, quod te duce paro, ad te vnum referre: vt te post huius vitæ decursum in regno tuo huius mei laboris præmium habeam. Quàm multis est, proh do-

b *Ioā. 14.*

Omnia rerum à Deo initium ducendum.

Omnia vitæ cōsilia ad Deū referenda.

dolor, in rectè factis leuitas, & inanis laudis insita cupiditas? Ex quo efficitur, vt à te, quem primum spectare, quò cursum dirigere debeant, se auertant, & leuitati seruientes prolapsi corruant. Quocirca te oro, mihi tribuas, omnes laudandarum rerum actiones ad te vnum, & summum, & vltimum bonum referre, fructum laudis non laudem ipsam, sed hominum salutem & gloriam tuam intueri. Præstabis, bone IESV, pro tua summa pietate, & pro sanctissimæ Matris tuæ precibus meritisque, vt me ab omni sorde labeque peccati purum castumque conserues, & à me quicquid tibi displicet, procul amandes, atque cælesti præsidio, quo tibi tuæque diuinæ Matri, quæ dicere instituo, grata sint & iucunda, me confirmes. Afflet mihi, precor, diuini tui numinis potens aura, vt tibi placeam, & omnia mea dicta, facta, & cogitata ad te referam, quia sine tui sancti SPIRITVS afflatu nihil æterna vita dignũ efficere possum. Ad te igitur CHRISTE IESV flos purissimæ Virginis confugio, tu me sacræ virginis Mariæ matris tuæ (quam nemo præter te satis pro dignitate laudare potest) vitam pro ingenii mei tenuitate scribere nitentem adiuua, confirma, & mentem meam tenebris circumfusam tu, qui lumen es verum de vero lumine, illustra. Nam quo tandem modo, nisi tua clarissima lux mihi oborta fuerit, sanctissimæ matris tuæ splendorem (quem ne cælestes quidé mentes segregatæ ab omni con-

concretione mortali acriter aduersum intueri possunt) aspicere potero? Trahe me igitur Domine IESV post sanctissimam Matrem tuam, eiusque colendæ ardenti studio animũ meum inflamma. Hoc autem vt mihi tribuas, non mea, quæ nulla sunt merita, sed sanctum nomen tuum Iesvs patronum dignissimum, & saluberrimum ad te allego. Quo tanto ac tam diuino nomine, nec alio, humana salus continetur. Vos etiam cœli, terræ, insulæ, portus, maria, venti, & omnes res creatæ ad huius sanctissimi nominis, quod nostram in terris salutem constituit, gloriam celebrandam inuito, excito, impello, inflammo, incendo. Quia & vos, & quęcunque infinita Dei virtus creauit, huic sanctissimo nomini IESV parent subiecta, ei & in cœlis, & in terris, & in inferis omne genu flectitur. Ad sanctissimum igitur nomen IESVS, cui omnia mortalium condonantur peccata, tanquam ad tutissimum salutis portum confugio. Cuius dignitas & splendor, quo quis magis scelerum conscientia opprimitur, eo etiam notior est ac illustrior in parcendo. Quid quòd ipse nobis miseris & afflictis occurris, & ad te, cui nostra salus charissima est, inuitas, allicis, & rapis? Neque enim benignitatis tuæ fons perennis vlla hominum aut ingratitudine aut sceleribus exhauriri potest. Alii bene actæ vitæ & optimorum consiliorum conscientia erigi possunt: Sed quam illi ex vita constanter acta laudem

Nomen IESV salutare.

Nomen IESV cũctis rebus venerandum.

b *Phil.2.*

quæ-

quęrunt, eã ego in confessione sanctissimi nominis tui Iesvs pono, omnia vitæ meæ præsidia & ornamenta in eo constituo. Non igitur meis recte factis, (quæ nulla aut perexigua extant) sed sancti nominis tui notitia & confessione glorior, exulto, ac triumpho: quo vno salutem humanam contineri, constantissimè credo. Quoniam autem initium bonorum operum ducendum est à confessione malorum operum, confiteor tibi CHRISTE IESV, fili Dei viui, sanctissimæ matri tuæ Marię semper virgini, beato Michaeli Archangelo, cælestis militiæ Principi, beato Ioanni baptistæ, sanctis Apostolis Petro & Paulo, beato Laurentio inclyto martyri, & omnibus Sanctis, de multis ac magnis quibus tuam sæpe tremendam maiestatem offendi peccatis. Ideo beatam Mariam semper virginem diuosque omnes precor, vt salutis meæ causam patrocinio egentem apud te suscipiant. Quorum precibus non dubito, quin à te, quod oro, impetrem. A tua igitur, benignissime IESV, iustitia, cuius, nisi peccantes resipiscant, retentissimus es, ad tuam clementiam prouoco; eam mihi patronam exopto. Vos etiam sancti Patres vtriusque & veteris & noui Testamenti compello. Te Abraham, qui Deo credidisti, qui propter fidem in DEVM amplissimis iustitiæ opibus ornatus fuisti, inuoco. Te Moyses sancte, qui Israeliticum populum Ægyptiaca seruitute oppressum diuino præsidio circumuallatus

Fidē Catholicam profitetur Deū diuosq; omnes cōtestans.

nallatus eduxisti, & per mare rubrum DEO duce sicco pede transuexisti cum omnibus sanctis Vatibus imploro. Te sancte Matthæe, qui primus res à CHRISTO Domino gestas scriptis mandasti, appello cum ceteris eiusdem sacræ historiæ scriptoribus, cum omnibus Apostolis ac discipulis Domini, quorum vocibus ad extremas orbis terrarum oras CHRISTI IESV clarum ac diuinum nomen perductum est, atque immortali religione consecratum. Vos omnes mihi patronos exopto, & contestor nihil à vestra cælesti doctrina, quam à diuino fonte haustam hominibus ad salutem comparandam diligentissimè tradidistis, alienum sentire: sed potiùs illi constantissimè credere, firmissimè adhærere. Huius igitur fidei, quam à Domino IESV acceptam mortalibus tradidistis, huius, inquam, fidei, cuius Sacramento, cùm CHRISTO initiatus sum, me obligaui, vos locupletissimos testes appello. Vos sacri Doctores veritatis Catholicæ columnæ, acerrimi orthodoxæ fidei propugnatores, testes adhibeo. Nam diuino beneficio constantissimè credo quidquid Ecclesia Catholica, Apostolica, Romana per vniuersum orbem longè lateque diffusa, cuius vos clarissima lumina estis, sub vno Pastore, qui Christi Iesu personam in terris gerit, confitetur & credit. Hanc igitur fidem, sine qua Deo placere nullo modo possumus, profiteor, & constanter loquar, quæ in-

indubitanter credo: vt fides, quæ corde retinetur ad iustitiam, oris aperta confessione redundet ad salutem. Nihil igitur dicam, quod abhorreat ab hoc fide, quam diuinitus traditam accepi. Nihil loquar, quod sacris Pontificum decretis aduersetur. Nihil asseram, quod cum sanctorum Patrum scitis, sanctionibus, traditionibus pugnet. Nam qui illos audit, DEVM audit, qui illos spernit, DEVM spernit. Quorum ore SPIRITVS sanctus locutus est. Absit igitur, vt quidquam, quod à veritate Catholica abhorreat, sentiam dicam, & cogitem. Quamborem nemo mihi aduersetur, nemo vllis me machinis oppugnet; non maior natu me contemnat, non æqualis detrahat, non superior me despiciat, non inuidus & maleuolus malignis verbis in me garriat. Etenim quæ dicam, non erunt ex meo sensu deprompta, sed ex diuino fonte hausta & delibata, & in excelso Ecclesiæ monte posita & locata. Vera enim sunt, & à veritatis, quæ DEVS est, auctore nobis ad salutem comparandam benignissimè communicata. Vt enim DEVS in æternum permanet, sic etiam veritatem meritur æternitas ipsa. Cuius certè vis tanta est, vt contra omnes nequissimi hostis insidias, contra omnes machinas, contra omnia hostium tela satis per seipsa tecta sit ac munita. Etenim suam dignitatem, maiestatem, & amplitudinem, vim, potestatem, pulchritudinem, constantiam, ac infinitas, quibus

Veritatis vis.

us abundat, laudes ad DEVM autorem re-
ert. Quæ certè luce sua seipsam patefacit, &
omnium oculos incurrit. Quamobrem
uo illam hostes diligentiùs opprimere &
bscurare conabuntur, eo magis eminebit &
pparebit. Contrà autem quæ falsa sunt, sta-
im fumi instar euanescunt: nam ea ratio &
eritas ipsa facilè per se conuincit. Ex quo ef-
ficitur, vt nullas vires habere possit falsum ad
permanendum. Facilè igitur erit verum à fal-
so discernere, vt aurum genuinum ac na-
tiuum à fucato & ementito. Qui falsa defen-
dunt, ex Diabolo sunt, qui mendacii pater est
& autor, & cum illo facit, qui mendacium
tuetur ac defendit. Contraquam boni: qui,
cùm ex Deo sint, veritatem amplectuntur,
eiusque lucem sequuntur. Veritatis igitur a-
mantes & studiosi DEVM diligunt, & ad DEVM,
6 qui Veritas est, accedunt, atque amplissimos, 6 Ioan.
quibus veritas ipsa redundat, fructus perci- 14.
piunt. Quæ vna veritas mihi hoc in libro pro-
posita est, quam vnam intueor, quò ad DEI
gloriam illustrandam cursum dirigo. Nouit
autem DEVS, cui intimi animorum sensus
patent, cui sunt in conspectu cuncta, quæ la-
tebris occultantur, veritatis amatores. Quos
certè diligit, & amplissimis præmiis affici:
mendaces verò à se amersos in sempiternam
calamitatem perpetuis cruciatibus cum Dia-
bolo, cuius simuleis extiterunt, torquendos
dejicit. Quibus supremo illo die, cùm huius

vniuersitatis machina dissoluetur, terribilis apparebit. e *& in circuitu eius tempestas valida erit.* Tunc beati erunt, qui veritatem acerrimè propugnarũt, miseri autem ac maledicti, qui eam impugnarunt. Aggrediar igitur hoc opus, veritatem ducem sequutus, cui merces proposita est vita æterna. In qua est requies laborum, pax summa, & à conturbatione hominis securitas maxima, a *Vita autem æterna,* quam vnam præcipuè intueri debemus, *hæc est, Vt verum* DEVM *cognoscamus, & quem misit* IESVM CHRISTVM. Cui cum Patre & SPIRITV SANCTO est ab omni æternitate omnis honor & gloria: Amen.

e Psal. 49.

a Ioã. 17

Ad Virginem præfatio.

b 1 Cor 3.

b *SI nemo potest*, sanctissima Virgo, *non dico maximarum, sed ne minimarum quidem rerum, sine diuini numinis auspicio, scientiam tenere*: quisnam tuas laudes satis dignè celebrare poterit? Ipsi etiam purissimi spiritus, ad puritatis tuæ lucem mentis aciem intendentes, cùm tamen corporea mole non grauentur, & tuos coràm honores mirentur, vix tuas audent tentare laudes: quas maiores esse vident, quàm vt eas prædicando complecti possint. Quòd si illæ cælestes, quæ in cælestibus habitant oris, ab omni concretione mortali liberæ

es onus lõgè ſuis humeris impar ducunt,
ſingulares atque diuinas laudes celebrã-
ſuſcipere, quid me miſero fiet, quẽ mor-
s conditio grauat, atque à cæleſtibus rebus
umana fluxa, caduca, & inania deprimit?
em multorum ſcelerum conſcientia cõuin-
quem flagitiorum ſordes obſcurãt? quem
norantiæ tenebræ circumfuſum habẽt? Quę
hæc tãta eſt audacia, vt impurus de pura lo-
atur, immundus de munda dicat, peccator
caſta & immaculata ſermonem inſtituat,
ultorum ſibi ſcelerum conſcius de innocen-
æ ſplendore decorata orationem habeat, in-
emperans de puriſsima atque integerrima
irgine diſſerat? Fateor equidem hoc non au-
aciæ ſolùm, ſed temeritatis etiam atq; extre-
iæ demẽtiæ eſſe. Sed quantum mea indigni-
as timoris mihi parit ad laudes Virginis prędi-
cãdas, tãtũ mea pietas alacritatis affert ad eas
celebrandas. Sed cũ id aggredior, & te, Virgo
diuina, cõtemplari incipio, mentis meæ acies
habeſcit præſtricta, ſubſiſtit, hæret, nec eſt ali-
quid vlterius, quò progredi poſsit, niſi DEVS.
Qui ſolus hoc ſibi ſumere valet, vt te quã ad-
mirabili prouidentia excogitauit, virtute cõ-
ſtituit, ratione perfecit, pro dignitate laudet,
præterea nemo. Sed quia nihil ſecundũ DEVM
animo concipi poteſt te pulchrius, clarius, pu-
rius, illuſtrius, ſplendidius, atque ſalutari⁹, au-
deo aliquid ſcribere, quod ad tuã laudẽ perti-
neat, nõ meo ingenio fretus, ſed præſidio tuo

Maria Virgo ſecundùm Deum excelſa ſuper omnes.

confisus. Quam cogitationem mihi excitauit summum, quo me diuina benignitas mirabiliter incendit, amplitudinis tuæ studium. Ea igitur, quæ ab Ecclesia Catholica ex sãctorum vatum oraculis edita, & sacris literis, atque sanctorum Patrum monumentis consignata accepi, ea, inquam, dicam, illa proferã, illa palàm prædicabo. Sic enim futurum spero, vt ab omni sorde labeque peccati purus & castus fiam, à morte ad vitam, à tenebris in lucẽ reuocer, à miserrima conditione, ad florentem
6 Ioã. 1. 6 gratiæ per IESVM CHRISTVM factæ statum traducar. Et enim sicut qui CHRISTVM IESVM Dominum nostrum confessus fuerit in terris coram hominibus, confessionis suæ præmium coram cœlesti Patre percipiet is in cœlis: ad eumdem etiam modum qui virginẽ Matrem confessus fuerit, illam piè castèque coluerit, & tota mente & animo * de ipsius gloria illustranda, atque apud omnes amplè magnificeque celebranda cogitauerit, haud dubiè in cœlesti patria agnoscet illum inter oues suas verus ille pastor CHRISTVS IESVS; qui ex virgine Matre verus est nobis ortus sol iusticiæ. Id quod sapientissimus Rex Salomon, virginis personæ seruiens, his tãto antè demonstrauit verbis: c Qui elucidãt me, habebunt vitam æternam. Itaque qui in Virginis laudum studium toto pectore incũbũt, qui illius clarum & illustre nomẽ in luce ponunt, & in omnium oculis atque conspectu pro-

Virginis laudatoribus vita æterna proposita est.

c Eccl. 24.

ropalam constituunt, vt vniuersi illam sum-
a pietate colant, ardenter ament, hi certè
eleſtis gratiæ opibus, DEI matris præclaris
DEVM meritis, & sanctis precibus, redun-
ibunt. Quod certè tam pium, tam sanctum,
mque salutare officium, dú in humanis fue-
int, coluerunt, quotquot nunc cæleſti glo-
a fruuntur. Te igitur precor, diuina Virgo, *Deprecatio ad Virginem.*
Domina mea, mater creatoris, genitrix tui fa-
toris, vt luce tua mentis meæ tenebras illu-
rare velis, quo te diligam, digna de te loquar,
igna sapiam, atque dignis laudibus tuã me-
moriam celebrem. Tu verò Regina cœli dabis
ro tua clementia huius mei qualis qualis la-
boris à mea in te pietate & obseruantia pro-
fecti hanc mercedem, vt filius tuus diuinus
anctis precibus tuis peccata mea cõdonet, &
gratiæ suæ muneribus ornatum me posthuius
vitæ decursum ad sempiternã felicitatẽ per-
ducat. Hoc nõ dubito, quin possis: vales enim
gratia plurimum apud DEVM. Quid enim
est, quod tantæ matri tantus filius deneget?
Quòd autem velis deprecari DEVM filium
tuum pro miseris mortalibus, nullus dubitã-
di locus relinquitur: quia sine illis nunquam
tanto filio digna fores. Semper quæ tua est
in humanum genus incensa charitas, nostræ
saluti faues, semper nostra commoda & orna-
menta intueris. Quid quòd eos, quos tui stu-
dio mirabiliter incensos vides, ardẽtiore cha-
ritate complecteris? Quorũ in numero cùm

me summa dilectissimi filii tui Domini nostr IESV CHRISTI benignitas esse voluerit, non dubito, quin oculos tuos sole nitidiores in me quoque, qui te piè & religiosè colo, & tuam opem imploro, nunc iam conuertas. Nã miseris misericordia necessaria est. Mihi igitur diuina Virgo, quæ sole amicta es, pulsa caligine, lumen præfer, quo te contempler, & laudibus, quantum possum, tuam maiestatem, dignitatem, & amplitudinem celebrem: vt tibi si minus quàm debeo, at quam possum pietatem & cultum præstem. Fac, obsecro, vt me, quem peccata deterrent, perpetuæ integritatis & virginalis pudicitiæ tuæ verissima & cõstantissima cõfessio excitet, erigat, & filio tuo diuino reconciliet. Diligis enim te diligentes, & vberem præstantemque bonorum copiam largiris illis. Aspice de cœlo labores & pericula, quibus mortalis condicio exposita est, & nostri cape misericordiã. Commotas seda tempestates, exoptatam afferens tranquillitatem. Tu enim es spes nostra, in te, cùm à DEO filio tuo discedimus, omnem salutis spem sitã & locatam habemus. Ad te in summa rerum difficultate tanquam ad tutissimum salutis portum confugimus. Tu enim es summi ac præpotentis DEI ampla domus, tu ciuitas refugii omnibus ad te confugientibus. In te defessi conquiescimus, à te tristes & mẽrẽtes solatium capimus, tuo præsidio muniti hostiũ tela retundimus, impetus frangimus. Cùm ne-

nequissimus hostis hac illac igneis telis suis nos oppugnat, in huius augustissimæ triumphatricis, cuius ille pedibus subiectus conteritur, munitissima castra est confugiendum. Quæ quidem facilè rugientis inimici sæuitiã superabit, & nos ab armatorum hostium impetu prohibebit. Facit enim Regina cœli, vt cælestes legiones pulcherrimis armis instructæ, & versicoribus signis fulgẽtes, nos in summis rerum angustiis constitutos tueantur ac defendant. Ipsa verò Imperatrix suo fulgenti cælatoque auro clypeo nos tegit. Tantam in nos diuinę Virginis meritorum magnitudinẽ non referenda solùm, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possumus. Ipsa autẽ, quæ diuinis muneribus est ornata, quæ amplissimis ornamentis est exculta, ipsa, inquam, quæ & cœlum luce sua ornare potest, & cælestes ciues gloria augere, nulla re nostra indiget. Sed adeò ardenti studio est in humanũ genus cõcitata, vt semper de illius commodis & ornamẽtis studiosissimè cogitet. Cuius summa & perpetua in nos merita nunquam non memoria tenere debemus. Nam indignus est dãdis, qui data beneficia grata & memori volũtate non agnoscit. O Virgo fulgentissima, quæ terris miseranda caligine offusis iucundissimã lucem attulisti, quàm longè lateque splendorem tuum diffundis! O fons sanctissime, fons dulcissime, ex te riui emanant aquarum, quæ in nostros animos influentes eorũ sitim ex-

Maria refugium nostrum.

Maria beneficia.

tinguunt, & salutem afferunt. A te misericordiæ amnes perlucidi ex immenso bonorum omnium mari longè lateque fluentes ad hominum vitam permanant. Qui huius miseræ vitæ vastissimo mari incerto cursu, nauigant, quo longiùs in altum se insinuant, eo citiùs benignitatis tuæ aura afflati portum occupãt. Ex quo feliciter soluentes salui ad cœlestem patriam appellunt. Ipsa Regina cœli tanquã optima & sapientissima gubernatrix nostrũ cursum dirigit, ipsa maximis turbinib⁹ & fluctibus concitatis inter fulmina ac tonitrua mare tranquillum reddit, & tanquam portũ aliquem, ne naufragio misere pereamus, clausum tenet. Clementissima mortalium aduocata vehementer sibi optat à nobis aperiri cãpum latissimum, in quo suæ liceat liberalitati excurrere, ac libere vagari. Quamobrem qui Virginis pietate incensi labores aliquos sustinent, qui splendida, ampla, magnifica, plena dignitatis & honoris spectant, hi certè rẽ illi gratissimam faciunt. Ex qua vberes præstantesque suorum in illam officiorum fructus celeriùs, quàm si æs alienum esset, percipiunt. Beneмeretur sacrata Virgo de nobis quã potest studiosissimè, licèt præmium planè nullũ à nobis reposcat. Semper illa nostrum in se cultum & obseruantiam gratissimo animo complectitur, suorum erga nos meritorũ oblita: immo verò semper expectat à nobis, q̃ auctum cumulatumque reddat. Tutò quidẽ

Maria vnicũ malorũ leuamẽ & eius in nos merita.

&

& honestè cum illa cõtrahas, quæ omneis ad se confugientes non modò tuendos suscipit, sed etiam honore ornandos, dignitate & cõmodis copiosè augendos. Si cum mortalibus transigas, periculum est à ruina, quia neque lucrum neque culpam, quã vereris, præstare possunt. Quocirca quia cũ nullo præter DEVM tutò tranſigi potest, nisi cũ augustissima cœli Regina, c ideo inter cælestes mortalesq; amplissimis laudibus ornatur, litterisque omniũ gentium & linguis sanctum eius nomen celebratur; floret Mariæ clarum & illustre nomẽ monimentis gloriæ sempiternis. Omnes igitur terrarum oras & remotissimas quasque regiones ad sui cultum, studio inflammato rapit sacrata Virgo. A qua omneis gentes, populi, & nationes agnoscunt præmia sibi dari pro pietate & laboribus susceptis amplissima. Adhuc repertus est nemo, qui liberaliter ei seruiret, non largè effuseque donatus. Nostras pias iustasque preces Regina cæli libenter audit. Cuius memoriã, si præclarè nobiscum agi cupimus, nunquam deponere debemus, sed viuam semper cum summa beneuolentia complecti. A cuius laudib⁹ nullo tempore vacandum est nobis, qui tanta tãq; diuina accepimus beneficia. Qui veri Virginis sunt cultores, tanto gaudio cumulantur, tanta voluptate perfunduntur, quantam verbis exprimere non possunt: tot bonis augentur, quot vix aut optando aut deligendo cogitassent.

Securus cũ Maria transigas.

c Lucas

Omnes gentes & nationes Virgine colunt.

taſſent. Is igitur caſtè Virginem colẽtibus animis ignis accendi ſolet, ea concipi flamma, vt in dies magis exardeſcat, tantum abeſt, vt diuturnitate temporis extinguatur. Debẽtur ergo ſummis eius & diuinis beneficiis in nos collatis vberrimi ac præſtantiſſimi pietatis & honoris fructus. Quos ſacra Virgo grati animi & obſeruantiæ, qua illam colimus, certiſſimos teſtes lætiſſima capiet. Deiparæ virgini, quæ benemerendi finem nunquam facit, immenſum quiddam eſt & infinitum, quod debemus. Quare ne committam⁹, vt labores pro illa ſuſceptos, præſertim cùm tam iucũdi ſint & fructuoſi, vmbra & otio languentes intermittamus. Quæ ad eius cultum non pertinent ſtudia, ea ſumma animi cõtẽtione repudiem⁹; quæ verò honeſtatis decus & excellẽtiam præ ſe ferunt, illa diligentiſſimè cõſectemur. Illius incenſi amore; ea debemus amplecti ſtudia, quæ Virgo ſacra amat; ea verò fugere & aſpernari, quæ illa peſſimè odit. Quænam ſunt autem, quæ illa, vt in hanc lucem edita eſt, amauit, coluit, & præſtitit? pietatem ſingularem in DEVM, in parentes; obſeruantiam in maiores natu: caſtitatem angelica puritate maiorem, humilitatem, manſuetudinem benignitatẽ, miſericordiam, & omnes laudes atque virtutes, quæ præ multitudine numerari non poſſunt, ſicut neque maris (cuius illa nomine decoratur, vt in quam omnium dotium & virtutum plenitudo confluxit) arenæ numero vix com-

comprehendi possunt. Quænam verò sunt, quæ ipsa pessimè odit? ea, quæ ad illam nunquam pertinuerunt, immo tam longè abfuerunt ab ea, quàm cælum à terra distat, & longiùs; scilicet peccata, quæ nunquam hæc arca DEI purissima, hic gloriæ thronus neque actione suscepit, neque origine contraxit. *b Hæc enim domum Dei, hanc sapientiæ sede, b hanc sanctificationis arcam maximè sanctitudo decebat.* Cùm sacratæ MARIÆ singularē clementiam mentè contemplor, in illius cultū & religionem ardenter incumbo. A quo sanè studio nihil præter ipsam mortem me abducet. Cuius rei testem esse volui, hunc de illius laudibus libellum: quem magnæ Matris auspicio, in eius & CHRISTI filii sui laudem & gloriam feliciter inchoaui. Quamuis autem mihi non sumo, vtrem tātam ingenio & doctrina consequi possim, & maiorem infinitis partibus agnoscam, quàm vt eam humi repēs suspicere possim: tamen confido fore, vt hic conatus votis meis aspiret præsidio Virginis; cuius ope omnia recta feliciter cadunt consilia. Ipsa cælestium Regina diuinarum rerum cupiditate nos ardenter inflammat, suo splendore cōmouet, atque ad sui amorem inuitat. Cuius enim oculos egregium altissimę Virginis lumen non in se conuertat? non ad sui beneuolentiam incredibiliter alliciat? vt enim illa, quæ super omneis cælestes amplissimum locum tenet, quam cælum, pōtus, & terra colunt,

b Pro. 24.
b Psal. 131.

lunt ac prædicant, nostris laudibus non indiget: nos tamen vt ipsos simul & cæteros instruamus, nullum laborem detrectare debemus: nulla necessitate vel rei vel tẽporis, quo minùs recta studia colam⁹, impediri. Et enim semper meminisse oportet, in qua ciuitate nomen dederimus, ne aliter quàm sapientib⁹ conuenit, viuamus. Quod fiet, si vitia effugerimus, & actiones Christiano homine dignas vita & moribus expresserimus. Nostræ celebrationis commemoratio necessaria non est sacratæ Virgini: cuius sanctum nomẽ cælum & terra perpetuis laudibus prosequũtur: hoc tamẽ desideriũ puritatis Mater libenter amplectitur, vt otium (in quo hebescunt animi) fugientes, actionibus tempus tribuamus honestis. A quo tam præclaro instituto nihil nos abducere debet, nulla res auocare. Eam ergo viam, ad quam nos vocat tam ardẽs studium, ingrediamur. a, d Proh sancte CHRISTE, quã turpiter victus cedit colluctator & aduersarius noster, quamuis sit astutus, & ipse violentus iis, qui diuinam Virginem d (quam omnes inferorum potestates pertimescunt) piè castèque venerantur. Cuius sanctum nomẽ aduersæ dominationis impetus frãgit. Et enim MARIAM virginem matrem suam summus DEVS nobis ad propulsandos teterrimi hostis impetus munimentum constituit. Quare si quis laqueos, & quidem tam subtiles, vt oculos mẽtis effugiant, nec possint humanæ sapientiæ

a *Aduersarium vincit pietas & deuotio in Virginem.*
d *Gẽ. 28*
d *Cãt. 6*

prouí-

prouisione vitari, declinare studet, is se in fidē atque tutelā Virginis recipiat. Quod si fecerit, omnes hostium copias fusas fugatasque videbit, atque cunctas insidias patefactas. Igitur colluctatoris nostri eo magis retardantur impetus, quo ardentiùs in studium sacræ Virginis incitati fuerimus, quo diligētiùs animos virtutum ornamentis expolire cōtenderimꝰ. Sed hei nobis, si in laudādarum rerum studio torpuerimus: tunc enim hostes eruptione facta irruunt in nos furibundi. Cōtra quos solo DEI eiusq; sanctissimæ Matris præsidio muniti esse possumus. De quibus si gloriosè triūphare cupimus, viribus nostris diffidentes, ōnem salutis spem in DEI benignitate collocare debemus. Quam haud dubiè nobis conciliabit eius sanctissimæ Matris patrocinium. Quod nobis certè non deerit, si piè, iustè, sanctèq; vixerimus. a Vincitur autem Satanas nō otio, somno, vino, comessatione, libidine: sed oratione, labore, vigilia, abstinentia, continētia, castitate. Qui iis armis ad illam pugnam vtuntur, in fugam conuertunt aduersarios: qui enim resistunt diabolo, eum infugā conjiciēt. Sed nemo sibi placeat, nemo victoria insolēter glorietur, vt se suis viribus hostiles dæmonum insidias, tentationes, impetusq; sustinere posse confidat. Non est hoc naturæ humanæ imbecillitati tribuendum, sed Deo, cuius beneficio arcus fortium superatꝰ est, & infirmi accincti sunt robore, acceptium referendum. a Matt. 26. 1. ar. Reg. 2.

Cui

Cui soli pro victoria sunt agendæ & habendæ gratiæ. Quo vno & autore & adiutore vincere possumus hostē magnificè. Quod fecit Apostolus: *1.Cor. 15.* *Deo autem, inquit ille, gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum* IESVM CHRISTVM. Ad cuius gratiā patet nobis aditus per Virginem matrē, quæ veros sui cultores ipsa tuendos ornandosque suscipit.

Apostrophe ad Virginem. Cùm tuos castissimos oculos conjicis, purissima Virgo, in filii tui faciē aspectu iucundissimam, tota diuini amoris igne exardescis SPIRITVS SANCTI suaui vulnere saucia. Filius te summa gloria ornat, ac cælestes āplissimis laudibus celebrant. Te igitur, per quam mortales à benedicto fructu ventris tui IESV gratiam consequuntur, oro, vt quæ de tuis laudibus dicere cogito, tibi tuoque filio iucūda & grata contingant. Esto mihi, quæso, cælestium mortaliumque gloria, dux, & autor ad enarrādam sanctissimæ vitæ tuæ historiam. Hoc tuis sacratis pedibus, quibus omnes superi & inferi genua flectunt, prouolutus, à te quàm possum suppliciter peto. Fac, vt de ortu, de cælesti educatione, de illustri ingenio, de optima natura, ac diuinissima indole tua, deque sanctissimis parentibus tuis dicturū instruas & erudias. Deinde, quia filii tui admirabilem cōceptum, ortum, vitam, & mortem commemorabimus; quia illius temporis iucūda repetetur recordatio, quo puer lactēs in gremio tuo sedebat, mammam appetens, tuisque virgineis,

vberi-

vberibus de cælo plenis dulcia oſcula adfigẽs, quo deniq; in ſæuiſſimam crucẽ ſublatus eſt, pro me ad illum deprecatrix accedas, quæſo: vt quæ de te ſcribere inſtituo, ea in tuam tuique filii laudem & gloriam cedant. Hiſtoriæ initiũ, quo notior eſſe poſſit & illuſtrior, paulo altiùs repetendum eſt. Quæ quidẽ texetur ex diuinis l'tteris, & quæ nobis ſancti Patres teſtata reliquerunt, monumentis.

De conſtitutione mundi, de felici primi hominis, contraq; poſt peccati lapſum miſero & infelici ſtatu.

Caput I.

ARtifex ille noſter ac parens DEVS, cuius vis maieſtaſq; tanta eſt, vt eam nemo neque verbis exprimere neq; mẽte concipere poſſit, creauit ſumma virtute, & infinita ſapientia, cœlum, & terram, atq; õnia, quæ cæli terræque ambitu coërcentur. Cuius operis fabricam propria cogitatione & volũtate ex nihilo excitauit; vt ſapientiæ ſuæ opes communicaret, & in plures diffunderet. Addidit cælo ſolis ſplendorem, lunęque, & cæterorum ſiderum ornatum. Cælorum orbes certo & conſtanti motu tẽperauit. Hunc autem mundi ornatum, hanc tam illuſtrem rerum cæleſtium ſpeciem, hanc tãtam vim maris atque terrarum, hanc decentiſſimam rerum

Gen. 1. Mundi creatio.

rum dissimilium inter se consentientem naturam, hāc, vt vno verbo dicam, mundi fabricam non sibi, non Angelis, non plantis, aut animantibus rationis expertibus, sed homini corporis atque mentis compoti excogitauit.

Adæ creatio

Quem ex omnib⁹ animalibus solum fecit cælestem, & rigidum erexit, bipedemque constituit, vt cælum, vnde illi origo est, suspiceret, & mentem ad sui opificis contemplationem pelleret. Illum, Adæ nomine indito, summus artifex in amænissima regione (quam Græci paradisum vocant) constituit, terris omnibus præfecit, & in regio domicilio collacauit.

Paradisus terrestris.

Locus ille placidus est & irriguus, omni florum varietate distinctus: vbi nulla aër caligine, nec vllis nebulis circumfusus est, vbi lumine latè diffuso splendescunt omnia. Deinde fluuij gēmas & lapillos purissimis aquis perlucidos ferentes eam regionem respergunt. Quæ sempiternis arboribus consita est, & floribus suauissimum odorem afflantibus omni tempore anni vestita. Terra varios fructⁿ & fruges summa fundit largitate. Nudus autem in illo horto amænissimo spatiabatur Adamⁿ. Nec enim vestitu indigebat is, cui nec vlla cæli grauitas nocere poterat, nec vlla turpitudinis nota erat, quā vt occultaret, vestimenta desideraret.

a Arboris usus datus cur Adamo vetitus

Lex autem præscripta est illi virtutis coleridæ libera voluntate, qua custodita, in cælestē lucem excederet. a Vetauerat autem Adamum (cui tamen reliquarum potestatē fecerat) cuiusdam

iusdam nobilis arboris, quæ boni & mali scientiam continebat, mortis pœna proposita, fructum gustare. Nam etsi hominem libertate donauit: eam tamen salutari lege deuinciuit: vt in rebus gerendis ex Dei potiùs nutu & voluntate, quàm ex suo arbitrio penderet. Nam certissimam sibi ruinam parant, qui suo potiùs, quàm Dei instinctu, & autoritate ducti, quid sequendum sit, statuunt. Omne etiam animantium genus, quod in hominis potestate esset, omnes opes, quas terra sinu suo atque complexu coërcet, maria crasso aëre circumfusa, cœlum denique atque sidera, vnde tam multa fluunt humano generi salutaria, hominis causa condidit, atque perfecit suminus ille atque hominum parens DEVS. Tandem Adamo somno oppresso, ne solus esset, (nihil enim solitarium amat natura) costam extraxit, ex qua carne repleta Eua mulier est formata, & cum viro coniuncta & sociata. Ambo feliciter & iucundè degebant in illo amœno & iucundo loco: qui omnia, quibus alerentur, largiter illis suppeditabat: ambo vitam agebãt metu solutam ac liberam in illo opibus circumfluenti & bonis abundanti regno. In quo collatus est homo; vt inde iusticia sanctè culta, tandem in cœlitum cœtum reciperetur, & illo summo bono, cuius eximio amore flagrabat in terris, sempiterno æuo frueretur in cœlis. Vallabat illum cœlestis iusticiæ, quæ animum facilè ad pietatem impelleret, firmissima

Ada felix status.

Eua formata ex costa Adæ.

Iusticia originalis.

ma custodia, stabilisque virtutis constantia; amplè magnificeque exornabat illum excellens honestatis decus & pulchritudo. In quo florenti innocentiæ statu constitutus sponte sua, nulla ad malum propensione, virtutis officia colebat. Nam cùm ratio in puppi sederet, clauumque teneret, libenter DEO parebat, atque rationi appetitus (in quibus irarum ardor existit, & libidinis motus temere ad potiundum incitantur) facilè se obedientes præbebant. Atque vtinam homo stetisset, quo cœperat statu: foret certè felicissimus. Nunquam enim ipse cum posteris expertus esset labores, miserias, calamitates, quę peccatum sunt consecutæ: nunquam è paradisi finibus tanquam patria extorris pulsus esset. Sed proh dolor, simulatque vetitum fructum ab Eua inuitatus gustauit, statim innocentiæ ornamentis spoliatus est, & innumeris, quibus antea carebat, malis propositus. Cùm enim videret immanis illa bellua, id est princeps tenebrarum & autor impietatis, hominem in tam excelso dignitatis gradu collocatum, & illum intelligeret ad eam gloriam ascensurum, vnde ipse deturbatus est, & reliquæ mentes, quæ cum suo duce superbia elatæ erant, in sempiternam miseriam detrusæ: æstuauit inuidia, & in eo, quantum potuit, pugnauit, vt hominem perderet, & funditus euerteret. Serpentis ergo omnium animantium callidissimi formam gerens, femininam,

inuidia diaboli homo in culpam actus.

minam, cuius sexum infirmiorem agnoscebat, fraude confictisque dolis aggreditur. Cuius venenatis vocibus decepta, & pulchritudine arboris illecta, fructum vetitum decerpit & comedit. Quæ statim ex anguis teterrimi congressu venenum hausit mortiferum: nam & hosti truculento temere assensa DEI præceptum & interdictum violauit, & virum, cui comes addita erat, ad funestas epulas inuitauit. Quibus gustatis, mox pari etiam scelere ipse se cõstrinxit. Primus igitur humani generis parens hac sceleris contagione inquinatus, iis præsidiis, quibus à DEO circũuallatus fuit, destitutus, his ornamentis, quibus antea redundabat, spoliatus, malis patuit innumeris. Ex quibus illud grauissimum fuit, quòd se à summo parente DEO, cuius si dicto audisset, beatus fuisset, disiunctum sensit, & tandem post varias ærumnas & luctus acerbissimos, à vita deserendum esse, intellexit. O ter quaterque miser, qui recessit à DEO, à quo animum hausit, & cuius numine propriam vitam sustentabat. b Nec verò peccatum hoc, quo se contaminauit, in eo solùm resedit, sed ad omnem etiam posteritatem permanauit. Quod certè malum latiùs in dies serpsit, inhæsitque penitus in visceribus, & animo cladem atque mortem intulit. Ambo igitur Adamus & Eua in grauem DEI offensionem incurrerunt, vt primùm diuinam obedientiã abjicientes turpi peccati macula se fœdarunt.

Gen. 3.

Adamin ruinam lapsus.

b Gen. 3. Rom. 5. 6

Adam è paradiſo pulſus cum Eua

Quare grauiſſimas ſtulticiæ ſuæ pœnas dederunt: nam & eiecti ſunt exules è paradiſo, & à florenti ſtatu ad miſerum traducti. Etenim intellectus, qui antea vigens & acer & ad intelligendum perſpicax erat, caligauit, neque tam erat exploratum quàm antea, quid potiſſimùm ſequeretur. Voluntas verò, quæ primùm omni animi perturbatione vacua rationem ducem ſequebatur, adeò languit, vt plerumque ab officio deducta ad appetitum rationi contrarium ſe applicet. Iam memoria, quæ DEI ſolùm, earumque rerum, quæ ad pietatem & iuſticiam ſpectant, recordabatur, eam plagam accepit, vt à DEI contemplatione ad hæc infima, & multis malis contaminata, quæ oculis cernuntur, bona ſe demiſerit cogitanda. Quamobrem diuinarum rerum, quibus tanquam ſuo pabulo alitur animus, guſtu amiſſo, ad ea ſolùm mentis aſpectum referebat, quæ corporis oculis pulchra & ſplendida videntur; eas tantùm voluptates, nempe inanes, fluxas, & interituras, quæ corporis ſenſu vſurpantur, conſectabatur. Ad tantam cæcitatem deductus eſt homo, vt tenebras cum luce, exilium cum patria, fluxas & indignas voluptates cum veris & ſempiternis comparandas non duxerit. Dehinc genus humanum indies in peius ruere, & omnia retro ſublapſa referri, omnia crudeliſſimi hoſtis conſilia ad crudelitatem & humani generis peſtem & pernicem ſpectare, omnia vaſtare,

re, vexare, diripere: nihil non libidini suæ perennis hostis subiectum esse, existimare, videns homini viam & aditum in cœlum interclusum esse. Cuius aduersarii immane atque infinitum odium quotidie in perniciem hominis erumpere. Itaque post Adami peccatum, res humanæ, tanquam turbine ac tempestate aliqua iactatæ, quotidie in deterius prolabi, innumera mala mortalibus impendêre: ex quorum fluctibus quem in portum se conferrent, non reperiebant.

De perditi hominis in pristinum statum restitutione.

Caput II.

SVmmus ac sempiternus DEVS, cuius bonitatis opes sunt infinitæ, miseri hominis ruinam reficiendam duxit. Voluit igitur hominem inuidia diaboli iacentem erigere, perditum recreare, dignitate spoliatum in pristinum splendorẽ reuocare. Nec enim misericors Pater humani sceleris offensione est tantopere commotus, vt non multo maiorẽ benignitatem in hominis salute demonstrauerit, quàm in eodem puniendo seueritatẽ adhibuerit. Illa igitur sempiterna creatrix & gubernatrix omniũ Trinitas suam imaginẽ & similitudinẽ, hoc est hominem, renouandam duxit, a *simul atque conflictum est atque decursum illud temporis spacium asserendæ hominum libertati præfinitum*. Hanc igitur excellentem DEI imaginem, hoc est animam rationis

Homo imago Dei

a Gal. 4.

compotem tribus virtutibus, (quas vulgo potentias vocant) nẽpe intellectu, memoriã, & volũtate prædità, peccati postea macula fœdatã, hanc, inquã, creatã trinitatẽ illa creatrix & gubernatrix omniũ ſempiterna Trinitas tribus diuinis virtutibus, ſcilicet fide, ſpe, & charitate, quæ homini ſalutaribus aquis expiato infundũtur, renouauit, & in priſtinũ dignitatis ſtatũ reſtituit. Quod quidẽ tam admirandum & diuinũ miſericordiæ opus vt DEVS faceret, homo in terris inter homines naſci voluit. Sic enim habes, d *& in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.* Miſſus eſt à Patre filius, qui nobis fidem traderet, & ad cœleſtis vitæ diſciplinã diuinus magiſter eruditet. Dehinc venit SPIRITVS SANCTVS, qui charitatis igne noſtros animos inflammaret, & ardenti diuinarum rerum ſtudio incitaret. Spes autẽ diuinitus etiã infuſa noſtros animos erigit atque confirmat, & quietos confidenteſq; reddit. His ergo trib⁹ diuinis virtutibus treis animæ noſtræ potentias, quæ treis ſanctiſſimæ Triadis perſonas adũbrant, turpiſſimis peccati maculis fœdatas illuſtrauit, renouauit, atq; amplioribus etiã ornamẽtis expoliuit. Quia plus boni per DEI gratiam, quã mali per aduerſarii noſtri diaboli inuidiã eſt importatũ. e *Neq; enim par & æqualis fuit bonorũ recuperatio eorũ amiſſioni, ſed longè quidẽ amplior & vberior.* In quo certè ſummã DEI benignitatẽ iure nobis admirari licet. Vnaquęq; harũ, quę nobis diui-

Tres Virtutes diuinæ animæ infuſæ.

Deus homo factus propter homines.

d Bar. 3.

Tres Virtutes diuinæ.

e Rom. 5.

nitus

nit⁹ sunt infusæ, virtutũ, singulis animæ nostræ respondet potentiis. a*Nam & fides, quam Apostolus substantiam rerum sperandarũ definit*, intellectũ tenebris circũfusum, & falsa pro veris oscitanter hallucinantẽ, discussa caligine, illustrat, & quid sequi debeat, quid contrà fugere & vitare, illi præscribit, & tanquã lumen sub oculos ponit. Quo spectant illa sanctissimi & vatis & Regis verba: o*Lucerna pedibus meis verbũ tuũ, & lumen semitis meis.* Nam & mũdo ignorantiæ tenebris offuso CHRISTVS IESVS æterni Patris filius homo factus, ex Virgine ortus est sol iustitiæ. Qui homines vitæ præcepta docuit, quibus obtẽperantes æternã salutẽ cõpararent. Quẽ dedit nobis cælestis Pater in lucẽ, in præceptorẽ, vt eò, quò nos suæ diuinę voces vocarẽt, hoc est in beatæ vitę portũ, proueheremur. Iã intellectu fidei lumine illustrato, vt volũtas, quæ fides faciẽda præscribit, sequeretur, est illa etiã sanata atque virib⁹ cõfirmata. Nã cũ antea adeò infirma langueret, vt difficillimè honestatis officia coleret, charitatis est igneà diuino SPIRITV inflãmata, & virtute ad rectè faciendũ corroborata. Atq; ex his duab⁹ virtutibus, nẽpe fide & charitate, existit spes, quæ animũ ad diuinarũ rerũ cupiditatẽ erigit. Quæ spes quo maior est, eo etiã ardentior est amoris vis & magnitudo. Nã qui spe immortalitatis alitur, DEVM, à quo æternã beatamq; vitã expectat, ardẽtissimè amat. Auget etiã fidẽ spes: quia quo magis sperat, eo etiã firmiùs cõstantiusq; diuinis arcanis & promissis

a*Heb. 11.* *Fides quid sit.*

o*Psal. 118* *Charitas* *Spes.*

missis credit. Quòd autem multi debilitata spe tenentur, id ex eo euenire existimandum est, quòd sibi malè sint conscii. Nam & scelerũ conscientia, tanquã ardentibus furiis agitati, conquiescere non possunt. Quamobrẽ alenda est spes, & confirmanda pietate & religione DEI, & eorũ, qui nobis à DEO cõmendantur, amore. Vt enim qui impiè & fraudulenter agit, à fraude & impietate, quã suscipit, cogitationẽ auertere non potest, & semper sceleris conscientia conuictus metu trepidat: contrà etiã qui pietatẽ colit & rectè facit, hic optimorũ consiliorũ conscientia sustentatus, lætanti animo & spe optima confirmatur: quia nouit rectè factis à DEO præmia extare, peccatis autẽ supplicia. Atq; vt in mẽtibus nostris tenaciùs inhæreat triũ diuinarũ virtutũ, fidei, spei, & charitatis doctrina, breuiter de vnaquaq; illarũ differendũ est. a *Fides*, vt antè demonstratũ est, autore Apostolo, *est substantia rerum sperandarũ, & argumentũ non apparentiũ.* Vt enim domus iactis fundamentis nititur, sic etiã fides tanquam firmũ & stabile fundamentum, quo fulciuntur bona omnia, quæ consequi speramus. Est etiam argumentum non apparentiũ: quia ea nobis proponit credenda, quæ sub aspectũ non cadunt, nec rationis vi inuestigari possunt. Quibus tamen longè firmiùs cõstantiusque assentimur, quàm his, quæ oculis cernimus. Fides autem tria nobis credenda proponit, primum mysteria, quæ CHRISTVS IESVS patefecit Ecclesiæ; dein-

Conscientia vtu.

a Heb. 11

Fides fũdamentum salutis.

Fides quæ nobis credẽda proponit.

deinde præcepta, quibus idē cæleſtis magiſter nos informauit; tum ſigna, quæ ad confirmandam doctrinam ſuam fecit admiranda & promiſſa. Quibus omnibus fidē certiſſimā adhibemus. Fidem ſequitur ſpes: quæ trimembrē habet diuiſionem. Nam & tria ſunt, quæ ſperamus, veniā, gratiā, & gloriā: quæ viciſſim ſe conſequuntur. Primū enim credentes in agnū DEI mundi peccata tollentem, veniæ ſpē concipimus. Quam veniā, diuina miſericordia impetratā, gratię, qua, culpa remiſſa, diuinitus ornatur anima, certa ſpes conſequitur. Iam animus gratiæ, quæ nos iuſtos efficit, & cum DEO cōiungit, ampliſſimis nobilitatus muneribus, in certiſſimam ſpem venit cæleſtis gloriæ cōparandi bona: quæ noſtras explent cupiditates, & animū immenſum quiddam ac infinitū ſemper in corporis ergaſtulo deſiderantē ſatiant. Nam ſummū illud bonū, cuius cupiditate natura flagramus, tunc animus poſſidebit, cùm ex his tenebris in cæleſtē lucē exceſſerit. Quod certè bonum, cuius appetentiſſimi ſumus, nulla erit mali admixtione temperatum, ſed bonis omnibus ita cumulatū, vt nihil amplius ſit, quod requiri ac deſiderari debeat. Iā verò charitas, quo fides & ſpes referūtur, b*cuius dignitas longè quidem eminet inter fidem & ſpē*, qualis eſſe debeat, docet ipſe Doctor gentium, cùm inquit, b*Charitas de corde puro, de conſciencia bona, & de fide non ficta.* Quibus certè verbis officii noſtri in DEVM, in nos, in proximū, hoc eſt in ōneis, *qui noſtris indigēt operibus,

Spes quæ nobis ſperāda proponit.

Charitas qualis eſſe debeat b 1. Cor. 13.

b 1. Tim. 1

**qui noſtra indigēt operā*

rum dissimilium inter se consentientem naturam, hãc, vt vno verbo dicam, mundi fabricam non sibi, non Angelis, non plantis, aut animantibus rationis expertibus, sed homini corporis atque mentis compoti excogitauit.

Ada creatio

Quem ex omnib⁹ animalibus solum fecit cæleſtem, & rigidum erexit, bipedemque constituit, vt cælum, vnde illi origo est, suspiceret, & mentem ad sui opificis contemplationem pelleret. Illum, Adæ nomine indito, summus artifex in amænissima regione (quam Græci paradisum vocant) constituit, terris omnibus præfecit, & in regio domicilio collacauit.

Paradisus terrestris.

Locus ille placidus est & irriguus, omni florum varietate distinctus: vbi nulla aër caligine, nec vllis nebulis circumfusus est; vbi lumine latè di fuso splendescunt omnia. Deinde fluuij gẽmas & lapillos purissimis aquis perlucidos ferentes eam regionem respergunt. Quæ sempiternis arboribus consita est, & floribus suauissimum odorem afflantibus omni tempore anni vestita. Terra varios fructꝰ & fruges summa fundit largitate. Nudus autem in illo horto amænissimo spatiabatur Adamꝰ. Nec enim vestitu indigebat is, cui nec vlla cæli grauitas nocere poterat, nec vlla turpitudinis nota erat, quã vt occultaret, vestimenta desideraret.

a Arboris fructus cur Adamo vetitus

Lex autem præscripta est illi virtutis colendæ libera voluntate, qua custodita, in cæleſtẽ lucem excederet. a Vetauerat autem Adamum (cui tamen reliquarum potestatẽ fecerat) cuiusdam

iusdam nobilis arboris, quæ boni & mali scientiam continebat, mortis pœna proposita, fructum gustare. Nam etsi hominem libertate donauit: eam tamen salutari lege deuinciuit: vt in rebus gerendis ex Dei potiùs nutu & voluntate, quàm ex suo arbitrio penderet. Nam certissimam sibi ruinam parant, qui suo potiùs, quàm Dei instinctu, & autoritate ducti, quid sequendum sit, statuunt. Omne etiam animantium genus, quod in hominis potestate esset, omnes opes, quas terra sinu suo atque complexu coërcet, maria crasso aëre circumfusa, cœlum denique atque sidera, vnde tam multa fluunt humano generi salutaria, hominis causa condidit, atque perfecit summus ille atque hominum parens DEVS. Tandem Adamo somno oppresso, ne solus esset, (nihil enim solitarium amat natura) costam extraxit, ex qua carne repleta Eua mulier est formata, & cum viro coniuncta & sociata. Ambo feliciter & iucundè degebant in illo amœno & iucundo loco: qui omnia, quibus alerentur, largiter illis suppeditabat: ambo vitam agebãt metu solutam ac liberam in illo opibus circumfluenti & bonis abundanti regno. In quo collatus est homo; vt inde iusticia sanctè culta, tandem in cœlitum cœtum reciperetur, & illo summo bono, cuius eximio amore flagrabat in terris, sempiterno æuo frueretur in cœlis. Vallabat illum cœlestis iusticiæ, quæ animum facilè ad pietatem impelleret, firmissima

Adæ felix status.

Eua formata ex costa Adæ.

iusticiæ originalis.

ma custodia, stabilisque virtutis constantia; amplè magnificeque exornabat illum excellens honestatis decus & pulchritudo. In quo florenti innocentiæ statu constitutus sponte sua, nulla ad malum propensione, virtutis officia colebat. Nam cùm ratio in puppi sederet, clauumque teneret, libenter DEO parebat, atque rationi appetitus (in quibus irarum ardor existit, & libidinis motus temere ad potiundum incitantur) facilè se obedientes præbebant. Atque vtinam homo stetisset, quo cœperat statu: foret certè felicissimus. Nunquam enim ipse cum posteris expertus esset labores, miserias, calamitates, quę peccatum sunt consecutæ: nunquam è paradisi finibus tanquam patria extorris pulsus esset. Sed proh dolor, simulatque vetitum fructum ab Eua inuitatus gustauit, statim innocentiæ ornamentis spoliatus est, & innumeris, quibus antea carebat, malis propositus.

inuidia diaboli homo in culpam actus.

Cùm enim videret immanis illa bellua, id est princeps tenebrarum & autor impietatis, hominem in tam excelso dignitatis gradu collocatum, & illum intelligeret ad eam gloriam ascensurum, vnde ipse deturbatus est, & reliquæ mentes, quæ cum suo duce superbia elatæ erant, in sempiternam miseriam detrusæ: æstuauit inuidia, & in eo, quantum potuit, pugnauit, vt hominem perderet, & funditus euerteret. Serpentis ergo omnium animantium callidissimi formam gerens, feminam,

minam, cuius sexum infirmiorem agnoscebat, fraude confictisque dolis aggreditur. Cuius venenatis vocibus decepta, & pulchritudine arboris illecta, fructum vetitum decerpit & comedit. Quæ statim ex anguis teterrimi congressu venenum hausit mortiferum: nam & hosti truculento temere assensa DEI præceptum & interdictum violauit, & virum, cui comes addita erat, ad funestas epulas inuitauit. Quibus gustatis, mox pari etiam scelere ipse se cōstrinxit. Primus igitur humani generis parens hac sceleris contagione inquinatus, iis præsidiis, quibus à DEO circūuallatus fuit, destitutus, his ornamentis, quibus antea redundabat, spoliatus, malis patuit innumeris. Ex quibus illud gratissimum fuit, quòd se à summo parente DEO, cuius si dicto audisset, beatus fuisset, disiunctum sensit, & tandem post varias ærumnas & luctus acerbissimos, à vita deserendum esse, intellexit. O ter quaterque miser, qui recessit à DEO, à quo animum hausit, & cuius numine propriam vitam sustentabat: b Nec verò peccatum hoc, quo se contaminauit, in eo solùm resedit, sed ad omnem etiam posteritatem permanauit. Quod certè malum latiùs in dies serpsit, inhæsitque penitus in visceribus, & animo cladem atque mortem intulit. Ambo igitur Adamus & Eua in grauem DEI offensionem incurrerunt, vt primùm diuinam obedientiā abjicientes turpi peccati macula se fœdarunt.

Gen. 3.

Adamin ruinam lapsus.

b Gen. 3. Rom. 5. 6

Adam è paradiſo pulſus cum Eua

Quare grauiſſimas ſtulticiæ ſuæ pœnas dederunt: nam & eiecti ſunt exules è paradiſo, & à florenti ſtatu ad miſerum traducti. Etenim intellectus, qui antea vigens & acer & ad intelligendum perſpicax erat, caligauit, neque tam erat exploratum quàm antea, quid potiſſimùm ſequeretur. Voluntas verò, quæ primùm omni animi perturbatione vacua rationem ducem ſequebatur, adeò languit, vt plerumque ab officio deducta ad appetitum rationi contrarium ſe applicet. Iam memoria, quæ DEI ſolùm, earumque rerum, quæ ad pietatem & iuſticiam ſpectant, recordabatur, eam plagam accepit, vt à DEI contemplatione ad hæc infima, & multis malis contaminata, quæ oculis cernuntur, bona ſe demiſerit cogitanda. Quamobrem diuinarum rerum, quibus tanquam ſuo pabulo alitur animus, guſtu amiſſo, ad ea ſolùm mentis aſpectum referebat, quæ corporis oculis pulchra & ſplendida videntur; eas tantùm voluptates, nempe inanes, fluxas, & interituras, quæ corporis ſenſu vſurpantur, conſectabatur. Ad tantam cæcitatem deductus eſt homo, vt tenebras cum luce, exilium cum patria, fluxas & indignas voluptates cum veris & ſempiternis comparandas non duxerit. Dehinc genus humanum indies in peius ruere, & omnia retro ſublapſa referri, omnia crudeliſſimi hoſtis conſilia ad crudelitatem & humani generis peſtem & pernicem ſpectare, omnia vaſtare,

re, vexare, diripere: nihil non libidini suæ perennis hostis subiectum esse, existimare, videns homini viam & aditum in cœlum interclusum esse. Cuius aduersarii immane atque infinitum odium quotidie in perniciem hominis erumpere. Itaque post Adami peccatum, res humanæ, tanquam turbine ac tempestate aliqua iactatæ, quotidie in deterius prolabi, innumera mala mortalibus impendêre: ex quorum fluctibus quem in portum se conferrent, non reperiebant.

De perditi hominis in pristinum statum restitutione.

Caput II.

SVmmus ac sempiternus DEVS, cuius bonitatis opes sunt infinitæ, miseri hominis ruinam reficiendam duxit. Voluit igitur hominem inuidia diaboli iacentem erigere, perditum recreare, dignitate spoliatum in pristinum splendorẽ reuocare. Nec enim misericors Pater humani sceleris offensione est tantopere commotus, vt non multo maiorẽ benignitatem in hominis salute demonstrauerit, quàm in eodem puniendo seueritatẽ adhibuerit. Illa igitur sempiterna creatrix & gubernatrix omniũ Trinitas suam imaginẽ & similitudinẽ, hoc est hominem, renouandam duxit, a *simul atque conflictum est atque decursum illud temporis spacium asserendæ hominum libertati præfinitum.* Hanc igitur excellentem DEI imaginem, hoc est animam rationis

Homo imago Dei

a *Gal. 4.*

compotem tribus virtutibus, (quas vulgo potentias vocant) nempe intellectu, memoria, & volũtate præditã, peccati postea macula fœdatã, hanc, inquã, creatã trinitatẽ illa creatrix & gubernatrix omniũ sempiterna Trinitas tribus diuinis virtutibus, scilicet fide, spe, & charitate, quæ homini salutaribus aquis expiato infundũtur, renouauit, & in pristinũ dignitatis statũ restituit. Quod quidẽ tam admirandum & diuinũ misericordiæ opus vt DEVS faceret, homo in terris inter homines nasci voluit. Sic enim habes, d *& in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Missus est à Patre filius, qui nobis fidem traderet, & ad cœlestis vitæ disciplinã diuinus magister erudiret. Dehinc venit SPIRITVS SANCTVS, qui charitatis igne nostros animos inflammaret, & ardenti diuinarum rerum studio incitaret. Spes autẽ diuinitus etiã infusa nostros animos erigit atque confirmat, & quietos confidentesq; reddit. His ergo tribꝰ diuinis virtutibus treis animæ nostræ potentias, quæ treis sanctissimæ Triadis personas adũbrant, turpissimis peccati maculis fœdatas illustrauit, renouauit, atq; amplioribus etiã ornamẽtis expoliuit. Quia plus boni per DEI gratiam, quã mali per aduersarii nostri diaboli inuidiã est importatũ. e *Neq; enim par & aqualis fuit bonorũ recuperatio eorũ amissioni, sed longè quidẽ amplior & vberior.* In quo certè summã DEI benignitatẽ iure nobis admirari licet. Vnaquęq; harũ, quę nobis diuinitus

Tres Virtutes diuina animæ infusæ.

Deus homo factus propter homines.

dBar. 3.

Tres Virtutes diuinæ.

eRom. 5.

nit⁹ sunt infusæ, virtutũ, singulis animæ nostræ respondet potentiis. a*Nam & fides, quam Apostolus substantiam rerum sperandarũ definit*, intellectũ tenebris circũfusum, & falsa pro veris oscitanter hallucinantẽ, discussa caligine, illustrat, & quid sequi debeat, quid contrà fugere & vitare, illi præscribit, & tanquã lumen sub oculos ponit. Quo spectant illa sanctissimi & vatis & Regis verba: o*Lucerna pedibus meis verbũ tuũ, & lumen semitis meis.* Nam & mũdo ignorantiæ tenebris offuso CHRISTVS IESVS æterni Patris filius homo factus, ex Virgine ortus est sol iustitiæ. Qui homines vitæ præcepta docuit, quibus obtẽperantes æternã salutẽ cõpararent. Quẽ dedit nobis cælestis Pater in lucẽ, in præceptorẽ, vt eò, quò nos suæ diuinę voces vocarẽt, hoc est in beatæ vitę portũ, proueheremur. Iã intellectu fidei lumine illustrato, vt voluntas, quæ fides faciẽda præscribit, sequeretur, est illa etiã sanata atque viribꝰ confirmata. Nã cũ antea adeò infirma langueret, vt difficillimè honestatis officia coleret, charitatis est igne à diuino SPIRITV inflãmata, & virtute ad rectè faciendũ corroborata. Atq; ex his duabꝰ virtutibus, nẽpe fide & charitate, existit spes, quæ animũ ad diuinarũ rerũ cupiditatẽ erigit. Quæ spes quo maior est, eo etiã ardentior est amoris vis & magnitudo. Nã qui spe immortalitatis alitur, DEVM, à quo æternã beatamq; vitã expectat, ardẽtissimè amat. Auget etiã fidẽ spes: quia quo magis sperat, eo etiã firmiùs cõstantiusq; diuinis arcanis & promissis

a *Heb. 11.* *Fides quid sit.*

o *Psal. 118* *Charitas.* *Spes.*

deinde præcepta, quibus idē cæleſtis magiſter nos informauit; tum ſigna, quæ ad confirmandam doctrinam ſuam fecit admiranda & promiſſa. Quibus omnibus fidē certiſſimā adhibemus. Fidem ſequitur ſpes: quæ trimembrē habet diuiſionem. Nam & tria ſunt, quæ ſperamus, veniā, gratiā, & gloriā: quæ viciſſim ſe conſequuntur. Primū enim credentes in agnū DEI mundi peccata tollentem, veniæ ſpē concipimus. Quam veniā, diuina miſericordia impetratā, gratię, qua, culpa remiſſa, diuinitus ornatur anima, certa ſpes conſequitur. Iam animus gratiæ, quæ nos iuſtos efficit, & cum DEO cōiungit, ampliſſimis nobilitatus muneribus, in certiſſimam ſpem venit cæleſtis gloriæ cōparandi bona: quæ noſtras explent cupiditates, & animū immenſum quiddam ac infinitū ſemper in corporis ergaſtulo deſiderantē ſatiant. Nam ſummū illud bonū, cuius cupiditate natura flagramus, tunc animus poſſidebit, cùm ex his tenebris in cæleſtē lucē exceſſerit. Quod certè bonum, cuius appetentiſſimi ſumus, nulla erit mali admixtione temperatum, ſed bonis omnibus ita cumulatū, vt nihil amplius ſit, quod requiri ac deſiderari debeat. Iā verò charitas, quo fides & ſpes referūtur, b *cuius dignitas longè quidem eminet inter fidem & ſpē*, qualis eſſe debeat, docet ipſe Doctor gentium, cùm inquit, b *Charitas de corde puro, de conſciencia bona, & de fide non ficta.* Quibus certè verbis officii noſtri in DEVM, in nos, in proximū, hoc eſt in ōneis, *qui noſtris indigēt operibus,

Spes quæ nobis ſpe rādæ proponit.

Charitas qualiſeſſe debeat

b 1. Cor. 13.

b 1. Tim. 1

*qui noſtra indigēt opera

operib?, admonemur. Quòd autẽ ait de corde puro, præscribit, vitæ nostræ puritatẽ & innocentiã spectatam esse oportere DEO & hominibus. Hominibus certè, qui nisi de iis, quæ extrinsecus fiunt, iudicium ferre non possunt. Nam DEO intimi & reconditi animorum sensus facilè patẽt. d *Nuda enim sunt omnia & aperta oculis eius: nec quidquã est tam obstrusum, quod eum latère possit.* Danda est igitur opera, vt nihil fallax, nihil in nobis insidiosum agnoscant; sed quod simplex, (id enim naturæ hominis aptissimum est) rectum, sincerumque sit, & eas suscipiamus actiones, quibus cæteri in diuinarum rerum studium tali prouocati exemplo incitentur, & ad DEI laudes celebrandas inflammentur. Extat veritatis vox diuina nos ad idipsum cohortans: b *Sic luceat*, inquit, *lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.* Addit Apostolus vbi suprà, & de conscientia bona, quam certè nobis debemus. Nam optimorum consiliorum atque vitæ integræ cõscientia nos oportet corroborari. Quid enim prodest hominibus probari, si tibi malè sis conscius, si te conscientiæ stimuli pungant & lacerent? Est igitur conscientiæ rectè actæ vitæ fructus vel maximus. Quę enim est ista stultitia, quæ dementia, aliis te probari velle, cùm turpiter viuas, cùm DEI voluntatem, cui te potissimùm commendatum esse

d Heb. 4.

b Matt. 5

Simulatio mala

esse oportebat, à te vitæ turpitudo auertat? Cui tibi vsui & delectationi esse potest, si ab aliis laudare, à te tua verò conscientia conuictus accusere? Cõscientia scelerum oppressi semper metu sunt exanimati. Præclarè quidẽ Horatius grauis & ingeniosus poëta bonæ conscientiæ vim his verbis expressit: *Horat. lib. 1. epist*

Hic murus aheneus esto,
Nihil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Magna vis conscientiæ, vt inquit ille, *magna in vtramque partem: vt neque timeant, qui nihil commiserint, & pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccarint.* Postrema Apostoli verba sunt, *& fide non ficta.* Ex quibus liquidò patet, fidem, quæ nobis cõmendatur, & quo tanquam fundamento spes & charitas nitũtur, veram, solidam, & viuam esse oportere. Veram, vt ea mysteria, quæ DEVS reuelauit, præcepta, quæ dedit, signa, quæ patrauit, promissa, quæ fecit, complectatur, his certò credat, & firmiter assentiatur. Solidã esse oportet atque stabilem fidem, nec vllis hostium telis & prauis hæreticorum dogmatibus oppugnata corruere debet in Christiano homine, sed firma manere, vel si martyrum exemplo res ferat, vt pro illa tuenda ac retinenda vitam profundat. Vita etiam & spiritu constare debet fides, vt vitam præstet fideli homini, id est charitate, quæ fidei est spiritus & vita. Nam si fides *Cic. pro Milone.* *Fides viua sit oportet ad salutem.*

fides mortua fuerit, vitâ animæ tribuere nullo modo potest. Etenim, vt pulchre testatur illa
c Iacob. 2 Iacobi Apostoli vox præclara, c *Fides sine operibus mortua est.* Quid enim conducit, si factis, & vita, cui coniunctissimam esse oportebat, refellatur? Igitur fides non mortua & extincta, sed viua, quæ per dilectionem operatur, vitam homini tribuit. Adhuc his verbis alius sensus subesse potest, qui cum catholica mente maximè conspiret: nam & ad illa Apostoli verba referri potest, quæ sic habent: *Corde creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Nec enim oratio à mente dissentire debet. Vt enim eos, qui aliud, quàm lingua promptum habent, sub pectore gestant, fictos & fraudulentos appellamus: sic etiam fides ficta meritò illa dici potest, cuius confessione simulatio tegitur. Illa autem est vera fides atque sincera, quæ & verbis & animo eadem est, in qua oratio cum mente consentit. Vnde fit, vt sancta Apostolica Romana Ecclesia veritatis firmissima columna, qua vna salus continetur, illum pestiferum errorem damnauerit, asserentium CHRISTVM Dominum in cruciatibus negari posse, dum modò corde credatur. Absit tantus error. Quem CHRISTVS Optimus Max. apertissimè his verbis damnat & redarguit. d *Quisquis me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.* Eundem etiam errorem refellunt & coarguunt Apo-

Error hæreticorũ circa fidẽ ab Ecclesia dãnatus Fabiano Põtifice Max.

d Mat. 10

stoli

ſtoli verba: c *Corde creditur*, inquit, *ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Quòd ſi ſalua fide & gloria DEI (quo omnia vitæ conſilia referenda ſunt) CHRISTVM, & cuncta, quæ religio Chriſtiana profitetur, negare in tormentis ſine graui ſcelere liceret, nunquam tot martyres ſe tam alacri & conſtanti animo pro CHRISTO morti deuouiſſent. Cùm igitur fides ortum habeat à DEO ſimplici & puro veritatis fonte, vera, ſincera, & ſimplex ſit, oportet. Nihil enim fictum & ſimulatum ſimplex veritas amat: in quam ſimulatio nullo modo cadere poteſt. DEVS enim, cùm ſimplex ſit, ſimplicem etiam amat veritatem. Quamobrem ſi res tulerit, vt, niſi à fide, quam profiteris, deficias, mortis tibi pœna neceſſariò ſit luenda, tunc inuicti animi robore præditus, fidem qua ſalus continetur, ſerues oportet, & huius lucis breuiſſimæ vſuræ anteponas, b *ſerpentis prudentiam imitatus*: quæ vt caput ſeruet, cæteris corporis partibus ictus excipit & tela. Tu etiam, Chriſtiane, ſi à capite, hoc eſt à fide, quæ vitæ animæ caput & fundamentum eſt, tela propulſes, & præ illa conſeruanda, exilium, egeſtatem, mortem denique ipſam, per ſummos corporis cruciatus pertuleris, præclarè tecum agetur. Nam omnia, quæ fidei retinendæ cauſa, amiſiſti bona, magno cum fœnore recuperabis. Imitari igitur nos iubet hac in re ad ſalutem neceſſaria ſerpentis prudentiam cœleſtis ma-

c Rom. 10

Veritas ſimplex eſt.

b Matt. 10

b Matt. 10 magister, cùm inquit; b *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* His igitur tribus diuinis virtutibus, tanquam salutaribus remediis, CHRISTVS cœlestis medicus morbos animi depulit; fide mentis tenebras discussit, & quid potissimùm sequi, quid contrà fugere oportet, docuit; spe autem voluntatem, antea ad bene agẽdum languidam & infirmam, alacrem effecit, & promptam ad omnia pietatis officia excitauit: charitate verò tanquam galea & scuto, atque omnibus copiis & præsidiis contra vim peccati, contra omnes hostium impetus texit & armauit.

Dei filius quare homo factus est. Atque sempiterni DEI filius, hanc vt nobis medicinam faceret, voluit humana ex * Virginis carne indui, mortalique condicione nasci, maiestatis suæ in homine obumbrata gloria. Vt enim nemo, quantumuis acutissima sit acies, solem aduersum acriter intueri potest, quin præstringantur oculi, haud aliter quidem mortalis imbecillitas immensam illam diuinitatis lucem nisi humanitatis nostræ nube obtectam sustinere poterat. Voluit igitur DEI virtus infinita non in suæ maiestatis gloria & amplitudine, sed in nostra humilitate cum illa venenata serpente, quæ tabe mortifera humanum genus infecerat, confligere, & formam serui eius oculis obiicere, quo illustriorem ex illo victoriam cum nostra salute coniunctam deportaret.

* Virgine

Symbol. Apostol. a Assumpsit igitur DEI filius ex MARIA Virgine

gine naturæ nostræ imbecillitatem, in qua glorioſiùs de perenni hoſte triumpharet. Contulit infirmitatem humanam ad fortem armatum conterendum & funditus euertendum.

Per Virginem Matrem homo in priſtinum dignitatis ſtatum reſtitutus eſt.

Caput III.

QVemadmodum mala omnia per inuidiam hoſtis teterrimi homini importata fuerint, ſatis explicatum arbitror capite ſuperiore: ſequitur, vt ea remedia perſequar, quibus per Virginem matrem animi morbi ſanati ſunt à CHRISTO cœleſti medico ac depulſi. DEVS Optimus Maximus afflictu mortalium condicionis miſericordia commotus, b *nos è tenebris in lucem, à miſerrima ſeruitute in libertatem vindicauit*, & in communi rerum omnium perturbatione clementiæ ſuæ lumen oſtendit. Nam vt primum illud temporis curriculum, quod hominis recuperandæ ſaluti deſtinarat, decurſum eſt, bellum crudele & exitioſum, quod tamdiu in terris verſatum eſt, extinxit, & mortalibus vehementer laborantibus opem tulit. b Col. 1.

Voluit

Per Mariã Virginem DEVS humanũ genus saluauit.

Voluit igitur DEVS nos à morte, quam mulier inuexerat, ad vitam reuocare, atque ab afflicta & misera fortuna per mulierem importata, ad florentem & bonis omnibus affluentem statum per alteram mulierem traducere. Vt enim prima illa femina tenebras orbi quasi perpetuas obduxerat, & pestiferum ac diuturnum bellum excitauerat; Sic etiam hæc altera femina, hoc tam exitiali extincto bello, pacem, otium, & tranquillitatem humanis rebus attulit. Decreuit ergo sempiterni numinis maiestas, eo misericordiæ suæ opes latiùs diffundere, quo humani generis parentum peccatum grauius fuerat. Voluit diuina clementia peccati vim infinitam tollere. Atque vt serpentis tabificæ, quæ huc illuc oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus, se ferebat, & venenum mortiferum mortalibus infundebat, caput contereretur, & qui in ligno vincebat, in ligno quoq; vinceretur, & rabies Satanæ furorque comprimeretur, mortem (ô mira pietas) vltro pro nobis subire non dubitauit. Constituit igitur pro humana salute ex VIRGINE nasci omnium bonorum largitor, vt vniuersa, quibus mortales oppressi erant, mala pelleret. Fusus est hominum liberator castissimæ Virginis MARIÆ per aluum, vt innocens pro sontibus pœnas penderet. Continuit se in illam puram castamque domum, vt hominem ab omni sorde labeque peccati purum

rum redderet. Hãc diuinam Virginem nobis adumbrauit præpotens DEVS in fortissima triumphatrice Iudith, in casta Rebecca, in clara & illustri Esther. Quam Virginem sanctissimè & religiosissimè colit præmõstratam ab Ezechiele sapientissimus Salomon. Eãdẽ multo præuidit eius pater Dauid, de qua loquutus est numine completus diuino. De huius sanctæ sponsæ laudibus haud aliter quàm de Ecclesia sancta in Canticis passim loquũtur Prophetæ. Vt igitur communis omnium ęrumna in gaudium verteretur, animiq; tristes & trepidi excitarentur, nata est diuinitus, tanquam nitidissima aurora, beata Virgo Maria: per quam vitæ aditus antea intercluſus mortalibus patuit; per quam clarissima lux est nobis eborta.

Mariã quæ præsignarint.

Mariã Prophetis prænũciata.

Mariam Virginem ex clara & antiqua Iudæ tribu ortam esse demonstrat.

CAPVT IIII.

CVm DEVS Opt. summus ex omni æternitate humanam assumere naturam decreuisset, quo suæ bonitatis opes propalam in omnium conspectu collocaret: dignum erat, vt se dignam matrem deligeret, hoc est omnibus ornamentis excultã, omni genere laudis

deinde præcepta, quibus idē cæleſtis magiſter nos informauit; tum ſigna, quæ ad confirmandam doctrinam ſuam fecit admiranda & promiſſa. Quibus omnibus fidē certiſſimā adhibemus. Fidem ſequitur ſpes: quæ trimembrē habet diuiſionem. Nam & tria ſunt, quæ ſperamus, veniā, gratiā, & gloriā: quæ viciſſim ſe conſequuntur. Primū enim credentes in agnū DEI mundi peccata tollentem, veniæ ſpē concipimus. Quam veniā, diuina miſericordia impetratā, gratię, qua, culpa remiſſa, diuinitus ornatur anima, certa ſpes conſequitur. Iam animus gratiæ, quæ nos iuſtos efficit, & cum DEO cōiungit, ampliſſimis nobilitatus muneribus, in certiſſimam ſpem venit cæleſtis gloriæ cōparandi bona: quæ noſtras explent cupiditates, & animū immenſum quiddam ac infinitū ſemper in corporis ergaſtulo deſiderantē ſatiant. Nam ſummū illud bonū, cuius cupiditate natura flagramus, tunc animus poſſidebit, cùm ex his tenebris in cæleſtē lucē exceſſerit. Quod certè bonum, cuius appetentiſſimi ſumus, nulla erit mali admixtione temperatum, ſed bonis omnibus ita cumulatū, vt nihil amplius ſit, quod requiri ac deſiderari debeat. Iā verò charitas, quo fides & ſpes referūtur, b *cuius dignitas longè quidem eminet inter fidem & ſpē*, qualis eſſe debeat, docet ipſe Doctor gentium, cùm inquit, b *Charitas de corde puro, de conſciencia bona, & de fide non ficta.* Quibus certè verbis officii noſtri in DEVM, in nos, in proximū, hoc eſt in ōneis, *qui noſtris indigēt operibus,

Spes quæ nobis ſpe rādā pro ponit.

Charitas qualis eſſe debeat

b 1. Cor. 13.

b 1. Tim. 1

**qui noſtra indigēt opera*

operib?, admonemur. Quòd autẽ ait de corde puro, præscribit, vitæ nostræ puritatẽ & innocentiã spectatam esse oportere DEO & hominibus. Hominibus certè, qui nisi de iis, quæ extrinsecus fiunt, iudicium ferre non possunt. Nam DEO intimi & reconditi animorum sensus facilè patẽt. d *Nuda enim sunt omnia & aperta oculis eius: nec quidquã est tam obstrusum, quod eum latère possit.* Danda est igitur opera, vt nihil fallax, nihil in nobis insidiosum agnoscant; sed quod simplex, (id enim naturæ hominis aptissimum est) rectum, sincerumque sit, & eas suscipiamus actiones, quibus cæteri in diuinarum rerum studium tali prouocati exemplo incitentur, & ad DEI laudes celebrandas inflammentur. Extat veritatis vox diuina nos ad idipsum cohortans: b *Sic luceat*, inquit, *lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.* Addit Apostolus vbi suprà, & de conscientia bona, quam certè nobis debemus. Nam optimorum consiliorum atque vitæ integræ cõscientia nos oportet corroborari. Quid enim prodest hominibus probari, si tibi malè sis conscius, si te conscientiæ stimuli pungant & lacerent? Est igitur conscientiæ rectè actæ vitæ fructus vel maximus. Quę enim est ista stultitia, quæ dementia, aliis te probari velle, cùm turpiter viuas, cùm DEI voluntatem, cui te potissimùm commendatum esse

d Heb. 4.

b Matt. 5

Simulatio mala

esse oportebat, à te vitæ turpitudo auertat? Cui tibi vsui & delectationi esse potest, si ab aliis laudare, à te tua verò conscientia conuictus accusere? Cõscientia scelerum oppressi semper metu sunt exanimati. Præclarè quidẽ Horatius grauis & ingeniosus poëta bonæ conscientiæ vim his verbis expressit: *Horat. lib. 1. epist*

Hic murus aheneus esto,
Nihil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Magna vis conscientiæ, vt inquit ille, *magna in vtramque partem: vt neque timeant, qui nihil commiserint, & pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccarint.* Postrema Apostoli verba sunt, *& fide non ficta.* Ex quibus liquidò patet, fidem, quæ nobis cõmendatur, & quo tanquam fundamento spes & charitas nitũtur, veram, solidam, & viuam esse oportere. Veram, vt ea mysteria, quæ DEVS reuelauit, præcepta, quæ dedit, signa, quæ patrauit, promissa, quæ fecit, complectatur, his certò credat, & firmiter assentiatur. Solidã esse oportet atque stabilem fidem, nec vllis hostium telis & prauis hæreticorum dogmatibus oppugnata corruere debet in Christiano homine, sed firma manere, vel si martyrum exemplo res ferat, vt pro illa tuenda ac retinenda vitam profundat. Vita etiam & spiritu constare debet fides, vt vitam præstet fideli homini, id est charitate, quæ fidei est spiritus & vita. Nam si fides *Cic. pro Milone.* *Fides viua sit oportet ad salutem.*

mortua

fides mortua fuerit, vitâ animæ tribuere nullo modo potest. Etenim, vt pulchre testatur illa Iacobi Apostoli vox præclara, *Fides sine operibus mortua est.* Quid enim conducit, si factis, & vita, cui coniunctissimam esse oportebat, refellatur? Igitur fides non mortua & extincta, sed viua, quæ per dilectionem operatur, vitam homini tribuit. Adhuc his verbis alius sensus subesse potest, qui cum catholica mente maximè conspiret: nam & ad illa Apostoli verba referri potest, quæ sic habent: *Corde creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Nec enim oratio à mente dissentire debet. Vt enim eos, qui aliud, quàm lingua promptum habent, sub pectore gestant, fictos & fraudulentos appellamus: sic etiam fides ficta meritò illa dici potest, cuius confessione simulatio tegitur. Illa autem est vera fides atque sincera, quæ & verbis & animo eadem est, in qua oratio cum mente consentit. Vnde fit, vt sancta Apostolica Romana Ecclesia veritatis firmissima columna, qua vna salus continetur, illum pestiferum errorem damnauerit, asserentium CHRISTVM Dominum in cruciatibus negari posse, dum modò corde credatur. Absit tantus error. Quem CHRISTVS Optimus Max. apertissimè his verbis damnat & redarguit. *Quisme confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.* Eundem etiam errorem refellunt & coarguunt Apo-

c Iacob. 2

Error hæreticorũ circa fidẽ ab Ecclesia dãnatus Fabiano Pontifice Max.

d Mat. 10

stoli

stoli verba: c *Corde creditur*, inquit, *ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Quòd si salua fide & gloria DEI (quo omnia vitæ consilia referenda sunt) CHRISTVM, & cuncta, quæ religio Christiana profitetur, negare in tormentis sine graui scelere liceret, nunquam tot martyres se tam alacri & constanti animo pro CHRISTO morti deuouissent. Cùm igitur fides ortum habeat à DEO simplici & puro veritatis fonte, vera, sincera, & simplex sit, oportet. Nihil enim fictum & simulatum simplex veritas amat: in quam simulatio nullo modo cadere potest. DEVS enim, cùm simplex sit, simplicem etiam amat veritatem. Quamobrem si res tulerit, vt, nisi à fide, quam profiteris, deficias, mortis tibi pœna necessariò sit luenda, tunc inuicti animi robore præditus, fidem qua salus continetur, serues oportet, & huius lucis breuissimæ vsuræ anteponas, b *serpentis prudentiam imitatus*: quæ vt caput seruet, cæteris corporis partibus ictus excipit & tela. Tu etiam, Christiane, si à capite, hoc est à fide, quæ vitæ animæ caput & fundamentum est, tela propulses, & præ illa conseruanda, exilium, egestatem, mortem denique ipsam, per summos corporis cruciatus pertuleris, præclarè tecum agetur. Nam omnia, quæ fidei retinendæ causa, amisisti bona, magno cum fœnore recuperabis. Imitari igitur nos iubet hac in re ad salutem necessaria serpentis prudentiam cœlestis ma-

c Rom. 10

Veritas simplex est.

b Matt. 10

magister, cùm inquit; b *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* His igitur tribus diuinis virtutibus, tanquam salutaribus remediis, CHRISTVS cœlestis medicus morbos animi depulit; fide mentis tenebras discussit, & quid potissimùm sequi, quid contrà fugere oportet, docuit; spe autem voluntatem, antea ad bene agẽdum languidam & infirmam, alacrem effecit, & promptam ad omnia pietatis officia excitauit: charitate verò tanquam galea & scuto, atque omnibus copiis & præsidiis contra vim peccati, contra omnes hostium impetus texit & armauit.

b Matt. 10

Dei filius quare homo factus est.

Atque sempiterni DEI filius, hanc vt nobis medicinam faceret, voluit humana ex * Virginis carne indui, mortalique condicione nasci, maiestatis suæ in homine obumbrata gloria. Vt enim nemo, quantumuis acutissima sit acies, solem aduersum acriter intueri potest, quin præstringantur oculi, haud aliter quidem mortalis imbecillitas immensam illam diuinitatis lucem nisi humanitatis nostræ nube obtectam sustinere poterat. Voluit igitur DEI virtus infinita non in suæ maiestatis gloria & amplitudine, sed in nostra humilitate cum illa venenata serpente, quæ tabe mortifera humanum genus infecerat, confligere; & formam serui eius oculis obiicere, quo illustriorem ex illo victoriam cum nostra salute coniunctam deportaret.

* Virgine

Symbol. Apostol.

a Assumpsit igitur DEI filius ex MARIA Virgine

gine naturæ nostræ imbecillitatem, in qua glorioſiùs de perenni hoſte triumpharet. Contulit infirmitatem humanam ad fortem armatum conterendum & funditus euertendum.

Per Virginem Matrem homo in priſtinum dignitatis ſtatum reſtitutus eſt.

Caput III.

QVemadmodum mala omnia per inuidiam hoſtis teterrimi homini importata fuerint, ſatis explicatum arbitror capite ſuperiore: ſequitur, vt ea remedia perſequar, quibus per Virginem matrem animi morbi ſanati ſunt à CHRISTO cœleſti medico ac depulſi. DEVS Optimus Maximus afflictu mortalium condicionis miſericordia commotus, b *nos è tenebris in lucem, à miſerrima ſeruitute in libertatem vindicauit*, & in communi rerum omnium perturbatione clementiæ ſuæ lumen oſtendit. Nam vt primum illud temporis curriculum, quod hominis recuperandæ ſaluti deſtinarat, decurſum eſt, bellum crudele & exitioſum, quod tamdiu in terris verſatum eſt, extinxit, & mortalibus vehementer laborantibus opem tulit. b *Col. 1.*

Voluit

rum redderet. Hãc diuinam Virginem nobis adumbrauit præpotens DEVS in fortissima triumphatrice Iudith, in casta Rebecca, in clara & illustri Esther. Quam Virginem sanctissimè & religiosissimè colit præmõstratam ab Ezechiele sapientissimus Salomon. Eãdẽ multo præuidit eius pater Dauid, de qua loquutus est numine completus diuino. De huius sanctæ sponsæ laudibus haud aliter quàm de Ecclesia sancta in Canticis passim loquũtur Prophetæ. Vt igitur communis omnium ęrumna in gaudium verteretur, animiq; tristes & trepidi excitarentur, nata est diuinitus, tanquam nitidissima aurora, beata Virgo Maria: per quam vitæ aditus antea intercluſus mortalibus patuit; per quam clarissima lux est nobis eborta.

Mariã quæ præfiguarint.

Mariã Prophetis prænunciata.

Mariam Virginem ex clara & antiqua Iudæ tribu ortam esse demonstrat.

CAPVT IIII.

CVm DEVS Opt. summus ex omni æternitate humanam assumere naturam decreuisset, quo suæ bonitatis opes propalam in omnium conspectu collocaret: dignum erat, vt se dignam matrem deligeret, hoc est omnibus ornamentis excultã, omni genere laudis

progenie & stirpe Dauid. Cui DEVS promiserat, se ex suo genere humana carne indutum iri, vt ex illis verbis eiusdem & Regis & vatis ore prolatis facile apparet: *a De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Abrahamo itē magnifica fecit promissa, fore, vt ex suo semine ille nasceretur, à quo infinita peccati vi sublata omnes gētes benedictionem, pacem, & libertatem acciperent. Nam etsi Gentes ex Abrahami stirpe originem minimè trahant: tamen eius posteri vniuersæ gentes censentur non sanguinis coniunctione, sed fidei, pietatis, & religionis similitudine. Nos, nos, inquā, sumus filii Abrahæ, qui fidem eius in DEVM & Christianæ vitæ officia sequimur. Nam qui se Iudæos dicunt, & Abrahæ filios, quòd ex eius sanguine originem ducant; Iudæi tamē nō sunt, neque Abrahæ filii, quia à tāto patre degeneres extiterunt, & tanquam indignissimi ab illius clara & generosa stirpe excisi sunt, qui CHRISTVM Dominum, verum DEVM & hominem, non receperunt, sed potiùs eum persequuti sunt, & tanti sceleris immanitate obcæcati manent & obdurati. Quib⁹ excisis, & ignominiæ sempiternis maculis inustis, nos, qui CHRISTVM IESVM libertatis & salutis nostræ autorem recepimus, in eorum stirpem inserti sum⁹, vt iusticiæ, pietatis, & religionis fructus feramus sicut nouellæ plātationes DEO nostro, *b qui nos de tenebris in admira-*

Maria genus & familia. a Psal. 131.

Christiani gētiles Abrahami filii nō sanguine sed fidei imitatione.

b 1. Pet. 2.

mirabile lumen suum vocauit, & in pacem ac libertatem vindicauit. Nos igitur Christiani ex gentium stirpe profecti verè DEI matrem colimus. Nam etsi ex Iudæorum gente & natione beata Virgo est: ex fide, ex pietate, ex charitate, ex cultu, & obseruantia tota nostra est. Non illos perfidos, impios, sempiterna ignominia, dedecoreq; notatos, *qui se Iudæos dicunt cùm tamen non sint, sed Synagoga Satanæ*, non illos, inquã, sed nos, qui veri Iudæi sumus, hoc est confitentes, (sic enim latinè interpretatur) sui studiosos, & peramãtes agnoscit MARIA virgo, & innumeris beneficiis afficit. Quis enim est, qui eius benignitatem inuocatam ac imploratam expertus nõ cognouerit? Igitur virginem Mariam ortam de tribu Iuda, quæ splendore & amplitudine dignitatis longè reliquas tribus superabat, claram, ex stirpe Dauid sibi DEVS matrem dignissimam delegit, ex qua natus humano generi, venenati serpentis elatione compressa, salutem afferret. Quòd si vniuersa maiorum decora ad se ornandum homines haurire solent, ad sãctissimam Virginẽ familiæ suæ (ex qua innumeri duces in bello fortissimi prodierunt, & vates veridici, sacerdotes sanctissimi, atque Reges inuictissimi extiterunt) ornamẽta pertinere, quis non videt? Quæ tamen ornamenta infinitis partibus victa cedũt diuinæ Virginis laudibus: quæ in eius familiam redundant, & illã omni ex parte clarissimam & splendidissimã reddunt.

Iudæi reprehẽduntur à Apost.

Maria orta de tribu Iuda.

redduntur. Ad quam familiam nos pertinemus, eiectis atque expulsis perfidis Iudæis; qui furentes & insani CHRISTVM Dominum sunt persequuti. Nostra igitur est beatissima DEI genitrix ex fide, nostra est ex charitate, nostra est ex pietate: quam illi, vt matri DEI & Domini nostri IESV CHRISTI, pura, casta, & incorrupta mente præstamus. Cuius perpetuã & illibatam virginitatem materna dignitate sacratã, à SPIRITV SANCTO per Prophetas prædictam, per figuras prænonstratam, per multa signa, quæ antecesserũt, promissam, fidei lumine illustrati confitemur, prædicamus, suspicimus, veneramur, & quàm amplissimis laudibus celebramus. Ad cuius salutaris veritatis cognitionẽ & cõfessionẽ SPIRITV SANCT igratia nos euexit. Proquo tãto tãq; immẽso beneficio gratiæ DEO continenter agãtur. Nos ergo, quibus diuinæ liberalitatis lux est oborta clarissima, beatissimã MARIAM virginem deiparam amamus, diligimus, & quantum possumus amplectimur: per quam immensa DEI bonitas immortalitatis est nobis dona largitus: per quam mortales omnibus bonis, cunctis expulsis malis, circumfluunt. O ter quaterque beatos eos, quos illa singulari patrocinio suo tuetur. Qui haud dubiè securi & fidentes tam secunda aura recreati in exoptatum salutis portum prouehentur. Sed vt ad Iudæ familiam, in qua diuina Virgo nata est, reuertamur, & ex multis illius laudib⁹ nõ-

Virginitas perpetua Mariæ.

Per Mariã Virginẽ mortales cõsecuti sunt salutem.

Tribus Iuda laudatur.

nullas delibemus: cõstat planè ex sacris litteris, inter omneis DEI populi tribus, eos, qui sunt à Iuda procreati, reliquas virtute nobilitateque facilè superasse. Qui certè iam ex eo tempore, cùm ab Ægyptiorum impotẽti dominatu sunt in libertatem vindicati, multis in rebus egregiæ virtutis suæ & præcellentis dignitatis claram & illustrem significationẽ dederunt. Quoniam autem cuncta illorum egregia facta infinitum esset recensere, pauca è multis referam, in quibus illorum dignitatis & amplitudinis lumẽ eluceat. Cùm Rex Ægypti multis iniuriis Hebræos afficeret, illorumque gẽtem indignissimis modis affligeret, nec illos, vt à DEO iussus erat, vlla conditione missos facere vellet, imò magis in dies illos deprimeret, tandem dignas suæ impietatis & inhumanitatis pœnas persoluit; apparuitque summi & optimi DEI numen suis afflictis. Primùm igitur agri sunt deuastati, frugesque teterrima clade consumptæ: deinde per diuinæ seueritatis ministros innumerabiles cædes factæ, & strages editæ. Postremò Rex tantis malis edoctus, adductus est, vt gentem illam diuina gratia vallatam dimitteret, DEO in deserto sacrificandi causa. Hebræi igitur inde digressi ad rubrum mare castra posuerunt, inopinatum sibi malum tendi videntes. Nam simulatque Ægypti finibus excesserunt, Regem consilii, quo eis abeundi potestatẽ fecerat, pœnituit. Quare eos bello persequendos statuit. Ingen-

Pharao Hebræos persequitur.

tem igitur equitum peditumque numerum parat, & cum omnib⁹ copiis eos persequitur. Quod certè eius animo insitam superbiam & elationem facilè declarat. Cùm igitur eos tam multis prodigiis cœlesti ope munitos vidieret, tamen illius voluntas obstinatior nullavi, nullo periculo, quin in eo perstaret, flecti potuit. Etenim adeò effrenatus & præceps furor eius fuit, tanta mentis cœcitas, vt sciens prudéſque ad interitum ruerit voluntarium. Igitur quanta potest militum manu cõparata, educta Hebræorum agmina consequitur. Ibi Moses cùm DEI pacem exposceret, cùm diuinam opem imploraret, virga illa, quæ diuinæ virtutis significationem habebat, fretum verberat. Quod quidem instar muri se in duas partes diuidit, & latum securumq; Hebræis præbet iter diuino numini parẽs. Tãtus verò terror (vt quidã Iudæi scriptores memoriæ prodiderunt; nec enim illud ex sacris literis constat) Hebræorum animos occuparat, vt neque tam præsenti numine progredi auderent, nec viæ diuinitus munitæ se committere. Asserũt, tunc eos, qui à Iuda precreati erant, excelsi inuictique animi speciem præ se tulisse. Nam & hi non dubitanter Mosis vestigiis sunt ingressi, & reliquos exemplo suo tam præclaro ad sequendum alacres reddiderunt, & prõptos excitarunt. Quid autem post illam insigné cladem, quam Rex impius, acerbissimo odio imbutus, nefarioque scelere obstrictus, accepit,

In Iuda familia nati laudãtur.

pit, cùm præceps in mare ruit, & vastissimis aquis simul cum omnibus copiis obrutus est, & cum vniuerso exercitu deletus? Numquid non hæc gẽs omni genere laudis reliquis Hebræis antecelluit? Inde constitutum est, vt inter reliquos Principes, (singuli enim à singulis tribubus deligebantur) qui à Iudæ generosa nobilique stirpe profectus erat, principem locum inter omnes teneret. Hic in acie primũ agmen ducebat, primus vota faciebat, primus in rebus dubiis, si quid deliberandũ esset, sententiam dicebat, huius reliqui principes consilium & autoritatem sequebantur. Ad hunc tanquam ad tutissimam arcem in summa rerum difficultate confugiebant. Vnde facilè perspicitur, Mosem generis claritati plurimũ tribuisse, & Iudæ tribum reliquis præposuisse.

Calebi Virtus. f Nũ. 13 & 14. a Iosue 14.

Ab hac familia ortus est f Calebus, qui magnã certè sibi laudem cõparauit, cùm eorum turpissimæ reclamauit orationi, qui sibi satius esse ducebant, miseram Egyptiorum pati seruitutem, quàm vitam in discrimẽ armorum adducere. Hic calebus virtutis atque constantiæ suæ lumen ostendit, cùm magna vocis contẽtione illorum fractos ac debilitatos animos excitauit, & ad pugnam cum hoste committendam graui & præclara conditione sua digna oratione inflammauit. Nec verò quo minus id faceret, pernicies sibi ante oculos obuersata eius inuictissimum animum impediuit, aut vlla ex parte terruit. Nam & parum

abfuit,

abfuit, quin ab illa impia & formidolosa concione indignissimè trucidaretur, quod eius impietatem & timorem redarguisset. Hic etiã sub Iosue octoginta annos natus inuictum animi robur præ se tulit, & ita se gessit, vt nemo illo nec manu promptior nec Imperatoris artibus instructior fuerit. *d* Qui filiam vnicã forma quidem & venustate præstantem vlla se conditione desponsuram negauit, nisi illi, qui priùs facinus aliquod egregium suscepisset, & fortem se in bello præstitisset: hoc est, nisi vrbem aliquam hostium munitissimam pugnãdo cepisset. Cepit eam autem, auspice DEO, qui erat ex ipsius stirpe profectus, filius fratris Calebi. Vnde facilè perspicitur, generis claritatem cum animi magnitudine copulatã esse. Nam quo quis clarior est & illustrior, eo etiã est fortior, & ad Virtutem promptior ac paratior. Nec generis splendor aliunde ortus est, quàm à virtutis præstantia. Quod facilè in Calebi genero apparuit. Qui vt erat illi sanguinis communione coniunctissimus, ita omniũ etiam fortissimus extitit. Iam Iosue vita functo, omnis est à DEO Iudę familiæ belli gerẽdi cura demandata, & gentis imperium delegatum. Innumeri planè sunt, qui ex præclara illustriq́ue Iudę familia egregii belli duces & Reges gentis extiterunt longè dignissimi. Vnde factum est, vt hæc domus omnibus veræ germanæq́ue nobilitatis ornamentis prædita fuerit. Atque vt reliquos sileam, quorum est

d Iosue 15.

Tribus Iudæ laudatur.

magna multitudo, sanctissimus fortissimusq; Dauid, vnicũ pietatis & fortitudinis specimen, hinc ortus est. Qui præstantissimis suis ac diuinis virtutibus ad huius gẽtis decora multũ dignitatis & splendoris adiunxit. In hac ergo nobilissima Iudæ tribu propter virtutis excellentiã gentis imperium mansit, quandiu res Iudæorum steterunt. Atque vt iam priscã missa faciamus, sacris etiã monumẽtis, quibus CHRISTI optimi maximi gesta continentur, aliquã etiam veræ nobilitatis rationem duci reperiemus. Cùm in sermone alicuius, eius, cũm quo sermo habetur, gẽtis nobilitatis mentio fiat, id quasi ad ipsius laudem pertinet: veluti cùm cælestis ille nuncius inquit, *d Ioseph fili Dauid noli timere*: & rursus illud, *Iesu fili Dauid miserere mei.* Diuus Paulus cùm vtriusq; naturæ humanæ & diuinæ in CHRISTO splendorem in epistola ad Romanos celebraret, eũ secundùm conditionem humanæ naturæ ex genere Dauidis claro & generoso procreatũ esse, commemorat. Hæc ex infinitis exemplis ac testimoniis, breuitatis causa, paucissima decerpsi; quibus demonstrarem, sacrarum etiam litterarum verissimo testimonio nobilitatis laudem comprobari, illamq;, vt reliquas õneis laudes, quę sunt infinitæ, ad diuinam Virginem ex clara stirpe Dauidis ortam pertinere. Nullam enim laudem, nullam dotem, nullum ornamentum in perpetua DEI genitrice Virgine desiderari par erat. Ergo vt cæteris laudibus

Nobilitas sanctiã in sacris litteris laudatur.

d Mat. 1.

Maria Virgo etiam ãnobi.

laudibus & ornamentis, sic etiam veræ nobilitatis claritate reliquis omnibus longè antecelluit. In sola Virgine tanquam in lucidissimo speculo resplenduit vera & germana nobilitas, nulla aspersa labe. Nam in reliquis omnibus nobilitatis splendor fuit aliqua ex parte sceleris caligine obscuratus: Sed in Virgine (qua nihil secundùm DEVM splendidius esse aut cogitari potest) eius lumen nulla nubecula obductum maximè eluxit. Quare hæc est domus Iudæ vera laus, hæc summa gloria, in sua cognatione tantæ Virginis decus repertũ esse, tantæ gloriæ Virginem inuentam esse in suo genere, tantæ pudicitiæ insigne in sua tribu visum esse, tale, tantum, tam stupendum miraculum in sua stirpe patefactum esse. Sed quia (vt antè hoc capite demonstraui) perfidi Iudæi capitali odio imbuti CHRISTVM Dominum occiderunt, ab illa dignitate & amplitudine, cuius ornamentis cæteris gentibus antecellebant, exciderunt, & in summum dedecus atque ignominiam inciderunt; adeò vt in toto orbe terrarum apud omneis gentes & nationes non cultas solùm humanitate, sed & barbaras atque efferatas, nihil illis sit abiectius, nihil sordidius. Qui quoniam ingratissimi atque impii à DEO defecerunt, & illud scelus in se admiserunt, cuius vel sola cõmemoratio aures offendit, sempiternis ignominiæ notis inusti erunt, & omnium irrisione ludentur. Quorum sceleris immanitatem vel

litata laute turpra ter om nes.

Domus Iudæ vera laus.

Iudæi infideles.

diabo-

diabolica reformidasset audacia. Nam & diuinis legibus instituti à via veritatis declinarunt, & CHRISTVM IESVM Dominum nostrum, *aqui via, veritas est, & vita*, inuidiæ & maleuolentiæ tenebris obcæcati, ad æternam salutem non solùm hortantem, verùm opem etiam suam ferentem, occiderunt. Quibus ob tantam impietatem fuit certè securis iniecta, qua sunt à generosa stirpe excisi. Nos autem, quos CHRISTVS Dominus de lapidibus suscitauit filios Abrahę, rursus in illam inserti sumus. Illi, qui sibi generis claritate & gloriæ amplitudine se reliquis gentibus videtur præstare, ad summam ignominiam sunt redacti, & conuitia illa iure meritoque sustinent, generatio praua atque adultera, & genimina viperarum, & alia complura. Nos autem, qui priùs inani superstitione imbuti eramus, ad illam generis amplitudinem, vnde illi excidetunt, translati sumus, & in maioribus nostris illos omnes Reges & Principes numeramus. Quod tamen miseri nõ intelligunt; sed quẽadmodum se Iudæos dicũt, cùm non sint, ita Abrahami nomine gloriãtur, cũ à clarissimi illius gẽneris statu multis iã sæculis deiecti sine lege, sine sacerdote, sine tẽplo, sine DEO, quẽ impiè dereliquerũt, nullo certo loco cõsistẽtes, vagi errẽt, & incertas sedes & remota domicilia, huc illuc dispersi, sẽper cõtẽpti & irrisi quærãt. Exulãt enim vndiq; excluſi & ornamẽtis õnib⁹ expoliati. Dequibus inquit Pro-

a Ioan. 14.

heta;

pheta; *c Disperge illos in virtute tua.* Nos, nos, qui CHRISTVM Dominũ, verũ iusticiæ solẽ, animorũ hospitio accepimus; qui eius immẽsã in nos liberalitatẽ grati & memores agnoscim⁹, qui illi⁹ sãctissimis & salutarib⁹ præceptis obtẽperam⁹, sum⁹ veri Iudæi. Nos, inquã, quĩ CHRISTVM IESVM, verũ DEVM & hominẽ, ex Virgine propter nostrã salutẽ natũ cõfitemur, ad Iudæã familiã pertinem⁹. Nos qui Abrahami fidẽ imitamur, eius cẽsendi sumus & appellãdi filii. Nam etsi carnẽ nõ circũcidim⁹, animi tamẽ exultantes & nimios mot⁹ cõprimim⁹, libidines resecamus. Si à ferméto non abstinemus, at certè à scelerũs lue & cõtagione nos intactos cõseruamus. Si agnũ Paschalẽ anniculũ nõ edimus, CHRISTVM IESVM *d panem de cælo verum, agnũ Dei, mundi peccata tollentem comedimus.* Quẽ qui pia castaq; mẽte comederit, æternã vitã cõparabit. Omneis enim illos Iudęorũ veteres ritus & ceremonias, quibus tãquã inuolucro quodã veritas obtegebatur, à cõsuetudine corporis ad animũ cõvertimus. Omnes illi ritus, õnia veteris legis sacra, õnis hircorũ, vitulorũ sãguis, quo Iudæorũ corpora aspergebãtur, õnia, inquã, veteris legis sacra CHRISTVM Dominũ, qui se salutarẽ hostiã Patri in ara crucis pronobis deuouit, & caput suũ ad nostrã salutẽ cõsecrauit, pręsignabãt. Quę quidẽ Iudæis tecta & velata, nos Christiani, inuolucris omnibus detractis, colimus & obseruamus. Nãilli figurã, nos veritatem

c Psal. 58.

d Ioã. 6.

ritatē ſuſpicimus & veneramur: cui præſenti cedit figura. Vt enim ſpōſa, quo abſētē ſpōſū memoria & beneuolētia proſequatur, eius interim imaginē cōtēplatur: quo tamē pręſente, non in effigie, quę neceſſaria nō eſt, ſed in pręſente ſpōſo oculis, ore, vultuq; acquieſcit, illū vnū ſpōſa intuetur, ad vnū illū omnis ſua ſpectat oratio; Sic Hebræi illā legem à DEO per Moyſem acceptā tāquā CHRISTI abſentis imaginē acceperūt, quā obſeruarēt, dū CHRISTVS Dominꝰ illis in lege promiſſus veniret, & ſe conſpiciēdū exhiberet. Qui vt venit, & hominibꝰ homo ex Virgine factus apparuit, ceſſauit illa lex, atq; in deſuetudinē abiit. Quocirca tota mēte & cogitatione erāt ad verū animorū ſpōſum CHRISTVM Dominū cōuertēdi: ſed ſtulti, cæci, furētes, & inſani more fatuæ ſpōſæ, quæ imaginē præſenti ſponſo præfert, legē illā eius autori & perfectori CHRISTO Domino præpoſuerūt. Quo nihil indignius, nihil ſtultius fieri aut cogitari animo poterat. Atq; vt mala citrea, cùm aliquo mari inuehūtur, paleis ſūt tecta; & à vectorū oculis vſq; ad portū remota; quo tamē cū inuecta fuerint, remotis ac reiectis paleis, quæ nulli ſunt iā vſui, à loci incolis & habitatoribus propalā in conſpectu collocata ęſtimātur & emuntur: Sic etiā illi veteris legis ritus & ceremoniæ erāt tāquam paleæ, quibus fructū diuinū velatū portabant Iudæi in huius vitæ vaſtiſſimo mari nauigātes, quoad portū tenuerūt, hoc eſt, donec venit plenitudo tēporis aſſerēdæ humani

Vetus lex figura notalegis & palabra ſimilitudo.

Pulchra ſimilitudo.

gene-

generis libertati præfixi: quo omnia vetera receſſerunt, & noua æternitate ipſa metienda apparuerunt. Atque vt frumento collecto & in horrea condito paleæ pedibus trahuntur, & in ignem mittuntur: Sic etiam perfidi Iudæi, qui CHRISTVM Dominum (quem ab illis derelictum nos recepimus, & tanquã frumentum de cælo delapſum, quo in æternam vitam alamur, intra præcordia noſtra tãquam in horrea continemus) occiderunt, nec fidei oculis, vt nos, viderunt, omnium pedib⁹ proteruntur, omnium irriſione luduntur, ac tandem in ignem æternum ad comburendum tanquam inutiles paleæ mittuntur. Quid? illi, qui inanem tantùm & adumbratam religionis vmbram ſequuti ſunt, Iudæi ſunt appellandi; an nos, qui veram & eminentem religionis imaginem, à lege & Prophetis conteſtatam, vita & moribus imitamur? Illi ſalutem à diuina clementia conſtitutam & à lege promiſſam repudiarunt, nos verò illius diſciplinę ſapientiam litteris occultatum ſumma religione colimus & obſeruamus. Igitur vtrum æquius eſt aſſeuerare, illos ab Abrahamo exortos eſſe, à cuius virtute degenerarunt, an nos, qui illius fidem colimus & imitamur. Illi ergo, qui in DEVM contumaces fuerunt, non iam Iudæi: e Sed *Synagoga Satana ſunt appellandi*: quia à DEI caſtris, in quibus militabant, impiè ad diabolum defecerunt. Quare illud conuitium iure meritoque ſuſtinuerunt:

e *Apoc. 2.*

i Ioã. 8. i *Vos ex Patre diabolo estis.* Nos igitur, qui Abrahami gloriam adamamus, & veræ religionis cultores sumus, eius filii de lapidibus suscitati censemur, & quemadmodum veteris legis homines Christianæ vitæ splendore nobilitati; ita & nos, qui illorum vestigia sequimur, Iudaici nominis laudem & gloriam obtinemus. Nam Iuda, si interpretari velis, cõfessionem significat, & Iudæi confitentes. Ergo nos, qui CHRISTVM verum DEVM & hominem confitemur, eundemque summa pietate colimus & obseruamus, hoc tanto nomine digni sumus; illi verò, qui CHRISTVM negantes despexerunt, & interfecerunt, perfidi sunt appellandi, praui, adulteri, & omni conuitiorum genere iactandi. Atque hæc eò spectant, vt ostendamus, Christianos homines ad Iudæ familiam fidei professione & spiritali agnatione, exclusis perfidis Iudæis, pertinere. Atque vt, vnde digressa est, eò reuertatur oratio. Hæc igitur est summa tribus Iudæ & vera laus, quòd cæli Reginam, quòd Angelorum Dominam, quòd humani generis singularẽ patronam, atq; ipsius præpotentis DEI matrem dignissimam, cui omnia sunt, præter DEVM, inferiora, protulerit. Id verò domus Dauid seriò exaltare ac triumphare potest. a Decebat quidem maximè hanc diuinã virginem genus ducere à Regibus, à sacerdotibus summo loco natis, ab antiquissima & amplissima familia ortis. b Olim Ioachimus

Christiani vere ad Iudæ familiã pertinent.

Iudæa familia vera laus.

Maria illustriũ & Prophetarũ & Regũ propago.

a Andreas Cretensis de dormi-

ex

ex femine Abrahę, ortus de tribu Iuda, clarus ex ſtirpe Dauid, natus Naſarethi in Galilæa, ſumma pietatis religionis laude apud omneis florebat. Habebat vxorem Annam pari ſanctitatis & probitatis laude commendatã, d Bethlehemę ex tribu e Leui natã. Cũ qua tribu matrimonii fędere copulabatur tribus Iuda. Ambo igitur Ioachimus & Anna vitam inter ſe quàm coniunctiſsimi traduxerant, quos tamen vnus tantùm dolor f ſterilitatis angebat, nulla prole poſt tot annos generata. Anna beatiſsima dolenter ferens honores cæteris mulieribus, ob liberos ſuſceptos, delatos ſibi denegari, quàm poteſt enixè eam à ſe deprecatur ſterilitatem orans continenter. Igitur omne ſuum tempus tranſmittebant ſanctiſsimi coniuges in precibus, vigiliis, & inedia corpora ſua affligebant, à ſummo DEO prolem ſuppliciter petentes. Quam ſi ſuſciperent, diuino cultui, voto nuncupato, conſecrarent. Ioachimus in monte deſertiſque locis inedia corpus affligẽs, quadraginta dies ſine intermiſſione orauit: Anna autem ſanctiſſima in hortis ſub dio excubans lachrymas DEVM deprecans fundebat. a Ambos orantes cõſolatus eſt Angelus: quibus à DEO ſalutatis nunciauit, Annam concepturam, & Angelorum Reginam pariturã. Quod audientes à maximo mœrore ad ſummum gaudium traducti ingentem vim lachrymarum ob tam lætum & iucundum nuncium profuderunt.

tione. *Virg. parẽtes Virginis qui.* *b Ioan. Damaſ de natiuit. Virg. orat. 2.* *c Ioachimus ex Abrahę ſemine.* *d Anna beatiſſima patria Bethlehema.* *e Anna ex tribu Leui.* *f Anna ſterilis primũ.* *a Damaſc. orat. 2. de Vir. natiu.*

i Ioã.8. i *Vos ex Patre diabolo estis.* Nos igitur, qui Abrahami gloriam adamamus, & veræ religionis cultores sumus, eius filii de lapidibus suscitati censemur, & quemadmodum veteris legis homines Christianæ vitæ splendore nobilitati; ita & nos, qui illorum vestigia sequimur, Iudaici nominis laudem & gloriam obtinemus. Nam Iuda, si interpretari velis, cõfessionem significat, & Iudæi confitentes. Ergo nos, qui CHRISTVM verum DEVM & hominem confitemur, eundemque summa pietate colimus & obseruamus, hoc tanto nomine digni sumus; illi verò, qui CHRISTVM negantes despexerunt, & interfecerunt, perfidi sunt appellandi, praui, adulteri, & omni conuitiorum genere iactandi. Atque hæc eò spectant, vt ostendamus, Christianos homines ad Iudæ familiam fidei professione & spirituali agnatione, exclusis perfidis Iudæis, pertinere. Atque vt, vnde digressa est, eò reuertatur oratio. Hæc igitur est summa tribus Iudæ & vera laus, quòd cæli Reginam, quòd Angelorum Dominam, quòd humani generis singularẽ patronam, atq; ipsius præpotentis DEI matrem dignissimam, cui omnia sunt, præter DEVM, inferiora, protulerit. Id verò domus Dauid seriò exaltare ac triumphare potest. *a* Decebat quidem maximè hanc diuinã virginem genus ducere à Regibus, à sacerdotibus summo loco natis, ab antiquissima & amplissima familia ortis. *b* Olim Ioachimus

Christiani vere ad Iudæ familiã pertinent.

Iudæa familia vera laus.

Maria illustriũ & Prophetarũ & Regũ propago.

a Andreas Cretensis de dormi-

ex

ex fœmine c Abrahę, ortus de tribu Iuda, clarus ex ſtirpe Dauid, natus Naſarethi in Galilæa, ſumma pietatis religionis laude apud omneis florebat. Habebat vxorem Annam pari ſanctitatis & probitatis laude commendatã, d Betlehemę ex tribu e Leui natã. Cũ qua tribu matrimonii fędere copulabatur tribus Iuda. Ambo igitur Ioachimus & Anna vitam inter ſe quàm coniunctiſſimi traduxerant, quos tamen vnus tantùm dolor f ſterilitatis angebat, nulla prole poſt tot annos generata. Anna beatiſsima dolenter ferens honores cæteris mulieribus, ob liberos ſuſceptos, delatos ſibi denegari, quàm poteſt enixè eam à ſe deprecatur ſterilitatem orans continenter. Igitur omne ſuum tempus tranſmittebant ſanctiſsimi coniuges in precibus, vigiliis, & inedia corpora ſua affligebant, à ſummo DEO prolem ſuppliciter petentes. Quam ſi ſuſciperent, diuino cultui, voto nuncupato, conſecrarent. Ioachimus in monte deſertiſque locis inedia corpus affligẽs, quadraginta dies ſine intermiſſione orauit: Anna autem ſanctiſſima in hortis ſub dio excubans lachrymas DEVM deprecans fundebat. g Ambos orantes cõſolatus eſt Angelus: quibus à DEO ſalutatis nunciauit, Annam concepturam, & Angelorum Reginam parituram. Quod audientes à maximo mœrore ad ſummum gaudium traducti ingentem vim lachrymarum ob tam lætum & iucundum nuncium profu-

tione.
Virg. parentes Virginis qui.
b Ioan. Damaſc. de natiuit. Virg. orat. 2.
c Ioachimus ex Abrahæ ſemine.
d Anna beatiſſima patria Betlehema.
e Anna ex tribu Leui.
f Anna ſterilis primũ.
g Damaſc. orat. 2. de Virg. natiu.

derunt. Quos haud sua quidem spes fefellit; nam diuturnam sterilitatem mira est fæcunditas consequuta.

Illibata MARIÆ *virginis Dominæ nostræ conceptio.*

CAPVT V.

Anna Virginis mater.

ANna glorioſa diuino munere filiam Naſarethi in Galilæa regione concepit. Concepta fuit puriſsima Virgo à peccato, quod omnes ex Adamo poſteri origine contrahunt, & concupiſcencia, quæ peccatum originis ſemper comitatur, ſoluta & libera. *a* Id quod apertiſsimè teſtãtur monumenta, quæ nobis viri pari pietatis & doctrinæ laude præſtantes conſignata reliquerunt. Accedit illa ratio, quæ facilè quemuis renitentem conuincit, & hanc perſpicuè probat veritatem. Cùm DEVS optimus maximus humanam naturam ex Virgine aſſumere decreuiſſet, vt omnem peccati vim tolleret, tam origine contracti, quàm actione ſuſcepti: Sẽpiterni numinis maieſtatem decebat, Matrẽ ſuam ab omni labe liberam omnino conſeruare. DEVS enim, qui ſanctus eſt, atque adeò ſanctitas ipſa, domum virginalis aulæ ipſe ſibi ædificauit puram in conceptu atque illibatã. Quo tandẽ modo illam puriſsimã carnẽ, ex qua CHRISTI IESV corpus SPIRITVS SANCTI

a Aug. libro de exordio humanæ ſalutis, & lib. de natura & gratia c. 14. Scotus & ſequaces in 30. ſententiarum diſt. 3. Ambro Catherinus lib. de conceptio. Virg. Idem li. 4. cõtra

cti virtute formatum est, vlla labes inficere poterat: Quonam modo Virgini illi, de cuius vtero Devs carnem assumpsit, aliqua macula aspergi poterat? Nam etsi humana natura primi parentis sceleris contagione fuit contaminata: tamen illa pars humanæ naturæ, hoc est diuina Virgo, pura semper fuit ab omni peccato, casta, integra, & incorrupta perpetuò extitit ab omni sceleris contagione. Igitur Maria Virgo, Dei vt dignum habitaculum esset, nata, nunquam non fuit munda, & omni splendore atque claritate commendata. Atque hinc est, quòd eam illius sponsus Spiritvs Sanctvs appellat in Cãticis; d *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*; pulchra animo, pulchra corpore. Quæ verba nobis apertè significant, nihil in illam de peccati lege manasse. Nam etsi ex concubitu viri & fœminæ (quo nullus fuit nec erit in terris purior) concepta est: tamen ab originali peccato, filii munere atque concessu, immunis fuit & casta. Quod quidem vt voluit, potuit efficere Devs. Cui, quod vult, subest etiam posse: cuius voluntati par respondet potestas. Nam qui potuit Matris de illa natus integritatem saluam conseruare, potuit etiam peccati origine cõtracti maculam ab illa propulsare. Id quod summam Dei potestatẽ pari coniunctam gloria facilè declarat. Honor enim parentum ad filios redundat. Ex quo apparet, hanc Virginis matris à communi labe

Caieta nũ Abbas in cap. de feriis. Cobarru. alios citãs in cap. alma mater 2 parte. Si. Canisius lib. 10. de beata Virg. c. 5. & alii multi tenẽt, beatam Virginẽ liberã fuisse à peccato originali. Nauarrus etiã in eadẽ est sententia in manua li. prælud. 8. num. 9. d Cã. 4.

exemptionem filio ad laudem illustrem fuisse. CHRISTVS igitur, vt sua dignitas postulabat, matrem suam à communi sceleris contagione pro sua potestate liberauit. Quam non solùm sibi matrem elegit, sed etiam dignam, quæ sua mater esset, effecit. Quæ profectò nunquam idonea & digna Mater extitisset, si communis labes eam aliquando infecisset. Quare credendum est, semper illam ab omni sorde puram castamque fuisse; vt Vates sanctissimus testatur his verbis: *Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus.* Cui non minori, sed multis partibus maiori curæ esse debebat sanctissima Mater sua, quàm primi generis humani parentes, quos in gratiæ florenti statu creauit; magisque in eius fabrica, quàm in totius orbis machina decuit præpotentem DEVM potestatis suæ vim declarare. Atque ita fit, vt beata Virgo omnium sit, post sacram CHRISTI IESV humanitatem, creaturarũ perfectissima. Qui vberiùs atque copiosiùs Virginis conceptus materiem explicatam desiderant, consulant, qui hac de re non minùs piè quàm sapienter scripserunt, autores. Tantùm dicam (quod illibatam Virginis conceptionem validissimè probat) ex Virginis carne CHRISTI carnem, quam fideles Sacramento velatam sumimus, formatam esse: a Itaque cùm panis conuertitur in verũ CHRISTI corpus, (quam conuersionem aptissimè sancti Patres transsubstantiationem nuncuparunt) præter

Psa. 45.

a Cõcil. Triden ti. sessio. 13. cap. IIII.

præter quàm quòd sanguis, anima, & diuinitas simul, propter admirabilem illam hypostaticam vnionem, existunt in vero CHRISTI corpore: tamen Virginis etiam caro videtur in sacramento ex altera connexione & concomitantia inesse. Simulatque cõcepta est beata MARIA, tanta dignitate & splendore eam decorauit præpotens artifex, quantam sua domus & habitaculum postulabat. Vnde factũ est, vt summo gaudio eius parentes affecti & incredibili lætitia fuerint elati. Qui nunquã DEO gratias agendi finem faciebãt; quòd suo satisfeciisset desiderio. Semper animo Angeli lætum nuncium & promissum voluebãt. Sed quidnam, æternæ gloriæ largitor & autor, iucundius & optatius mortali homini nunciari poterat? Apertè demonstrat Angelus, ex patre mortali nascituram in hac vita Angelorũ Reginam, lucis & vitæ Matrem, Virginũ florem, cæli lumen & ornamentum. O ter quaterque beati coniuges: O felicia Annæ vbera, quæ tanquam intimum sacrarium sacratissimam Virginem acceperunt, Virginem illam, à qua furenti Satanæ erepta est sica de manibus, ad nostram perniciem & interitum districta: per quam, quo antea prohibebamur, nobis patuit aditus in cælum. O femina sancta, quàm te illustris & glorioſi nepotis auiam faciet filia tua vnicum Virginum specimen & ornamentum.

De lato & felici MARIÆ *Virginis ortu.*

CAPVT VI.

IAm nouem menſes pia DEI genitricis Mater cæleſtium particeps gaudiorum traduxerat. Tandem velut vere nouo florente, natâ eſt florentiſsimo ſeculo illa roſa, hoc eſt illa Virgo, quæ ſuauiſſimum afflauit odorem ad cælum vſque penetrantem, & omneis mira ſuauitate perfundentem. *a* Igitur nata eſt ſacrata Virgo mortalium ſplendidiſſimũ lumẽ, (quum ab omni æternitate mente ſua effinxerat DEVS) & in hanc lucem de vtero Matris egreſſa, ab vrbe Roma condita anno DCCXXXIIX. VI. Id. Septembr. XXIIX. imperii Auguſti anno, Herode Idumæo Iudæorum tyranno; M. Druſo & L. Piſone, *b* vt quidam opinãtur, Romæ conſulibus. Igitur poſt diuturnas tenebras, quibus terra circumfuſa erat, lucis occaſu, tanquam oriens aurora, & valde rutilans, nitidiſſimum ſolem terris Virgo beata intulit, & maximè illuſtri ſplendore omnia compleuit. Aptiſſimè quidem lucis nomen in Virginem quadrat: ſi quidem lucis in eam cadunt proprietates. Lucis eſt, mortaleis afficere lætitia, vt contrà eſt tenebrarum, eiſdem triſtitiam afferre. Atq; hinc eſt, quòd dixit Tobias, cùm cæcus eſſet: b *Quomodo poſſum lætari, cùm in tenebris ſedeam, & cæli luce caream?*

a *Virgi. dies natalis. Damaſc. orat. 1. de nati uit. Virg.*

b *Damaſc. orat. 1. de natiuit. Virg.*

Maria lux.

b *Tobiæ 4.*

earam? Igitur liberatoris nostri Mater orta est noua lux huic mundo: cui canit Ecclesia; *Natiuitas tua* DEI *genitrix Virgo gaudium annunciauit vniuerso mundo.* Merito quidem appellatur aurora Virgo beata: nam aurora certissima est Orientis solis prænuncia; quo illustrata terrori est atque formidini latronibus & feris. Aduentante aurora, melius habent ægroti, & homines in agros prodeunt, operis faciendi causa, viam carpit securus viator. Itaque quicunque, discussa noctis caligine, luce ambulat, lætus, metuque solutus, ac liber iter facit. Enim verò sacrata Virgo CHRISTI Mater est electa: quæ tanquam altera aurora, tot Prophetarum oraculis prædicta, tot signis multo antè præmonstrata, paulatim è nocte humani generis, id est populi peccatoris, & densissimis ignorantiæ tenebris, (quibus synagoga circumfusa erat) exurgens refulget, nulla peccati nube obducta, serena, cœlestis gratiæ radiis inardescens; Saluatoris nostri, qui ex ea sol iusticiæ oriturus erat, aduentum ortu suo præuenit. Quamobrem appropinquantem huius diuinæ auroræ perhorrescũt aduentum tenebrarum ministri, & leonum rugientes catuli. Sed tamen quàm hi erant exanimati metu ob ortum huius auroræ diuinæ, tam erant alacres & læti sancti Patres cæco carcere inclusi, multis suspiriis & gemitibus ad immortalem gloriam aspirantes: ad quam post huius diuinæ auroræ ortum, ex obscuro

Maria aurora.

illo loco, per ipsius filium liberati traducendi erant. Accedit quòd in huius aurorę luce CHRISTO (quam lucem suo virgineo partu felicissimè discussis tenebris mundo effudit) optimus quisque fidelis victum, qui non perit, paraturus, ad opus pium, sanctum, Deoq; gratum, atque æternę vitæ prędmio decorandum tempestiuè egreditur: idemque viator & peregrinus iter ingreditur in hoc terrarum orbe, felici auspicio, alacer & promptus. Quę certe metu potestatis tenebrarum solutum ac liberum reddunt & lux auroræ & sol iusticiæ, MARIAE videlicet patrocinium singulare & CHRISTI fides. Quid mirum, si ortu Virginis felicissimo mirificè lætamur? Nam si Hebræus populus à periculo, in quo erat, à morte ceruicibus suis impendęte Esther Reginæ beneficio liberatus, summa lætitia affectus est; si Tobiæ summum gaudium fuit, cùm filius rediit incolumis, & sibi oculis capto lumina reddita sunt; si Holoferne trucidato lętata est vnà cum populo Iudith castissima vidua, si Abrahamus lętus fuit nato Isaac filio, si Anna etiam gaudio cumulata est, cùm Samuelem peperit, si Ioannis denique Baptistę natiuitas miram attulit iucunditatem parentibus, vicinis, cognatis, & amicis, longè quidem maiorę voluptatis nobis facultatem suppeditat MARIAE Virginis in hāc lucę susceptio felicissima. Cuius partus, hoste superato & cōtrito, nobis pacę, salutę, & perpetuam incolumitatę attulit. Huius primū lætitię participes

ticipes extiterũt religiosi Virginis parẽtes Ioachimus & Anna. Orta est, vt lux in tenebris, in hac vita Virgo beata. Quæ ab omni ęternitate, vt sibi Mater esset, est electa à DEO, omnibus nẽpe gratiis afflata, omnibus corporis & animi dotibus eximiè cumulata. Nascitur igitur hodie, vt DEI mater sit, MARIA: nascitur, inquam, & mundũ ploratu, quẽ edit, salutat: quæ prima illi attulit gaudia in luctu & mœrore iacẽti. O nimis felix meritiq; celsi Anna: hęc, quã cõspicis, puella, quã lactas cõplexa, hæc, inquam, diuinitus nata puella tristeis mortaleis cõsolabitur, hęc filium DEI pariet, hæc per filiũ suum pacis fœdus inter DEVM & homines feriet firmissimum. Si mũdus tibi agit gratias, iure id quidem optimo facit, siquidẽ per te, ô beata Anna, tã præclarũ donũ, tã preciosum pignus, tã diuinũ & salutarem fructũ percepit. Nulla præter te femina tantum ac tã diuinũ beneficium mortalibus dare potuit. Etenim filiã donasti, quæ DEVM in terras deuocauit, & mortaleis humi iacẽteis in cælũ extulit. Iacet modò in cunabulis, quæ DEI filiũ in præsepio reclinabit. Stricta nũc cingitur fascia, quę altissimi filiũ pannis inuoluet. Nec verò dubitãdũ est, quin sancti Angeli huius sacræ Virginis cunabulis astiterint modulatè ipsius laudes canẽtes. Sacrã Virginẽ, vt primũ orta est, cępit beata Anna diligẽter educare; idq; eo diligentiùs, quòd sciebat (diuinitus credo admonita) cã pluri-

mũ mundo profuturã. Neq; ploratu erat, vt reliqui solét infãtes, molesta, nec nimis somno dedita, sed vigilãs. Genas modesto & iucúdo risu mirè ornabat, vt facilè in ea DEVM agnoscéres habitare. Nũc lętis oculis arridebat Matri, nũc paruula extẽdens brachia patri se offerebat. Illuxit igitur gloriosa Virgo sicut aurora cnosurgens, & valde rutilãs mortalibus: siquidẽ nõ lõgè aberat, cũ DEVS suæ in nos charitatis vim ostẽderet, & Satanę vires & impetũ frãgeret; superbiã & elationẽ, qua omnia vastabat, diripiebat, cõprimeret, & hominẽ in pacẽ atq; libertatẽ, tã diuturno pestiferoq; extincto bello, vindicaret. Quinam, proh sancte CHRISTE, tunc iniecti sunt freni Satanæ temeritati & furori? Hic felicissimus dies salutis initium attulit mortalibus antea miseris & calamitosis: Angelis verò glorioſũ peperit triũphũ. Qui in certissimã spẽ adducti erant, exoptatũ tẽpus iã propè adesse, cùm cælestes sedes, quę diu vacuæ erãt, replerẽtur, cęlũq; celebri sanctorũ ciuiũ cœtu ornaretur, & copioſè augeretur. Quibus laudibus, quàm amplis & diuinis, prosequuti sunt cælestes chori sempiternã maiestatẽ tuam præporens DEVS? Quanta pietate & religione ad pedes tuos prostrati sanctũ nomẽ tuũ laudauerunt? Hæc sacrata Virgo, cui omnia supra ætatem, supra cõditionẽ mortalẽ donata sunt, multo antè quã cæteri, sapere cæpit & intelligere. Cũctorũ oculos sua diuina specie cõmouebat,

bat, omneis in summã sui admirationẽ rapiebat. Cuius oris tãtus erat fulgor & splẽdor, vt de cælo vniuersis delapsa videretur: diuinus ab omnibus partus prædicabatur, eáq; nõ ex se, sed è cælo ortã dicebãt parẽtes. Nõ dubiũ est, quin sancto in illo Virginis aspectu maiora radiauerint maiestatis & amplitudinis signa, quã mẽs humana & cogitatio capere possit. Hãc Virginẽ iã inde ab æterno in diuina mẽte natã, multis sanctorũ Patrũ oraculis prædictã, nasci voluit DEVS in hac vita, expressissimã perfecti imaginẽ & similitudinem. Hęc Princeps MARIA est a *sanctificationis arca*, cuius a *Psf.131.*
lõgitudo & latitudo lõgè quidem maior est, quã à Noë ædificatæ arcæ. Hæc enim continuit animãtes rationis expertes; MARIÆ verò tanta fuit amplitudo, vt sanctissimã Triadẽ cõplexa fuerit. Nã & SPIRITVM SANCTVM suo accepit hospitio, Patris numen illi adfuit, & filius habitauit in ea. Lõgè quidem præstãtior est ac dignior hæc, quã legis veteris arca: qua nõ Moysis tabulæ, sed ipse legifer, & omniũ rerũ autor & effector cõtinetur. De qua multo antè dixit Dauid, b *Surge Domine in requiẽ* b *Psf.131*
tuã, tu, & arca sanctificationis tuæ: quod perinde est, ac si diceret, exsurge de sinu Patris, vt carnẽ, sicut prædictũ est à sãctis Patribus, ex Virgine assumas, iacẽtes excitaturus, & hęreditatẽ tuã hostis infestissimi tyrannide oppressã recepturus. *Surge*, inquam, *in requiem tuã*, nẽpe in Bethlehemiticum stabulũ & præsepe.

In

In cęlo nulla tibi opus est requie: cùm sis ipsa rerum omnium creatarum requies vera. Hic, vbi libenter sustines labores, delectationem animi requiēque curarū quæras, oportet. Surge iá de sinu Patris, & veni in requiē tibi exoptatam, scilicet in Virginis vterum, in quo acquiescas. Aliter enim genus humanum prostratum & humile nullo modo poterit excitari. Neque tu solùm ipse surge, verùm etiam Virgo mater tua: siquidem est arca sāctificationis. Nam cū tu sis gēma & lapis pretiosus, arca, in qua seruetis, est necessaria. Atque ita fit, vt illa etiam exurgere debeat.

Virgo in templo Deo præsentata.

CAPVT VII.

VIrgo diuina treis annos nata, fuit in tēplo à parentibus suis piè sāctēq; sacerdotibus oblata, atq; felicissimè sūmo DEO, vt iidē vouerāt, cōsecrata. Quæ quidem hilari vultu, serenaq; frōte, in tā tenera ętate se totā sēpiterno DEO dicauit atque cōsecrauit. O gratam est iucūdam diuinis oculis oblationē! Gratior certè fuit atque iucundior summo DEO oblatio Mariæ cūctis hostiis & holocaustis, quæ ab orbe condito oblata sunt & offerentur, secundū filiū suū natū ex illa. Quāto animi impetu, quā egregia animi alacritate se Virgo diuina obtulerit DEO, nō dici solū, sed nec cogitari quidē potest. Cōscendit quindecim

cim a Hierosolymitani tẽpli scalarum gradus prõptissima. Quos certè cõscẽdere nullo modo poterat tã tenera ętate, nisi diuinitus sustẽtata. Quo in ascensu præmõstrauit, se glorioso triũpho efferẽdã esse supra nouẽ Angelorum choros, & sex beatorum ordines. Quis potest nõ dicẽdo cõsequi solũ, sed & cogitatione cõplecti, quãta pietate, quã animi submissione Virginea genua flexerit, quãta religione sacrũ illud tẽplũ venerata fuerit? Id cõsequi poterit, qui excellẽtes ac diuinas, quibus ornata erat, virtutes animo cõprehensas habuerit. Enimuerò purũ hoc cælestis gloriæ templũ erat tã præstantibus donis excultũ, cõgesserat in illud prę potẽs DEVS tot gratiarũ ornamẽta, tã ampla & diuina, vt ea solũ DEVS capere possit, prẽterea nemo: a Vigilantia, opera, labore, & studio, atq; omni genere laudis longè quidẽ superabat Virgo diuina cæteras puellas, quæ diuino cultui ad ætatẽ nubilẽ vsq; se addicebãt. MARIA diuina ita se prorsus cõparauerat, vt se libentissimo animo & cõstãtissimo totã DEO dicaret atq; cõsecraret. Dies noctesque honestissimè sẽper sine intermissione laborabat. Cuius indies ardẽtius erat colendę virtutis studiũ. In quo etiã exẽplũ nobis proponitur beata Virgo, sicut in cęteris præstãtissimis actionibus suis: nã autore diuo Bernardo, *in via* DEI *non progredi, regredi est*. Cũ ab oratione & contẽplatione (quę quidẽ altior erat ac sublimior, quã in quẽquã aut cælestiũ aut

a Damasc. de Virg. natiuit. 1. orat.

a Maria studia & mores sanctiss. simi.

mortа-

mortaliũ cadere posſit) vacabat, ſe lanã exercebat, telas nunc ingeniosè contexebat: nunc aliquid acu egregiè pingebat, quo templum, vbi ſacra celebrabãtur, & ſacerdotes ornarẽtur. Nõ dubium eſt, quin hæc & alia, quæ mulieres decent, ſtudia præcipuè coluerit Virgo diuina. O ter quaterq; beata lana, felix tela, felicia ornamẽta, quæ virgineis illis manibus tangi meruerũt. Nunquã cogitabat, nec cogitare quicquã poterat, q̃ ardẽtiùs deſideraret, quã omnes ſuas curas & cogitationes, õnia ſua ſtudia ad illius cultũ & pietatẽ referre, cuius numine & poteſtate omnia reguntur & ſuſtinẽtur. Tã ardentes MARIÆ ſubiectæ erãt faces, vt tota diuini amoris igne flagraret. Dein tẽp⁹ ſapiẽtiſſimè in horas partiebatur: cui⁹ maioré partẽ orationi cõtẽplationiq; tribuebat; (quãto gaudio perfundebatur, o DEVS immortalis, ſacrũ illud & purũ MARIÆ pectus à diuino SPIRITV dulci ipſo ſuo, quis cogitãdo cõſequi poſſit?) reliquas, quę vacabãt, horas honeſtiſſimis exercitationibus dabat. Nũquã enim erat otioſa, ſed ſemper operoſa: nec pũctũ quidẽ tẽporis piũ aliquod & honeſtũ ſtudiũ intermittebat. Omneis ſuas actiones ardẽtiſſimo ſtudio ſuſcipiebat, quas ſummo DEO probatas & commendatas mirificè cupiebat. Quod deſideriũ ardẽtiſſimus, quo ſemper incẽſa erat, SPIRITVS SANCTI ignis cõcitauerat. Eadẽ fuit à prima ętate plena SPIRITV SANCTO: qui ſe cũm ætatis progreſſu apertiùs in illa indicabat, eãq; ita imbuerat, vt nec minimæ vllius

lius peccati maculæ eius gratia in illa locũ relinqueret: quã ſẽper ab omni labe, iã inde cũ cõcepta eſt, purã cõſeruauit. Ex quo fit, vt eã his verbis honorificẽtiſſimè appellit: *d Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Pulchra corpore, pulchra animo, ſancta animo, ſancta corpore, pura, immaculata cogitatione, verbo, & opere ab omni ſceleris labe. Tot ornamẽtis tãq; diuinis erat DEI thalamus excultus, vt nihil nõ purum, terſũ, & ſãctum ineſſe poſſet in illo. Itaq; ætatis auctu in dies ea creſcẽs, clariùs in illa mirabilis & diuina indoles elucebat. Ineũtis ętatis initia prę ſe ferebant, quanta probitatis fruges exurgeret matura. Adulta certè ætate clarũ excellẽtiũ ac diuinarũ, quibus florebat, virtutũ ſpecimẽ dedit, & propalã egregios, quibus prædita erat, mores in õniũ oculis poſuit. Omnibus puellis, quæ ſecũ in tẽplo erãt, cõſpicua illa & ſpectata ſanctitate ſanctũ religionis amorẽ incutiebat, quas vehemẽtiùs, quàm Magnes ferrũ, ad ſe trahebat. O nimiũ feiices virgines, quibus Virginis ſermone & cõſuetudine frui licuit! Quoties dulcis MARIÆ vox veſtras aures demulſit? quoties in veſtros animos penetrauit? Nec mirũ ſi eius vox dulce ſonat in auribus veſtris, cũ aures ſpõſi ſui SPIRITVS SANCTI ſũma perfũdat voluptate, ipſo teſtãte; *Sonet vox tua in auribꝰ meis ſpõſa mea: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Ad quã nullꝰ nec humanę nec Angelicę vocis cõcẽtꝰ eſt vlla ex parte ſuauitate cõparandꝰ. Hæc ſacrata Virgo fõs perẽ-

d Cãt. 4

Cant. 2.

nis

nis glorię, ad eā intra tēpli parietes peruenit gloriā, quæ nullis finibus circūscribi, quæ vix cęlo capi potest, quā nulla dehinc alia Virgo cōparauit. Cunctas ea virgines omni genere laudis longè superauit. Cui nulla similis orta est post homines natos, nec vnquā ęqualis orietur. Ex quo efficitur, vt singularis glorię inter omneis Virgines palmā obtineat. Cūctis eius castissimi & plus quàm Angelici mores plenissimo theatro propositi erāt in illa prouincia. Eò progressa est virginalis pudicitię fama, vt nō tacita solū hominum opinione esset, sed ingēti admiratione celebraretur. Cūctorū aures Virginis laudibus personabant. Omnes de illius laude vna mēte & voce cōsentiebāt, & sāctū eius nomē venerati nominabant. Erat omniū virtutū referta arca illa viua, à SPIRITV SANCTO fabricata. Quę in eā potissimū curā incūbebat, ne lingua proferret, ne oculi cernerēt, ne aures quidquā haurirent, quod suo spōso, cui se perpetuę virginitatis voto totā addixerat & cōsecrarat, displiceret. Tātus virtutū fulgor omniū sibi admirationē cū ingēti beneuolētia cōciliabat. a In omnibus constantissimis dictis & factis singularis pudicicię laudē prę se ferebat. Maiores natu, suū vnicuiq; honorē deferēs, colebat & obseruabat. b Erat sermone verecūda, silētii studiosa, facūdè tamē, cū tēpus necessitasq; postularet, loquebatur. Proh sancte CHRISTE, quā sapiēter, quā grauiter verba fūdebat ex illo ore virgineo. c Dulcior erat Ma-

a Damasc. erat. 1. de natiuit. Virg.
b Virg. silētiū & facundia.
c Dama ibidem.

riæ vocis sonus, quã illũ cuiusquã mẽs capere posſit. Nam & SPIRITVS SANCTVS in eius teretes & religiosas aureis verba infundebat, cuius ore DEVS ipse loqui videbatur. O nimium fortunati, quibus contigit, tam suaueis ac diuinas audire voces! Cuius vel saxeum pectus non emollirent tam dulcia verba? Quis quantauis immanitate efferatus talibus dictis non miteſceret, atq; omnem ex animo feritatẽ ejiceret? Felices igitur Virgines, atq; omneis, qui MARIÆ voces audiebant. Quorum felicitas ex eo facilè perſpicitur, quòd ſimulatq; Virginis vox in aureis influebat, in animos etiã penetrabat: quos gratiæ rore aſperſos mũdabat, excitabat, atq; ardẽtiſſimo pietatis ſtudio inflãmabat. Erat beata *a* Virgo præcipuũ Iſraëlitici populi virginum documẽtum, in ea ſe omneis tãquã in perlucido ſpeculo inſpiciebãt: cũctas illius tẽpli puellas poſt ſuauiſſimũ virtutũ ſuarũ odorẽ Virgo trahebat. Quarum virtutũ fragrantia omneis in veræ laudis ſtudium rapiebat. Pudor, caſtitas, puritas, humilitas, ſapiẽtia, ſanctitas, mãſuetudo, prudẽtia, vnguenta erant ſuauiſſimũ odorem ſpirãtia. Quorũ iucundo odore recreatæ, alacres quidẽ & promptæ ſe ad MARIÆ ductũ Virgines applicabant. Omneis illam imitari ſtudebãt, quia mater vitæ, documenta dabat vitæ. Sanctarum omnium virtutum ſpectaculum omnibus planè propoſuerat. Nam vt omittã cæteras, quibus tanquã cælũ ſtellis ornata erat,

a Virginũ exẽplum.

laudes, humilitas eam præcipuè cómendabat.

b. *Maria humilitas*

b Cuius virtutis in nullo nec cælitũ nec mortalium tam expressa vnquã extiterũt vestigia, quã in augustissima cęli Regina. In hac igitur humilitatis & modestiæ virtute colenda, vt reliquas, quibus ornata erat, laudes prætereã, præcipua quadã excelluit laude. Igitur humilitas (per quam nobis ad clementiam diuinã patet aditus) quàm altissimis erat in MARIA defixa radicibus: cuius virtutis lumen semper in eius cõstantissimis actionibus eluxit. Vnde factũ est, vt ad excelsum dignitatis gradũ, ad altissimum super cęlites omneis gloriæ thronum elata fuerit. Nam si quo submissior quisquam est, altiorẽ (vt Veritas inquit) dignitatis & gloriæ locum tenebit, quis vnquam (cùm à CHRISTO eius filio discedas) repertus est, qui cum Angelorũ Regina humilitatis laude cõferri posset? Qua certè virtute, vt cæteris omnibus, parẽ habuit neminẽ. Fuit ergo magna MARIA, ob suam præstantissimã & admirãdã humilitatem, super omneis creaturas elata, & ad tantam gloriã euecta, vt nullis terrarũ, sed cæli tantũ finibus terminetur. Modesti & humiles in ipsius præpotentis DEI sunt fide ac tutela. Quos ab hostibus defendit ac protegit suo præsidio. Sed iam Hierosolymitanũ tẽplũ adeamus, atq; ibi sacrã Virginem quàm maximè spõso suo placere cupientẽ stantes contẽplemur. *a* Illic abstinentissimè & vigilãtissimè vitam agebat; in multam noctẽ sine intermissione

a *Abstinẽtia & Vigilantia Virg.*

fione DEVM piè sancteq; orabat. *b* Vix autẽ ad corpus sustentãdũ tenuem & exiguũ victũ capiebat: siue is ab Elisabetha siue ab aliis suppeditaretur: siue, vt nõnulli piè existimãt, ab Angelo perferretur. Quorũ ego sententiã, vt piã probabilẽq;, libẽter amplector. *a* Nã si memoriæ proditũ est, viros pietate insigneis & sanctos Eremitas aliquãdo cibũ ab Angelis accepisse, cur non credere piũ est, DEI matrẽ, Angelorũ Reginã, huiusmodi exceptã conuiuiis, huiusmodi nutritã epulis & cibis? Quid? minúsne liberaliter habẽda erat cæli Regina, quã serui & ministri? Absit. Sed cibus, quo præcipuè Virgo sanctissima alebatur, erat summũ, quo mirabiliter incẽsa erat, DEO placẽdi studiũ, cælestiũ diuinarũq; rerũ contẽplatio, iustitia, pax, gaudiũ in SPIRITV SANCTO. Hę sunt epulæ, quibus virgines victitant: his MARIA sanctissima alebatur. Hos cibos, si diuinã gratiã & salutẽ cõparare volumꝰ, nos etiã sumere oportet. Quorũ certè nunquã satietas capit edentẽ, sed potiùs quo magis gustãtur, eo plus appetuntur. Corporis epulę bestias reficiunt, corpus enim bestia est, & effrenata ac fera pessima, ventriq; obedientes ab humana dignitate degeneres fiũt belluæ. *d* *Quorum* DEVS, vt inquit Apostolus, *venter est*. Hi certè apud inferos vnà cum diuite epulone, qui quotidie splẽdidè, dũ in viuis erat, epulabatur, grauissimo torquebũtur supplicio, rabidè pastum & potũ appetẽtes. Imitemur ergo eũ in cæteris

b *D. Ambrosius.*

a *Virgilius Cedren. pag. 153. num. 5.*

d *Phil. 3*

virtutibus tũ in abstinẽtia sacratã Virginem. Noster cibus sit sequi potissimũ DEI voluntatẽ & autoritatẽ: potus verò sit cęlestiũ rerũ, quæ animæ diuturnã sitim extinguat, contẽplatio. Sed reuertamur ad Virginẽ: quę, vt etiã cultu corporis, sicut reliquis omnibus rebus, honestatis, pudoris, & pietatis documentũ esset, *a* non pretiosis sumptuosisq; vestibus induebatur, non auro gemmisq; collucebat, in eius vestitu nõ ascitus color, sed natiuus tãtũ erat. Id quod ex Sancto velamento, quo ea caput redimire consueuerat, apparet: quod naturalem tãtùm colorem, non ascitum, refert, vt auctor est Nicephorus Calixtus. At vbi adulta ætate facta est, veste vsa est fusco colore picta in omni vita. *b* Fuit, adhuc viuis parentibus, Hebræis diuinisq; literis egregiè sancta Virgo instituta. Quoniã in illius parẽtũ mentionem incidimus, nõ cõmittam profectò, vt ex multis rebus vnã maximi momẽti silentio præteream. *c* Libenter Ioanni Damasceno & aliis assẽntior, eorum opinionẽ abjicientibus, qui tres viros ANNAM habuisse, filiosq; ex singulis procreasse, existimant. Susceperant enim pręstantissimam & diuinam istam filiam MARIAM pii parentes ad senilem ferè ætatem perducti, vt eius ortus mirabilior esset. Ioachimus autẽ post filiam MARIAM natã, vndecim aut duodecim annos vixerat cum ANNA vxore. Quare credibile nõ est, decrepitam iam & senio confectã alias nuptias cõtraxis-

a Vestitus Virg. Cedren. ibidem.

b Institutio. Cedren. ibidem.

c Ioan. Damas. orat. 3. de natiuit. Virg. Aloisius Lipomanus Episc. Veronen. epistola vbi docet, S. Ioseph perpetuo

ttaxisse. Nã & nulla id lege facere tenebatur: neque ignorabat castissima femina, permitti magis, quàm probari solere secundas nuptias. Non dubito, quin diuinitus edocta esset, q Apostolus SPIRITV DEI plenus *b* præcepit, *melius esse castam permanere viduam, quam secundas contrahere nuptias*, & viduitatis statum coniugio præferendũ esse: vt sicut nupta nuptarum extiterat documentum, esset etiam & viduarũ exemplum, casta permanẽs vidua. *a* Non mihi ergo probatur, nec cuiquã probari debet, castissimam ANNAM, post sterilitatis deletam maculã, post MARIÆ Virginis Angelorũ Reginæ ortum felicissimũ, ad tertia vota descendisse; quæ paucis pòst à IOACHIMI morte diebus, ipsa etiam diem suum obiit. Quod eorum sententiã, qui illã secũdò & tertiò viris nuptum collocatã fuisse existimant, facilè refellit. *b* Orbata fuit, vt quorundam opinio est, sancta Virgo parentibus vndecimo aut duodecimo ætatis suæ anno. Quę quidem, vt suprà demonstraui, est & verè nominatur filia vnica ANNÆ, *c* ANNA verò vnica matris DEI mater. Hanc opinionẽ vt probabiliorẽ, & in maius matris & filiæ decus & ornamẽtum cedentem, omneis libenter amplecti, & pugnacissimè defendere, æquissimũ quidẽ est. *a* Nec verò quod Ioannes in Euangelio Mariam Cleophe Virginis sororem appellat, nobis aduersatur. Nã & nomen fratris & sororis in sacris literis ad cognatos etiam

Virginẽ fuisse. *Cedren. 153. nu. 8*
b 1. Cor. 7.
a Aloisius Lipomanus Gbi suprà.
b Mors parentũ Virg. Cedren. ibidem.
c Anna Vnica mater Virg.
a Gẽ. 13 & 12. & 29.
Theophilactus, Vt refert Aloisius ibidem.

pertinet. Cleophas, à quo vxor Maria Cleophe appellationem desumit, diui Ioſephi Virginis ſponſi dicitur frater germanus fuiſſe. *a* Ille eos procreauit filios, quos fratres Iesv ſæpe nuncupant ſacræ literæ, iure agnationis patrueles fratres, non ſanguine germani. Sed ad hiſtoriæ res, in quas ingreſſi ſumus, noſtra reuertatur oratio. *b* Nam dū MARIA eſſet duodecim annos nata, hāc in cōtēplatione defixa ſibi allatā de cęlo vocē audiuit: FILIVM MEVM PARIES. Sed ipſa, pro ſua modeſtia & humilitate, nunquam ante filii in cælum aſcenſum id cuiquam ſignificauit. Deinde, vbi in cælum Iesvs conſcendit, & hoc & alia de illius concepta arcana Apoſtolis expoſuit.

a Canisius pag. 32. & 466.

b Cedrē. pag. 153. nu. 19. idē ibi dem nu. 22.

De Virginis corporis ſtatura, deq; illius oris venuſtate & pulchritudine.

CAPVT VII.

ATrigerat iam diuina Virgo, cùm in templo eſſet, decimū-quartū annū, ſanctis diuiniſq; moribus ornata, nobiliſſima, clara, & illuſtri indole prædita. Cùm enim eſſet Virgo cæleſtis, ac diuina, à DEO, vt ſibi mater eſſet, præcipuè facta, nihil non pulchrum, ſplēdidū, & laudabile in ea poterat non ineſſe: nulla de naturæ dotibus, cū cæleſtibus abūdaret, ei abeſſe. Omnia bona in Mariā vti in vas puriſſimū perfluxerant: in quam cuncta DEVS ornamēta cōgeſſerat. Enimvero ſacratum in hunc gloriæ thronum virtutes omnes, tāquā immēſus fluuius, quem vel mare vix capere poſſit, con-

fluxe-

fluxerunt. Ipsa sola cunctas laudes est cõplexa.

a Tanta erat Virginis species, tanta venustas, tanta pulchritudo, quanta existimandum est, ornatam Matrem, ac sponsam suam, & filiam esse ab illo, qui solis, lunæ, stellarumq; creauit ornatum & pulchritudinem, sempiternus ac mirabilis artifex: qui ea, quę oculis cernimus, aspectu pulchra & incũda miro ordine & sapientia cõstituit. Quorum admirabilis forma infinitis tamẽ partibus cedit MARIÆ pulchritudini. De qua quoniã huc incidit sermo, pauca dicam. b Erat diuina Virgo mediocri (quãtamen nonnulli opinantur proceram fuisse) corporis statura. Oris color triticeus erat, capillus flauus: & oculi erant perlucidi, acres, splendidi, subflauis & quasi oliuæ colore pupillis nitentes. Supercilia decẽter nigra & inflexa erãt. Nasus rectissimo filo subductus mirificè faciem ornabat. Labia erant rosea, melleq; dulcioribus verbis cõferta. Facies nõ rotunda erat, nec acuta, sed aliquanto lõgior, ac tereti forma: manus simul & digiti lõgiores.

a Omnia deniq;, quæ ad perfectã & numeris omnibus absolutam pertinent venustatem & pulchritudinem, illi inerant. Honesta, grauis, modesta, in audiendo benignitatẽ, in respondendo humanitatem ac prudẽtiam, in reprehendẽdo decentẽ, omni animi perturbatione vacua, libertatem perpetuò adhibuit. Deniq; sicut Virginis filius longè filiis hominũ formę dignitate antecelluit: ita pulcherrima DEI ma-

a *Maria pulchritudo.*

b *Statura & species virg.*

a *Cedrẽ. 153. nu. 15.*

ter forma & venustate hominũ filias maximè superauit. Admirabilis pulchritudo atq; elegãtia purũ illud & virgineũ corpus mirificè commendabat. Cuius diuini oris speciem & venustatem intuentes, admiratione obstupefacti, oculos videndo explere non poterant: tã amabilis erat & grata omnibus. *b* Virginis aspect⁹, gestus, grauitas, modestia mulierũ omnium, quæ in se inspicerent, cõcupiscentiam lasciuiamq; comprimebat, & vitiorum omniũ caliginem pudoris sui radiis discutiebat, ardẽtesq; pietatis & honestatis amores excitabat. Quicumq; igitur in illam castam & virgineã faciẽ oculos conjiciebãt, statim eos vehemens castitatis colendæ desiderium capiebat. Igitur virginalis pudoris splendor tantus erat, vt libidinis neblas citiùs quã sol tenebras dissiparet. Castitas Virginis tãta erat, vt tore suo cõcupiscẽtiæ ignẽ extingueret: vt libidinis morbo præsens remedium afferret. Iure quidẽ optimo *a* benedictã in mulieribus te appellauit sacrata Virgo Gabriel Archangelus, quòd Virgo DEVM & hominem genuisti, & post partũ Virgo inuiolata permãsisti. O quàm dissimilis est Mater DEI cæterarũ mulierũ: Hæ namq; ardẽtes, cùm videtur, viris libidinis faces subjiciunt: vnde est apud quendam poëtam; *Virgo femina videndo.* Et sapientis vox est in prõptu, nostros oculos vt à feminis præsertim ornatis abducamus, præcipiens: *b Auerte faciem tuam a muliere compta, & ne circũspicias speciẽ alienã.*

b Aspectus virg cõcupiscentiæ frænum injiciebat.

a Luc. 1.

Virg. 3. Georg.

b Eccl. 9.

Quibus

Quibus verbis statim adiungit, *propter speciē mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.* Vt enim qui ignē sinu gestat, non potest nō adūri, sic qui cū mulieribus versatur, & cōsuetudinē ac societatē iungit, non potest nō libidinis igne inflāmari. At vide quàm dispar est ac dissimilis ratio in Virgine matre. Ea, vt quę ab omni labe peccati pura semper fuit & casta, puritatis suæ splēdore plus quàm Angelicę castitatis luce turpiū cogitationū nubila dispellebat, & suo aspectu miram animis tranquillitatē afferebat. De illa namq; speculum castitatis refulgebat. Quòd si nonnullis, qui sunt inter diuos relati, vt Ioāni Baptistę & aliis, dedit DEVS, vt libidine infestis medicinā facerent, quid de diuina Virgine existimandū est, cuius castitatis fulgori diuorum omnium castitas tam cedit, quàm lucerna soli? Memoriæ proditum est, diuo Dominico amplissimo atq; sanctissimo patriarchæ, Dominicani ordinis autori, vt cæterarum virtutum sic etiā castitatis laude insigni, adolescētem quendam libidinosum manum, sacro confecto, osculatum esse, & omni deinceps libidinis sensu caruisse. Quòd si Dominus tantū seruo tribuit, vt per eū corruptionis vulnera in illo adolescente sanauerit, quanto magis eū per Virginē matrē sanabit? a Maria est morborū omniū medicamētū, majorumq; omnium præsens remediū. Quæ quidē cùm omni laude, tum etiam castitatis luce & splendore tāto

a Maria morborū omniū medicina.

cæteris Sanctis ad gloriam antecellit, quãtum solis lumen lucernæ luci antestat. Quid enim castius? quid purius DEI matre dici omnino aut cogitari animo potest? Quid splẽdidius illa, quam splendor elegit? Nullus est tam pestiferus, tã exitialis morbus, cui sacra Virgo non medeatur. Quare omneis, qui grauissimas peccatorum plagas acceperunt, qui periculosissimis morbis conflictantur, ne salutem desperẽt, accedant fide firma, spe cõstãti ad beatã Virginẽ: quia futurũ est haud dubiè, vt suo illis patrocinio medicinam & salutem à filio suo impetret. Cùm autẽ contra omnes malorum impetus, contra omnẽ morbi vim firmissimum in ea præsidium constitutũ habeamus: tum etiam contra libidinem; cuius morbi vel sola virginalis pudicitiæ cogitatio impetus frangit, tela retundit. Quare qui intemperantiæ morbo tentantur, confugiant ad Matrem DEI: statim enim se leuari sentient, & salutem consequentur. Quot miseri ex huius Charybdis & Scyllę æstu, quo innumeri quotidie suo maximo malo abripiuntur, & voraginibus, quibus summerguntur, ad Virginẽ clamantes emerserunt, & ad sanitatem redierunt? Innumeri certè sunt, qui diuinæ Virginis luce illustrati, & ope sustẽtati, ex hoc cæno, quo obliti erant, extiterunt, & à tanta labe se puros & castos in posterum conseruarunt. Quid? quòd sacræ etiam Virginis imagines, quas prostrati veneramur, eam vim habent? Sed & illius cogitatio

gitatio & memoria, non solũ effigies. Id quotidie CHRISTI fideles experti norunt. Dionysius Areopagita Apostoli Pauli discipulus cũ ad cæli Reginã extremis ferè illius annis venisset, admiratione, vt eã vidit, obstupuit, & insolito Virginis splendore perculsus à se discessit: qui ad se reuersus statim affirmauit, nisi ex illa DEVM genitũ esse, cõstãter crederet, eã se pro DEO veneraturũ: neq; pulchrius quicquã humanis oculis cõspici posse. Quid ã pius sacerdos ei? pulchritudinis aspiciẽdæ summo incensus desiderio, oculorũ orbitatẽ, si eã semel intueri licuisset, facilè in posterũ se passurũ testatus est. Cuius oculis clemẽtissima Mater, eius precibus annuẽs, præstãtẽ illã ac diuinã formã exposuit: vbi eã aspexit, oculos deinceps inde dejicere, diutiusq; se vitã agere nõ posse, demõstrauit, sia serena illa luce desereretur. Cuius ardẽtissimis votis aspirãs misericordiæ Mater, fecit, vt illius anima à corpore separata in cælũ immigraret; vbi eã perpetuò cælestiũ cætui aggregatus ad filij dexterã sedẽtẽ cõtẽplatur. Quòd si tãta erat Virginis lux & splẽdor, dũ hìc in humanis esset, vt se intuẽtiũ oculos ad se raperet, quãta erit lux, quã in cælis immortalitate amicta ex se diffundit? Superat omnem mentem, omnem dicendi facultatem. O diuina facie & excellenti pulchritudine Virgo, si in hac misera & mortali vita nobis filiis Euæ peregrinis te corporeis oculis videre non datur, at certè mentis acie

con-

contemplabimur: vt tui dulci memoria sustē-
temur, & in rebus desperatis diuinitus re-
creemur; quoad tuis præclaris meritis ac dul-
cissimis precibus adiuti cælũ conscendamus:
vbi eximia pulchritudine tua fruentes filium
tuum vnà tecum perpetuis laudibus celebre-
mus. Erat igitur Dominæ nostræ oris species
& figura, sicuti hoc capite demonstratum est,
cælestis ac diuina: cum qua sancti illius mo-
res ac diuini mirificè congruebãt. Nulla cor-
poris pars, nullus sensus, qui rationi ad nu-
tum non pareat, inerat in ea: semper enim ra-
tionem ducem sequebatur.

Maria Virgo fuit sancto Ioseph desponsata.

CAPVT VIII.

a Cedr. 155 nu. 26.

a DEcimum-quartum iam annum cùm es-
set ingressa diuina Virgo, è templo sibi
excedẽdũ erat. Interea sacerdotes, re primùm
diligentissimè DEO cõmendata, ipsam æquali
despondere constituerant. Sacerdos, qui hoc
negocium susceperat, siue ab Angelo doctus,
siue diuinitus admonitus, siue florentis virgæ
miraculo motus, vel alio indicio, vt MARIAM
ei, qui in Dauidica familia integritate præstã-
tior esset, desponderet, comperit non dubiis
argumentis Ioseph Fabrum pietate, pudi-
citia, atq; omni genere laudis inter alios emi-
nere. b Cui sponsalibus obligata fuit, vel po-
tiùs in custodiam tradita MARIA sancta.

b Cedren. 153. nu. 32.

c Pro-

c Prouidit DEVS altissimo consilio, vt hæc sancta custodia sponsalium velo tegeretur. Quia Virginis partum Satanam celari consentaneũ erat. Qui nullo modo MARIAM Ioseph o desponsam videns, virgineum esse partum eius, suspicari poterat. Conueniebat præterea desponsatam esse MARIAM Virginem; vt omniũ etiam esset opinione atq; existimatione, sicut re ipsa erat, eius pudicicia salua & integra, tãti fuit apud DEVM matris suæ fama & existimatio, vt se potiùs hominem natum, quàm Matris suæ integritatem in dubiũ vocari maluerit. Non igitur sat habuit, eam re vera Virgine puram & castam esse: nisi omnium etiam sermonibus talis celebraretur, nisi præclara pudicitiæ existimatione apud omnes floreret. Atq; ita Virginis famæ desponsationis nomẽ seruiuit, & matri suæ de spõso, qui eius perpetuæ virginitatis & custos esset & testis fidelis, DEVS prouidit. Itaq; puro, casto, & integro Virgini, è regia Dauidis stirpe, claro & probatissimo viro, a quo tũ præclara pudicitiæ, atq; integritatis, omniumq; virtutum exẽpla peti poterant, sanctam Virginem, ex genere Dauid profectã, *a* Zacharias summus sacerdos & affinis despondit. *b* Domus Dauidica tot illustribus viris clara, quàm egregiè te ornatã video, ac illustratã ab integris duobus Virginibus, sactis spõsalibus coniunctis? longè quidẽ his clarior manes ac illustrior, quàm cæteris omnibus, quos ex te genuisti. Nã etsi rebus præclarè

c Diuus Bernardus Ho mil. de beata Virgine. Ioseph Virgo. Diuus Augustin. serm. 15 de natiuit. Domini.

a Cedrẽ 113. nn. 99.

b Dauidica familiæ laus.

rè gestis te ad maiorẽ gloriã, quàm vlla vnquã in orbe terrarum cõsecuta est familia, extulerunt tam multi, qui ex te prodierunt, præclari viri: tamen cõparanda non est cum amplitudine & splendore, quem hi Virgines duo tibi pepererũt. Hæc est vera tua gloria, id sèriò potes exultare ac triumphare, scilicet, quòd ex te prodierint hi duo Virgines Iosephus & MARIA puríssimi ac integerrimi. Exulta igitur familia Dauidica & lætare, quòd ex te produxeris hæc duo germina diuina. O germẽ diuinũ MARIA, ô paradisi arbor, quæ vitæ fructũ nobis tulisti. O germen diuinum Iosephe, qui ad tantam dignitatem & amplitudinem peruenisti; quanta nulli antea concessa est, nec vnquam postea concederur. Quoniam tu solus, vt in tua fide & tutela esset, Virgo perpetuus, qui sanctissimæ genitricis DEI sponsus esses, dignissimus fuisti: præterea nemo. O diuine Ioseph, cui sanctissima & integerrima Virgo Virgini fuit commendata. O Ioseph cælestis topiarie, cui horti concluſi tradita est custodia. Nec verò dubitandum est, quin diuina Virgo vel ex Angelo, vel diuinitus, vt eximia prophetissa, quæ à DEO instruebatur, cognouerit, fore, vt spõsus itidem suus puritatem integre seruaret. Idq; apparet ex eo, quòd, vt suprà diximus, cælestis hæc vox ad eius aureis acceſſit: FILIVM MEVM PARIES. Etenim vbi de desponsatione agi cognouisset, acriter & apertè repugnasset, quippe quæ virginita-

D. Thomas part. 3. quæst. 28. c. 4.

tis

tis perpetuò colendæ inuiolabile votum acriter animo priùs susceperat, nisi certa & persuasa foret, sponsum etiam suum perpetuam virginitatem, sicut se ipsam, constanter seruaturum. Adeò castitatis colendæ Virginis erat firmum & stabile propositum, vt multum quidem per omnem modũ superauerit omnium martyrum &, quæ pro retinenda pudicicia se acriter morti obtulerunt, Virginum constantiam & fortitudinem. MARIA Virgo prima omnium æterno DEO, viuo, ac vero, virginitatem inuiolabili voto consecrauit. Quam viam antea ignotam vestigiis suis sanctissimis tritam posteris reliquit. Ipsa Virgo virginum præclara, omnibus virginitatis ornamentis cumulatiùs exculta, ad suam suique filii gloriam, pulcherrimum atq; splendidissimum virginum in terris delectum habuit, tanquam dux diuina: vt in virginitatis castris strenuè militantes, & legitimè certantes, atque de hoste infestiore, hoc est de carne, triumphantes, illustribus coronis donentur, & immortalitatis munere in cælo lætentur; vbi sequuntur agnum, quocumq; ierit, eius laudes ad dulces cantus persequentes. Nullius certè vestigiis pressa erat virginitatis via ante Virginem matrem. Atque ita fit, vt Virgo virginum verè appelletur. Quam cognominis laudem ipsa sola meruit. Accepit igitur, vt ad institutum reuertamur, sibi sponsum, vel potiùs custodem ac fidum comitem, beatum Ioseph-

D. Aug. lib. de sanct. virgin. cap. 6.

sephum purum perpetuò animum retinens, nihilque remittens de proposito sempiternæ virginitatis voto. Atqui illud, posteaquam desponsa est, *a* expresse deinde ante Gabrielis aduentum certis verbis confirmauit, votoq; Ioseph annuit: vt mutuo cõsensu perpetuæ virginitatis cura in animo fixa esset, & ea puritatis virtus altissimis radicibus actis nunquam conuelleretur. Magno quidẽ adiumẽto futura erat Virgini, in primis ad puerũ IESVM alendũ, ad Ægyptiacam peregrinationem, ad molestias quibus mortalis conditio proposita est, (tametsi in illis sancti viri diuinitus interdum recreantur) ad molestias, inquam, leuandas, Iosephi societas & opera. Sponsalibus cõtractis, Nazarethum in paternas ædes concessit sanctissima Virgo. Sibi mortui erant parẽtes, dum esset in tẽplo, eorũq; ad ipsam bona lege redierunt. Hæreditatem haud tenuem crediderim & angustam, sed amplam & opimam. Lauretanus enim thalamus ille, in quo habitauit tũ MARIA, magnificam fuisse paternam ac Nazarenam eius domum, facile declarat. Quæ res summum parentis splendorẽ & dignitatem apertissime demonstrat. Illic sponte paupertatẽ sacratissima sponsa colens, bonis omnibus liberalissimè in alendos pauperes erogatis, sanctissimè sub virginis Iosephi custodia vitam agebat: arctiusq; indies inuiolabile perpetuæ virginitatis votũ cõplectebatur. Omnes virgines nobilissimæ Virginis

a Diuus Thomas part. 3. quæst. 28 art. 4.

clariss-

clariſſimas virtutes admirãtes, ſanctiſſimamque & honeſtiſſimam vitam intuentes, ſuauiſſimos mores excellentemq; puritatis imaginem expreſſam videntes, vehementer ad eius imitationem excitabantur. Nec mirum: ipſa enim miſericordiam de cælo in terram deuocauit.

De annunciatione Virginis, & incarnatione filij Dei.

CAPVT IX.

CONſtituens ſempiternus cæli Rex per Virginem, malis omnibus, quæ humani generis parẽtum peccatum importauerat, depulſis, terrarum orbem copioſis miſericordię imbribus reſpergere, vel potiùs perfundere, volenſq; clementiſſimus DEVS nexus noſtros diſſoluere, & hoſtẽ noſtrum ſempiternis vinculis diſtringere, volẽs, inquã, miſericors DEVS perficere hoc opus tã admirãdũ, tã excelſum & amplũ, ſua infinita poteſtate, ſapiẽtia, iuſtitia, ac bonitate tam dignum, per Angelũ MARIÆ ſalutẽ miſit. *a* Eadẽ tum erat in Lauretano thalamo illo, vbi nata eſt, & quẽ incoluit, orationi contẽplationiq; vehemẽter intenta. Qui locus illuſtri miraculo cõprobãte, Nazaretho, vrbe Galilææ in Illiricũ, hinc deinde in agrũ Picenũ trãſlatus eſt. Quò CHRISTI fideles pietate Virginis & religione incenſi, ex omnibus orbis terrarũ partibus, illius opem implorãdi cauſa, adeunt peregrini. Quos ea,

a Ædes Lauretana.

ad quã eximia in Matrẽ misericordiæ pietas vocat, non fallit. Tanta est illius loci sanctitas, tanta hominum multitudine ob illius religionẽ celebratur, vt sit admirandus. Vberrime ac copiosissimè illuc descendit purissimæ Virginis clementia in eos, qui ibi in rebus turbidis & afflictis vota cæli Reginæ nuncupata piè casteq; reddunt. Cuius imago, ficta egregiè à beato Luca & eximiè picta, summa illuc confluentium religione colitur. Innumeræ tabulæ sacris illis parietibus affixæ, quã multi votis huius vitæ tempestatem effugerint, saluiq; in portum appulerint, satis apertè declarant. Ædes sacrata, DEI æterni Angelorumque præsentia sæpe honestata, ac diuturna sacræ Reginæ habitatione illustrata. Domus sanctissima, quæ illum, quem nec orbis terrarum nec cælorum amplitudo capere potest, tuo ambitu continuisti. O monumentum diuinæ clementiæ clarissimum! Omnes, qui difficultatibus affecti, & in magnis periculis constituti, Lauretanam ædem se adituros vouent, statim, dulcis Virgo, tuam opem sibi sentiunt adesse, mox illis, vt mortalium præsidium, te clementem præbes. Profectò cælesti gaudio perfundi videntur, quicunque illic sacris operati vota reddunt promissa. Domus sacrata, quantum tui desiderium relinquis omnibus, qui te semel viserint. Multi sanè magno illuc redeundi desiderio tenentur. Neque illis sanctum iter passibus conficere

satis

satis est, sed cursibus isthuc aduolare cupiunt. Tanta est illius videndi cupiditas. a Illuc igitur missus est ab omnium bonorum largitore Gabriël Archangelus, qui nunciaret MARIÆ desponsatæ Ioseph, ex illa, tanquam ex aurora rutila & splendida, iustitię Solem oriturum esse, vt mortaleis in tenebris iacentes in lucem & libertatem vindicaret. b Igitur dum absente Ioseph, cogitatione ad cælum erecta, illa verba animo volueret: *Ecce virgo concipiet*: Gabriel, specie humana capta & imagine, legationeque susceptа, illam adit. Cui nuncium apportat iucundissimum, & cunctis mortalibus optatissimum. Aperit igitur & patefacit Virgini mysterium omnium, quæ antè fuerunt, & pòst erunt, admirabilissimum. Quod arcanum? DEI submissionem, Adæ filiorum recuperādi occultum modum, diuinæ voluntatis ac prouidentiæ opertum ante orbem conditum cōsilium. Deuolat igitur Gabriel ex alto cælo ad Dei in terris thalamum, quem sine vllo strepitu ingressus, virginalis partus, secretū nunquam visum nec auditum, MARIÆ enunciat. Sed cogitemus æternum DEVM cum cælesti legato, antequam cum legatione ad Dominam nostram mitteretur, hunc sermonem habentem: Adesdum Gabriel, elegi te ministrum altissimi aperiendi mysterii. Cupio iam in terras descendere, vt quæram Adamū errantem ac perditum. Quem ego condidi

a *Luc. 1.*

b *Diuus Chrysost. in annunciat. Virg.*

ad meam imaginem & similitudinem hominem, hunc peccatum perdidit ac profligauit: peccatum, inquam, opus manuum mearum corrupit, eiusq; à me formatam pulchritudinē deformauit. Lupus meam paradiso exulem deuorat creaturam. Miseret me miseri errantis hominis: eoq; malo, vt qui hominem depressit inuidia, perpetuis vinculis adstringatur. Placet igitur, vt hoc consilium cæteris ministris ac seruis meis sit occultum, tibi autē vni notum ac manifestum. Abi ergo ad MARIAM virginem, abi ad animatam ciuitatem: de qua multa sibi & admiranda dicta esse te-
a Psa.86 statur his verbis Propheta: *a Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas* DEI. Abi ergò ad meum rationis compotem paradisum, abi ad portam orientalem, abi ad filii mei dignum habitaculum, abi ad alterum, quod mihi est in terris, vbi habitem, locum; abi ad illam nubem leuem, splendidam, & candidam, meamque illi nuntia præsentiam: abi ad sanctuarium, quod mihi est paratum; abi ad thalamum meæ, humanitatis diuinæ: abi ad purum meæ, vt homo sum, natiuitatis cubile: loquere ad aurem arcæ meæ ratione præditæ, aperiat mihi fores auditus, vt ad eam concedam. Caue, Virginis animum turbes. Ingredere vrbanè ac modestè templum illud diuinum, atque prima illi vox iucunda sit & grata. Primùm igitur sic eam, vt afflictæ miserear Euæ, appellans, saluta; *Aue gratia plena.*

plena. Tum Angelus tanti mysterij admiratione obstupefactus, discedit sempiterni DEI imperata facturus, atque his apertè salutat Virginem verbis; *aue gratia plena*. Atque vt malus Angelus missus est à Satana ad Euam, vt mortiferum in eam infunderet venenum, quod in omneis serperet & latiùs manaret mortales: contrà bonus Angelus ad MARIAM miseris mortalibus salutare detulit remedium. Dixit, inquam, Angelus virili habitu ingressus MARIÆ Virgini desponsatæ Ioseph: *a Aue gratia plena, Dominus tecum*. Hæc cùm audisset, eius oratione commota est, quæ cum viris minimè consueuisset loqui, & quid hæc sibi vellet salutatio, prudentissima Virgo considerabat. Cui cælestis nuncius, depone, inquit, timorem, ac bono esto animo. Nam DEI sum Angelus, certa igitur sis ac persuasa, te summo DEO gratam & iucundam esse. Nuncium tibi porro lætissimum, & toti hominum generi felicissimum; quod per te est humanũ genus à Domino in pristinum dignitatis gradum restituendum. AVE MARIA; & lætare multum, quia tu es illa mulier, à qua manant bona omnia, depulsis malis omnibus per Euam à perenni hoste mortalibus inustis. Ne igitur erubescas, ne pudeat, mulieri humanæ damnationis causam ascribi: quia tu eris iudicis ac mundi Redemptoris Mater dignissima. AVE igitur

a *Angelica salutatio.*

gratia plena, quæ mundi paries liberatorem. *Aue gratia plena*, vitæ, quæ mortem destruet, genitrix felicissima. Aue templum Dei viuum, Aue cæli & terræ domus amplissima. Aue illius, quem nec cælorum nec terræ ambitus capere potest, naturæ diuinæ habitatio latissima; quæ in te purissimo ac sui dignissimo voluit contineri habitaculo. Hæc vis subiecta est Angelicæ salutationi: qua nos etiam quotidie sacram Virginem salutamus, dicentes cum Angelo Gabriele: *Aue gratia plena, Dominus tecum*. Quæ certè salutatio Virgini sacratæ gratissima cadit. Quam quoties supplices recitamus, toties Virgini, quòd Dei sit mater, gratulamur. Quotiescumque hanc audit salutationem, illius, quo perfusa est, immensi ac ineffabilis gaudij ex cælesti legatione percepti meminit illa. Quam salutationem libentissimè audit, & nos pro ea, diuinæ gratiæ (quæ tota in MARIAM, tanquam in mare immensum, se infudit, de cuius plenitudine omnes, vt cuiusque captus est, haurimus) liberalissimè participes facit. MARIA, inquam, nobilis & generosa è cælo, vbi sempiterno æuo cum filio regnat, nobis gratiæ, qua plena est, munera communicat. Memoriæ proditum est, diuinam Virginem, dum ante suam imaginem vir quidam piè sanctèque prouolutus oraret, sertum ex rosis, quas ex

ore

ore deprecantis colligebat, rosam vnam purpuream in decem candidas inserendo, confeciſſe, & pertextum illius hominis capiti impoſuiſſe. Quo facto inuiolata DEI parens demonſtrauit, gratam ſibi fuiſſe illius deprecationem, & ſancti Roſarii obſequium iucundum accidiſſe. Hinc facilè apparet, quàm grata MARIÆ contingit crebra hæc ſalutatio à puris caſtiſque animis profecta. Quod ſanctum officium, quam piam & religioſam operam illam præ oculis ferre, & libentiſſimè amplecti, facilè declarat Roſarium, quod iteratis frequenter ſalutationibus conſtat, à diuina Virgine diuo Dominico Patriarchæ ampliſſimo, Dominicani Ordinis autori, & DEI Matris ſtudioſiſſimo donatum, vt fideles, à quibus peccatorum immanitate auerſus erat DEVS, ad inſtitutionem & diſciplinam Pſalterii, quo præcipua ſalutis noſtræ myſteria continentur, erudiret: quo diuinarum rerum, quibus æterna ſalus comparatur, cogitationem haurirent, illarumque tantùm cupiditate ducerentur, atque DEI potiſsimùm amore incenderentur. Omnes igitur, qui huius ſancti officii colendi, diuinæ ſcilicet Virginis Roſarium, cuius ea inuentrix fuit, piè recitandi, conſuetudinem ceperunt, mirificos ac ſalutareis fructus ſunt conſequuti. Multa quidem admiranda fecit DEVS Opt. Max. per hanc ſalutarem exer-

citationem, quibus hoc pium sanctumque officium DEO eiusque genitrici gratissimum esse comprobatur. Nec verò dubitandum est, quin illos, qui hanc piam & religiosam operam DEI matri præstant, foueat, & in suam ea fidem & clientelam recipiat. Nam Mater est misericordiæ, & qui sui memoriam sanctissimè colunt, matris clementissimæ in illos officio fungetur. *a* O sanctissime Dominicane ordo, ô illustrissima familia, ô lumen & ornamentum Ecclesiæ Catholicæ, quàm seriò exultare potes, ac triumphare tali patrona, quæ tibi detulit sancti Rosarii potissimùm opes, vt eas CHRISTI fidelibus communicares, quibus ornati ad sanitatem redirent, & se totos ad præpotentis DEI nutum & voluntatem applicarent. O sacer ordo DEI Matri gratissime, O sacra familia, quæ iam tum, cùm cælestibus auspiciis fundata es, tot filios DEO paris sancti Rosarii prædicatione. Omneis summis te laudibus in cælum efferant ob tuam excellentem doctrinam, & eruditionem, optimamq; vitæ disciplinam, qua vniuersam Ecclesiam Catholicam illustras & ornas. Qui benedixerit tibi, fausta omnia feliciaq; illi cõtingant, & DEI (quod rem continet) præsens numen sentiat. Cæterùm qui te laudet, non adulator, sed qui non laudet, non in manibus habeat, non foueat, & quibuscumq; rebus poterit, non augeat, inuidus & malenolus est existimandus.

a Dominicanus ordo laudatus.

mandus: Quis igitur reperiri poterit, modò sanus sit in fide, qui Dominicanam familiam, quam Deipara Virgo singulari patrocinio suo tuetur & fouet, non amet? non amplectatur? vt interim omittam alios Ecclesiasticos ordines, qui DEO Opt. Max. eiusq; sanctissimæ Matri in sanctitate & iustitia quotidie cultum adhibent. Quorum præsidio contra hostes visibiles & inuisibiles, præside amico DEO, circumuallatur Ecclesia. Sed redeamus ad salutationem Angelicam. Appellat igitur diuinam Virginem præter omneis mulieres benedictam Gabriel cælestis nuntius. Verè quidem, sanctissime Angele, super omneis mulieres benedictã MARIAM appellasti, quæ mater DEI, tuis dictis credens, fieri meruit. Verè benedicta præter cunctas feminas, quia hæ ancillæ, illa verò sola Regina. Quæ sola tanto filio digna mater non solùm hominibus, verùm beatissimis etiam spiritibus ab omni mortali concretione liberis amplitudine dignitatis excellit: adeò vt supra illam nihil sit nisi DEVS, & omnia sint infra illam præter DEVM. Te sancte Archangele appello, qui dignus fuisti, qui omnium maximum mysterium, de cælo delapsus, Virgini nunciares. Tibi se præpotentis DEI amicum numen insinuauit, ab ipso, nullo medio cælite, quæ MARIÆ Virgini dares, accepisti mandata. Tu prior cæli Reginam salutas, tu diuini consilii, quod humanam continebat

salutem, illam participem facis: tu ab ipso DEO in cælis institutus, verbi DEI incarnationis opus Virgini annuncias in terris. Quòd autem ad Virginem venis, quòd illi admiranda narras, quòd insolita refers, ea certè missus à Deo facis, omnia incarnando verbo obediens præstas. Quòd igitur ad Virginem venis, quòd Virginem salutas, quòd Virgini DEI filium ex illa nasciturum annuncias, DEO humanam naturam assumpturo pares: generando ex virgine seruis, filio ancillæ in serui forma nascituro famularis. Nam iste DEVS humana carne induendus factor tuus est, iste homo simul, & DEVS creator tuus est. Te princeps glorioſissime Gabriel Archangele, æterni Dei maiestas, huius tanti, tam stupendi, tam admirandi mysterii nuncium potissimùm esse voluit. Talis legatio te tantum principem decebat. Quare in perpetua hominum memoria versaberis, nec vlla vnquam ætas de tuis laudibus conticesset. Ex eo igitur, quòd te præcipuè huius tanti arcani significationem Dominæ ac Reginæ tuæ facere voluit, facilè apparet, te plurimum apud Deum gratia valere. Per hoc tantum mysterium, diuina clementia, humanæ salutis recuperandæ aditum inuenit, cùm tuis dictis assentiens, Virgo diuina paternæ gloriæ splendorem castissimo vtero suo concepit. Tu, inquam, cælestis Princeps, incarnati verbi mysterii minister fuisti:

ex

ex qua legatione tua dignitas efflorescit, & summi Dei in te amoris vis & magnitudo eluceſcit. Eſt igitur, quòd de hoc diuino opere, quo DEI gloria tantopere illuſtratur, & humana ſalus continetur, & tibi & nobis gratuleris: tibi, quia partis tuæ ruinæ ſunt refectæ; nobis, quia in veſtram ſumus ſortem vocati. Quid, quòd vobis, à quibus antea noſtra culpa auerſi eramus, cùm DEO ſumus reconciliati, arctiſſimo amoris vinculo ſumus etiam coniuncti? a *Nam Chriſtus Dominus homo factus homines cum Angelis coniunctiſſimos reddidit*. Quod certè mirum non eſt. Nam qui DEO eſt reconciliatus, & caſtiſſimo amore copulatus, qui mirum eſſe poterit, eundem charum eſſe Angelis conſeruis ſuis? Iam ergo homini cum Angelo cælum eſt commune, poſtea quàm Deus humanam aſſumpſit naturam. Iam illius ſanguine, quem altiſſimæ mentes in cælis adorant, expiati ac redempti ſumus, & illa, qua cælites fruuntur, gloria dignati. Vtriuſque ergo & Angeli & hominis eſt ſors in Deo feliciſſima: Angelica, quia nunquam à ſuo ſtatu, in quo illam Deus confirmauit, defecit, ſed ſemper cum DEO fuit: humana, quia poſt caſum ſuum in priſtinum ſtatum eſt in aſſumptione corporis Dei ſui reſtituta. Atque ita tam mortales quàm cælites ſumus iam cæleſtis Hieruſalem ciues. Sunt ergo beati in cælo homines Angelorum ſimiles, conſortes atq;

a Luca 20. & Marc. 12. & Mat. 22.

æqua-

æquales. Quanta fuit Dei in nos amoris vis & magnitudo, cùm vermes, humiles, & abiectos, pares Angelis in gloria nos esse voluit? Omnes igitur ad cælestem gloriam à Deo electi mortales erunt Angelis non ætate, non conditione corporis, sed gloria & honore pares. Sed ad historiam redeamus. Persuasa igitur Maria, accerta, nuncium à Deo missum esse, metuq;, quem sibi incusserat tam insolita salutatio, soluta ac libera, proponit ei Angelus legationem, dicens: *b Ecce. Concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius* Iesvm. Hìc Maria, *quomodo fiet*, inquit, *istud, quoniam certum est mihi ac propositum virum non cognoscere?* Nam & sempiterno Deo inuiolabili voto virginitatem meam consecraui. *a* Cui Angelus; Spiritvs Sanctvs, respondet, *Superueniet in te*. Quod perinde est, ac si diceret, tibi fixum est ac certum virum nescire, Virgo sacrata, & votum præterea, quo minùs cognoscas, intercedit: sed noli timere, quia salua tua virginali pudicicia, quam Deo vouisti & consecrasti, mater efficieris, vt benedicta supra omnes mulieres dicaris. Sciebat diuina Virgo, Hebræis literis (in quarum lectione & meditatione assidua & frequens erat) egregiè erudita, Christvm Iesvm Hebræis in lege promissum ex virgine nasciturum. Sed cùm nihil illa esset humilius, nunquam ei venit in mentem cogitare, tantum

b Luc. 1

a Luc. 1

tum sibi ac tam singularem reseruatum esse honorem, Imò se indignam iudicabat, quæ vel ancillis tantæ virginis seruitutis officia præstaret. Quare Angelus statim ei occurrit, & illam vt Reginam & DEI genitricem mox futuram quàm humanissimè appellat, & eo genere orationis, quo nihil comius, nihil liberalius esse potest, salutat, metumq; omnem deponat, hortatur; simulque ostendit, se illam esse diuinitus electam Virginem, quàm multi sanctissimi Vates, Patriarchæ, multa signa præmonstrarunt. a Quamobrem non est, inquit Angelus MARIÆ, cur tua virginalis pudicicia te solicitet, quia salua illa, & integra, filium Dei sine virili consortio, sola SPIRITVS SANCTI opera, & altissimi virtute atque obumbratione, concipies. Hic tantus honos, hæc tam immensa (quam nulla creatæ rei merita capere possunt) dignitas tibi diuina Virgo, quæ diuinis oculis gratissima cecidisti, singulari Dei beneficio continget. Tu Dei Mater efficieris, & eris semper mater intacta. Hæc & his similia dicebat Angelus beatissimæ MARIÆ. Scias igitur, mysterium hoc, generationem hanc non humana opera, sed SPIRITVS SANCTI virtute, salua virginali pudicicia, in te peractam iri. Tota simul Trinitas generationis auctor erit, sed sola persona filii carnem ex te assumet. Gaude igitur Virgo præclarissima, Domina nostra, quia paritura es Regem, a Luc. 1

Regem, qui clauſtrum virginitatis tuę non violabit, non minuet, ſed potiùs conſecrabit, vt benedicta dicaris inter omneis mulieres. Gaude ergo & lætare Regina cæli, Domina noſtra, quia eris ſemper mater intacta, & virgo in æternum permanebis. Vnde & nos Angeli & omnes cæleſtis curiæ ſpiritus, qui filii tui conditoris noſtri gloriæ miniſtrantes ſemper aſsiſtimus, & homines, qui per tę in pacem, libertatem, & in priſtinum dignitatis ſplendorem reſtituentur, tuam perpetuam virginitatem materna dignitate decoratam atque conſecratam perpetuis laudibus celebrabimus. Omnes generationes beatam te prædicabunt. De tuis ampliſsimis atque diuinis laudibus nulla vnquam ætas conticeſcet, ſed omni ſæculorum memoria vigebunt, & illas æternitas ipſa metietur. a *Ideoq́, quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius* DEI. *Et ecce Eliſabetha cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua: & hic menſis ſextus eſt illi, quæ vocatur ſterilis.* b Nihil enim eſt, quod apud Deum non poſsit fieri: qui naturæ artifex, naturæ leges & ordinem immutare poteſt, vt voluerit. Hanc tantæ generationis gloriam & charitatem Angelum nunciare oportebat. Tantæ rei oraculis dignum erat, vt Angelus inſeruiret. Tanti miraculi arcanum Angeli ore promẽdum erat. Decebat igitur, vt Dei humilitatem Angelica celſitudo declararet. Conueniebat, vt

a *Luc. 1.*

b *Damaſc. de dormit. Virginis.*

vt Dominum obumbrata maiestatis suæ gloria in forma serui nasciturum Angelica ediceret sublimitas. Æquissimum quidem erat, vt nouo ordine, noua natiuitate ex virginali vtero egressurum Dominum Princeps aliquis Angelus indicaret, & præpetibus alis tantæ rei nuncius anteiret. Conueniebat, vt rem in pauca conferam, sacratam Virginem Angeli verbis tanti mysterii fidem doceri, vt crederet, & ardenti diuinæ bonitatis ardore flagraret, atque hoc tantum miraculum in se fieri ad humani generis salutem vehementer cuperet. Quæ priùs mẽte DEVM, quàm CHRISTVM corpore concepit. *a* Atq; hinc est, quòd dixit Elizabetha: *Beata tu, quæ credidisti: quia perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino.* Nunquã enim Dei mater fieri meruisset, nisi Angelo credidisset. *Felicior fuit*, autore Diuo Augustino, *fide* CHRISTI, *quàm* CHRISTI *carnis cõceptione.* *b* Quid opus erat, iam Elizabetham sterilem cõcepisse, Virgini significare? Nunquid eò spectabat, vt Angelus ei persuaderet mysterium à se enunciatum tanquã dubiæ & incredulæ, & vt hoc miraculo paulo antè patrato certam illam redderet, fore vt in ea Virgine, quæ dixit, perficerentur? Absit: nõ eò certè pertinuit; sed vt nuncians cognatam suam sterilem concepisse, & miraculo miraculum addens, gaudium gaudio plenius esset & cumulatius. Magno gaudio Virginem præuẽtam esse oportebat, dilectissimũ Patris

a *Luc. 1*

b *Bernard. Homil. 4. super Missus est.*

filium

filium SPIRITVS SANCTI gaudio plenã quàm mox concepturã. Tantum gaudii & lætitiæ cumulũ nulla res creata capere poterat præter illũd Virginis cor religiosissimum, Dei vas capacissimum. *c* Audisti, Virgo sanctissima, opus in te perficiendum, & modum, quo fiet, vtrumq; lętissimum ac iucundissimũ. Quamobrem gaude & exulta satis filia Hierusalem, cùm autem aures tuæ lætatæ sint, restat, vt nos etiam responsum à te feramus lætitiæ, & iucunditatis peroptatæ, vt ossa exultẽt humiliata. Audisti te concepturam, & parituram filium, & audisti, hoc non fore viri opera, sed SPIRITVS SANCTI virtute, superest, vt Angelo respondeas; id enim à te expectat. Tempus enim est, vt ad Deum, à quo missus est, reuertatur. Expectamus, Domina nostra, nos etiam, quos tristis damnationis sententia premit, misericordiæ verbum. Attende Domina diligenter, tibi salutis nostræ pretium offerri: statim, si assensa fueris, salui erimus. Omnes in sempiterno verbo Dei creati sumus, & ecce morimur: restat igitur, vt in tuo breui responso reficiamur, & ad vitam reuocemur. Hoc à te, pia & clemens Virgo, flens petit Adamus: idem à te flagitant sancti Patres, qui etiam in regione habitant obscura & tenebrosa. Hoc idem à te expectat vniuersum genus humanum ad tuos pedes supplex prostratum: idq; meritò, siquidem ex tuo pẽdet ore solatium miserorum, redemptio captiuo-

c Bernard. ibidem

tiuorum, salus deniq; omnium, Adæ filiorum, atque tui generis vniuersi. Da, quæso, gloriosa Virgo, responsum, responde Domina verbum, quod cælum, terra, atque inferi præstolantur. Sed & ipse Rex quantum tuam amauit pulchritudinem, tantum tuum desiderat responsum: in quo vniuersi generis humani cõstitui voluit salutem. Gratum summo DEO contigit tuum silentium: gratus etiam erit, & multo gratior, modò tuus illi sermo; qui de cælo tibi clamat, dicens: O pulcherrima mulierum, loquere iam, & fac, vt tua suauis ac dulcis vox ad meas perueniat aureis. Quod si feceris, Domina, vt tuam Dominus audiat vocem, ipse faciet, vt tu etiam vicissim nostram videas salutem. Quid? an non hoc quærebas? non ne id noctes dieſque suspirabas? Tu ne es illa, cui tantum boni promissum est, an aliam expectamus? Imò tu ipsa es, & non alia. Tu, inquam, es illa promissa, illa desiderata, illa expectata; à qua pater tuus Iacob morti proximus vitam expectabat æternam, cùm dicebat; *Præstolabor salutare tuum Domine.* Tu, inquam, es illa, in qua & per quam ipse Rex ac Dominus noster ante sæculi constitutionem in medio terræ salutem operari cõstituit. Cur igitur exspectas, Domina mundi, quod tibi offertur? cur per aliam speras, quod statim per te præstabitur, modò assentiare? Respõdet igitur statim Angelo, vel Domino potiùs per Angelũ. Respõde, sãctissima Virgo,

verbum, quo concipias verbū: pronuncia tuū verbum, & concipe diuinū: effer verbū transitorium, & amplectere sempiternū. Cur moraris? quid hæsitas? quid times? crede, confitere, & cōcipe. Sumat iam audaciam humilitas, fiduciā virginalis pudor. Nullo modo virginalem simplicitatem prudētię decet obliuiſci. Hoc vnum est, quod prudentē Virginē securā à presumptione ac liberā reddit. Nā etsi grata est, quam taciturnitas cōmendat, verecundia; tamē modo magis est loquēdo pietas necessaria. Aperi iā beata Virgo cor fidei, labia confessioni, viscera creatori. Perpende, quęso Domina, foris pulsare ostium cunctis gētibus desideratum. Surge, festina, aperi. Surge fide, festina pietate, aperi confessione. Assentitur ergo Virgo diuina, & modestē terram intuēs, parumq; & Angelicum os terræ admouens, hunc cum Gabriele sermonem habuit: a *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuū.* Quę simul atq;, Dei in se beneficiū agnoscēs, protulit verba, illo temporis articulo diuinā humanāq; castis viscеribus suis concepit prolem. b Quæ prudentissima ac cōsideratissima verba sacramenti vim habuerunt profectò! Quia vt ore virgineo prolata sunt, statim pura eius in aluo *Verbum caro factum est*: eodem temporis puncto, ex purissimo perpetuę Virginis sāguine in sacrō eius vtero, Christi corpus formatū est, atq; anima rationis cōpos ei coniuncta; ipsa etiā diuinitas cū corpore & anima

a *Assensus Mariæ.*

b *Damasc. orthodoxæ fid. lib. 3 ca. 2.*

nima copulata est. Ex quo fit, vt eodē tēporis articulo perfectus Deus & perfect⁹ homo esset Iesus Christus, & Virgo sanctissima vere & propriè mater Dei & hominis diceretur, ꝙ eodē momēto Deū & hominē concepisset. O diuina & admiranda verba; quæ rē tā admirabilē effecerūt; id est, quæ Deū humanā naturā inducrūt, & humano generi salutē attulerunt. *c* Hic dies humanæ salutis initiū IIX Calen. Aprilis felicissimus illuxit. Quo die Deus creauit Adā, eodē ipse Iesus Dei filius in pura Virginis aluo conceptus est: & ab vno MARIÆ verbo bona omnia vbertim profecta sunt. *d* O salutarem & nunquam satis dignè laudatam legationem: quę extinguendi belli, quę pacis ac salutis nobis dandæ felix faustumq; initiū attulit. *a* Mortalibus pænam Eua, saluté MARIA peperit. Per Euam nascimur filii iræ, per MARIAM renascimur filii gratiæ. Eua serpenti consentiendo nobis obfuit, cùm se ac suam posteritatem perpetua morte damnauit: MARIA Archangeli dictis credendo, nobis profuit, & ab æterna morte, cui nos peccatum addixerat, ad vitam reuocauit. Eua vetitæ arboris fructu gustato, mortem & maledictum in genus humanum inuexit, MARIA Saluatorem IESVM benedictum fructum ventris sui nobis genuit, per quem spiritum gratiæ & cælestis gloriæ bona accepimus. *a* Euæ dictum est, *cum dolore paries filios*: MARIA hac lege soluta est, vt

Orosius lib. 7. hi storiarū cap. 7.

c Christi conceptio.

d Irenæus li. 3 cap. 33. Bernard. hom. 2. super Missus est.

a Gen. 3. Eccl. 25.

a Gen. cap. 3.

quæ salua virginalis pudicitiæ integritate, sine vllo doloris sensu, vt antea dictum est, IESVM filium DEI peperit. Per Euam deniq; ne multis morer, innumeris malis expositi sumus, per MARIAM autem bonis omnibus cumulati sumus. *a* Cùm autem nihil hoc incarnationis filii Dei opere admirabilius fieri posset: oportebat illud multis antè sæculis, variis figuris & oraculis Prophetarum, præmonstrari. Quare multa ad huius admirabilis mysterii veritatem comprobandam, quæ sacris litteris continentur, sancti doctores pertinere intellexerunt: præcipuè verò portam illam Sanctuarii, quam Ezechiel clausam vidit: item lapidem de monte sine manibus abscissum, vt est apud Danielem, qui factus est magnus mõs, & impleuit vniuersam terram. Deinde Aaron virgam, quæ vna inter virgas Principum Israëlis germinauit, & rubum, quẽ viderat Moyses incombustum ardere? *b* Danda autem est opera fidelibus, vt hoc admirabile & singulare incarnationis filii Dei opus pio & religioso cultu venerentur, & gratissimis animis, ne tanto beneficio se indignos ipsi reddant, quoad eius fieri poterit, prosequantur. *c* Nam cùm Deus, cuius numine omnia supera, infera continentur, adeò se demittat, vt cum hominibus gloriam suam communicet, & illorum causa tam aspera ac perpessu difficilia tam libenter subeat, quisnam tam durus & ingratus reperiri poterit, quis

a *Figuræ & Prophetia conceptionis & natiuitatis Iesu Christi. Exo. 44. Dan. 2. Num 17. Exo. 3.*

b *Incarnationis filii Dei mysterium quanto pietatis studio recolẽdum.*

c *Humilitatis documẽtum incarnatione. Mat. 20*

tam

tam amens & stupidus erit, qui hoc tantum humilitatis exemplum sibi ad imitandū ante mentis oculos non cōstituat? Nec verò quidquam reperiri poterit, quod magis valeat ad animorum superbiam & elationem comprimendam, quàm assiduè in huius tantæ tamque stupendæ humilitatis meditatione versari. Nam cùm se nostra causa Deus adeò demittat, vt homo fiat, quo suæ gloriæ nos participes reddat, quid nos, vt Deo obsequamur, facere oportet? Profectò omnis nostra opera, cura, cogitatio in eo figi debet, vt Deo, tam eximiæ ac præstantis in humanum genus liberalitatis autori, continenter gratias agamus, & omnia Christianæ pietatis officia libenter colamus, amemus, & amplectamur.

a Quāto gaudio cælestem nuncium cumulatum esse, censendum est, rem, cuius causa missus erat, tam magnam & amplam perpēdentem, & Virginis, ad quam cum legatione venerat, splendorem & celsitudinem considerantem? Adde quòd vehementer eiusdem Virginis fidem miratus est: siquidem tam cōstanter credidit, quæ sibi à Deo per Angelum dicta sunt, tam admiranda, & humanam intelligentiam longè superantia, nec vnquam in sæculo audita nec visa. Magna profectò fuit eius fides, & eo maior, quo humanæ mētis intelligentiæ difficiliùs videbatur fieri posse, quod illi ab Angelo dictum fuit. In qua fide vera Abrahæ agnoscitur filia: qui quoniā

a *Angeli lætitia.*

certò, nihil hæsitans, credidit Deo, longâ posteritatem promittenti, *a* iustus est, propter hanc fidem, apud Deũ habitus. Abrahæ Deus promisit fore, vt ex eo centũm iam annos nato, & ex Sara sterili & nonagenaria vxore filius nasceretur: Virgini autem inquit Angelus, nasciturum ex ipsa filium Dei. Vtrumque promissum, vt humano iudicio fieri non posse putabatur, ita etiam incredibile videbatur. Sed longè quidem difficilius videbatur, Virginem, quàm sterilem & anum, parere, vnde apparet, MARIÆ fidem maiorem, quàm Abrahæ fuisse: ob eamq; causam Elisabetha beatam appellat Virginem, dicens, BEATA TV, QVÆ CREDIDISTI tam alta, tam excelsa, & sublimia, tam stupẽda: propter quam fidem omnia in te, quæ dicta sunt tibi, perficientur. *b* Satis profectò virginitatis seruãdæ voti constantiam cælestis nuncius mirari non poterat, audiẽs MARIAM sibi dicentem; *Quomodo fiet istud*; nam perpetuam Deo vouí virginitatem? *c* Cuius colendæ propositum adeò firmum mihi est & stabile, vt nullo modo ad suscipiendos liberos adduci possim, vt virum admittam. O inuicta Virginis fortitudo, quæ nulla ex parte labefactari potuit; vel tanto ab Angelo filio promisso. *d* Quod quidem ex eo liquet; nam & nulla Virgo desponsa & viro cõiungẽda miraretur quidẽ, si sibi diceretur, filiũ habebis: nec facti modũ quæreret & rationẽ: quæ nouit, se viro desponsam esse, vt ad

a *Rom. 4. Gal. 3. a. Iacob 2. 8.*

b *Mariæ constãtia.*

c *Canisius 361. 366. Virginis fortitudo.*

d *Bernardus.*

nuptias

nuptias perueniat: eadēq; sperāret, ex viro se communi via cōcepturam: At verò Virgo diuina iure meritoq; miratur, & quærit ex Angelo modum, quo ille conceptus sibi promissus perficiēdus esset. Quæ tametsi se desponsā videbat; tamen certò sibi persuadebat, se virū nullo modo cognituram. *e* O inuictū Virginis animi robur, quæ tā excelsa, tā ardua, & quæ vix alia mēs capere posset, cōstanti fide nihil dubitans percepit. *a* Se totam submisse Deo subjicit, confert ad eius voluntatē omnia, eius se mandatis statim obediēter præstat. Interim nuncius, per quem Virgini è cælo salus missa fuerat, pluriūm è terra, vbi Deus homo factus est, cælo salutē reportat. *a* Igitur Spiritus sanctus corporis Christi substantiā ex purissimo MARIÆ Virginis sanguine collegit; & *Verbū caro factum est*. Quin eodē momento sine vlla temporis successione Christi sanctissimā animam Deus creauit, sanctumq; in illud corpus eodem tēpore infudit, quæ omnium virtutū ornamētis exculta fuit, & perfectissima scientia ornata. *b* Totū prorsus corpus ex MARIÆ sanguine sumpsit Christus; & sanguinem, quē obtulit, totū è matre purissima habuit, totusq; Deus ex Deo; & totus homo è Virgine est. Quæ vera est Dei, est hominis Mater, quia genuit Christū verum Deum & hominē. Quāta est MARIÆ puritas, quam sibi matrē elegit ipsa puritas? Maior certè inest in illa puritas, maior claritas & splēdor, quàm in illis altissimis

e Fortitudo Virginis.

a Diuus Aug. li. de sanct. Virginitate ca. 3. & 5.

a Conceptus Christi.

b D. Ambrosius. lib. de incarnat. Domini c. 7. Basilius magnus, Hom. de Christi humana genesi.

mis mentibus semper ante Deum fulgentibus.a Quid enim splendidius & in cælis & in terris esse potest illa, quam splendor elegit? Non Angeli, non Archãgeli, non Throni, nõ Dominationes, nõ Cherubin, non Seraphin, nec vlla res creata visibilis aut inuisibilis sanctitate, dignitate, amplitudine, & splendore est cum beata Virgine vlla ex parte comparãda. Pulchrior est sideribus, altior Angelis, lucidior sole, ampliór vniuersi orbis machina: quia quem cæli capere non poterant, illa suo virgineo & generoso v entre continuit. Vnde aptissimè nominatur MARIA; (quod est interpretatum multitudo aquarum) quę in se tanquam mare vastissimum & latissimum Deum optimum, maximum, quí nusquam contineri potest, vtero suo virgineo comprehendit. In quam omnis plenitudo gratiæ se infudit, quæ à MARIA, tanquam ab immenso mari, in fideles manat & fluit. Suscepit igitur & peperit, Spiritus sancti opera, Christum Dominum castis visceribus suis, ante partum, & in partu, & post partum Virgo perpetua manens. Quòd si vt qui sque Deo proximus est, ita maximè purus est, virginem certè Mariam præ omnibus cælitibus puram & splendidam esse hinc facilè apparet, quòd Deo omnium proxima sit atque coniunctissima. Iam si qui adhæret Deo, vnus sit cum illo spiritus, relinquitur planè, virginem Matrem, quæ præ illis altissimis mẽtibus adhæsit

a Diuus Chryso.

hæsit Deo, arctioti cum diuino numine vnitam esse amoris vinculo. Illam igitur, ex cuius purissimo sanguine Christi Iesu corpus sanctissimum formandum erat, omni solari radio puriorem atq; splendidiorem esse oportebat. Quia Deus lux est, & Matrem omni dignitatis splendore fulgentissimam habere decebat. Maius in ea pulchritudinis decus inest quàm in sideribus, quàm in sole, quàm in luna & cunctis cæli luminibus: quæ ipsius pulchritudinis & lucis autorem nobis de castis suis visceribus protulit. Quòd si Deus hāc vniuersitatis machinam ad vilum elegantissimā tanta pulchritudinis elegantia & splendore, vt hominis esset domicilium, ornauit, tanta rerū varietate distinxit, tam dissimilium rerū consentiente natura expoliuit; quanto maiore dignitatis ornatu & splendore, quanto admirabiliore virtutum concentu domum illam, quæ Dei futura erat habitaculum, excultam ac decoratam esse oportebat? Cùm mens ad Virginis puritatem cogitandam se conuertit, deficit, verba desunt, vox faucib⁹ hæret. Quòd si cælorum amplitudo, pulchritudo, eorumq; admirabiles, perpetui, & constantes motus nos in tantam sui rapiunt admirationē; quanto admirabilior nobis erit beata Virgo, in qua lōgè maius inest pulchritudinis decus & elegātia? Quæ quidē tanta est, vt diuinos oculos cōmoueat, atq; in se cōuertat. a *Cælum*, inquit Dauid, *cæli Domino: terram autem dedit* a *Psal.* 113.

filiis hominum. Quã sententiã licet ad diuinã Virginẽ trãsferre. Reliquas mulieres (excipio Virgines sacras, virginitatis propositum ad Virginis matris imitationem sequẽtes, quarũ sponsus Christus est) vt terrenas, terrenis hominibus socias dedit: at beatissimã MARIAM cælo longè pulchriorem, ornatioremẽ, & splendidiorem sibi Matrem dignissimam Christus Iesus nouus Adam cælestis homo sibi finxit, & ab æterno mente excogitauit. Cælum ergo innumeris stellis distinctum, id est MARIA Virgo innumeris virtutũ ornamentis exculta, immẽsis gratiæ opibus ornata, cunctis laudibus auro gẽmisq; longè fulgẽtioribus abũdans, sedes est æterni Dei, domus est sapiẽtiæ, habitaculum est filii Dei, qui æterni Patris æterna sapientia est. Quã Virginẽ summa ratione & cõsilio ędificauit sibi. Decreuerat Deus Pater verbum suum, quod sibi ab omni æternitate æqualẽ sapiẽtia, potestate, bonitate genuerat, cũ humana natura cõmunicare. Quod verbũ, cùm altius esset, quàm vt humi repentes suspicere possemus, voluit illud charte purissimæ, ne nostras præteruolaret mẽtes, mãdare. Quo enim aliqua cogitatio altior est ac præstantior, eo, nisi litteris mandetur, facilius labitur ac effluit ex animo. Videbat Deus altissimam sui cogitationẽ, hoc est filiũ suũ, quem semet in semet mẽte reflectens, sui instar genuit; videbat, inquã, illũ splẽdorẽ gloriæ, illã simplicissimam substãtiæ suæ figurã ab homi-

nium mẽtibus nec intelligi posse, nec cognosci, vt quæ ad eã minimè viribus suis peruenire poterãt. Voluit igitur verbũ suum, vt illud ad beatã vitã comparandã cognoscerent, nostræ naturæ particeps fieri. Solent doctissimi homines suas præclaras & excellentes animi cogitationes, cùm eas litteris mãdare proponũt, chartã puram, albam, & cãdida excipere. Quo autem præstãtior est animi inuolutus ille suus, eo melior etiam, cãdidior, atq; læuior solet parari charta. Statuerãt Princeps ille Deus verbũ suũ, hoc est, expressissimã sui imaginẽ, ne vnquã nobis ex animo effluereret, in candidissima, purissima, atq; læuissima charta scriptã & cõsignatã relinquere: hoc est, filiũ suum in purissimæ Virginis aluo humana carne indui, vt & illũ oculis cernerem⁹, manib⁹ tãgeremus, vocẽ eius diuinã auribus perciperemus, ore illũ tanquã panẽ viuũ sumeremus, vt semper ipsũ memoria sãctissimè ac religiosissimè coleremus, atq; eiusdẽ ardẽtissimo amore flagraremus. Papyrũ ergo, in qua tã altã ac diuina cogitatio (qua nihil est nec esse potest quidquã diuinuis nec altius) scribẽda erat, purissimã, cãdidissimã, nulla aspersa macula decebat esse: qualis fuit sãctissima Virgo. Papyrus certè alba, pura, nitida, læuis fuit sacrata MARIA: quę semper extitit ab omni sceleris, rã actione suscepti, quã origine cõtracti, cõtagione pura, casta, & integra.[a] Charta erat cãdida perpetuę virginitatis decus, quo ipsis etiã Angelis, qui nulla, ob altissimã naturã ab omni cõcretione mor-

[a] *Dei mater Angelis puriet.*

mortali liberam, corruptionis vulnera sentire possunt, longè multumq; præstabat. Virgo enim erat non solùm corpore, sed etiam mẽte. Cuius splendori nullus turbulentus motus, quo semper libera fuit, officere poterat: adeò vt vel ipsos cælites, qui carnis nullo modo vitia sentire possunt, longè pudore multumq; superet cæli Regina. Nam cùm Deus de vtero Virginis verbum suum carnem suscipere voluisset, quis non videt, illã, ex cuius purissimis sanguinibus Christi corpus Spiritus sancti virtute formandũ erat, purissimã fuisse? Nam etsi humani generis natura fuit primi parẽtis sceleris contagione fædata: tamẽ illa pars humanæ naturæ, scilicet diuina Virgo, semper pura ab omni peccato & libera fuit, casta ab omni sorde, integra, & incorrupta perpetuò manſit. *b* Atq; vt omnipotẽs Pater, qui lux est, se ipsum intuẽs atq; intelligens, parẽ & æqualem sibi filium genuit, integra fœcunditate sua manente: sic illum, qui lux est paternæ gloriæ splẽdidissima, voluit ex Virgine (quam in filii conceptu & partu sibi, quàm maximè potuit, similem fecit) humana carne indutum nasci, & in lucem edi, sine vlla materne virginitatis diminutione. Cuius virginitas fœcunda longè purior & nitidior mansit, quàm erat ante partum. Quia fœtus suus erat ipsa lux, ipse cãdor, ipse splendor paternę gloriæ, ipse castitatis fons, autor, & amator. Talẽ igitur decebat esse Dei matrem, sanctam, puram, castã, integram;

b Virgo æterno Patri similis.

gram, in qua Dei filius conquiesceret, qui matris præclaris meritis, votis, ac precibus pro nobis factis peccata nostra remitteret ac condonaret. Qui Matris infinitâ profectò dignitatẽ cum nostra salute cõiunxit. Deus igitur, cuius bonitatis opes sunt immensæ, potentiâ suam maximè in nostra salute declarauit. Id quod ex illis MARIÆ cantici verbis apertũ est atq; perspicuum: Fecit, inquit illa, potentiâ in brachio suo. Hoc enim incarnationis opus, in quo præpotentem virtutem suam fecit manifestam, ad nostrã salutẽ retulit. Id enim Deus sibi gloriosum ducit, quod nobis est maximè salutare. Notam quidẽ fecit maximè Deus potentiam suam in parcendo homini misero, & perpetuæ mortis supplicio adstricto: adeò vt nihil sibi sẽpiterni numinis maiestas ad laudẽ illustrius ducat, quàm quòd ex sacrata Virgine homo factus est, vt hominem perditum in pacem ac libertatem filiorum Dei vindicaret. Misericors Pater, cuius misericordia proclivior est, quàm imber, cùm pluit, benignitatis suæ opibus mortales, eos saluos incolumesq; in filio suo & per filium suum esse statuens, ornauit; & impium Satanam perpetuis vinculis adstrinxit. a Hìc cõpletum est, quod Deus multo antè Serpenti prædixerat: PONAM INIMICITIAS INTER TE & MVLIEREM, & IPSA CONTERET CAPVT TVVM: nam MARIA sanctissima, mulier fortissima, Dæmonẽ vicit ac b profligauit, ipsiusq; caput cõtriuit; quod certè,

a *Gẽ. 3*

a *P. s. rab. 31.*

te, quoad cum illo hæc Virgo regia ac diuina conflixit, erectum ferebat, hominis interitu exultãs & glorians. *b* Iam femineus sexus, qui per Euam fuerat macula aspersus, neq; solùm femineus, sed etiã virilis est iam per hanc Dominam ornatus, ac summo splendore decoratus. Quantũ boni ab augustissima cæli Regina profectum est, quantũ ad mortales quotidie boni per eandẽ redundat. Hæc diuina Virgo est salutis remediũ, veniæ instrumentũ, mortalium cum Deo reconciliatrix. Ea genus humanum perpetuæ morti ob peccatũ addictũ in cælũ restituit, ea dat mortalibus sempiterni Dei cognitionem, eiusdemq; humanis mentibus ingenerat amorẽ. Nullus iam planè homini relinquitur locus in mulierem labores ac miserias suas conferendi. *c* Purgauit se, vt inquit Bernardus, cũ peccauit, Adamus dicẽs, *c* MVLIER, QVAM MIHI DEDISTI SOCIAM, DEDIT MIHI FRVCTVM, & COMEDI. Iam tibi Adam, data est Virgo pro muliere, prudens pro stulta, humilis pro superba, quę pro mortis arbore tibi vitæ arborem præbet, pro cibo venenato ac pestifero fructum dulcissimum & immortalem præstat. Caue iam igitur in posterum dicas, MVLIER QVAM DEDISTI mihi, DEDIT DE FRVCTV ARBORIS, & COMEDI: sed potiùs dicas, MVLIER, QVAM DEDISTI; dedit mihi vitæ arborem, & comedi, & iucũdus fuit nõ gustatus solùm, sed etiã odoratus, & aspectus. Qui fructus, vt comedi, vitã mihi restituit

b Mulierum ornamentum Maria.

c Bernardus

c Gen. 2

restituit immortalē. Quāta fuit MARIÆ fortitudo, c quæ aduersarium deuicit, compressit, ac funditus euertit. Per MARIAM voluit Deus iacentem erigere hominem, qui Deum à se alienarat, qui se malorum præcipitio collisérat, venenatę serpentis fraude confictisq; dolis deceptus. Qui tametsi per feminā se suāq; perdidit posteritatem: tamen per hanc diuinā Virginem, quæ Dei filium Spiritus sancti opera concepit, in pristinum salutis locum restitutus est. Igitur sacrata Virgo, cùm Dei verbum concepit, tātas vires habuit, vt perennē hostē deuicerit, & glorioſum ex illo triūphū deportarit. Iure quidē optimo his verbis Virginem nobis appellare licet: O gloria Hierusalē, ô lætitia mortaliū, simul, ac cælitū: ô decus & ornamentū humani generis, ô fortissima super omneis instructas acies Domina, quę cū hoste miro cōfligēs duello, illū magnificè deuicisti. Nō est iā, cur homines timeāt hostē ad MARIÆ Virginis pedes prostratū & cōtritū. A quo quoties nos impugnari sensérimus, sub Virginis præsidium confugiamus. Securi quidē haud dubiè erimus, & satis huius magnæ triūphatricis ope cōtra omnes aduersarii insidias tecti ac muniti. O quàm præclarè ac salutariter meliorē sibi elegit partē cæli augustissima Imperatrix: quæ DEVM in vtero suo virgineo & hominem concepit. Hanc diuinā Virginem voluit DEVS, vt illam illustraret, ac magnificè ornaret, decimam; quæ amissa erat,

c Gen. 3

c Iudit. 15. c.

drach-

drachmam quærere & reperire. Continebat in se sacrata Virgo nouem cœlestium spirituũ drachmas: reperit tandem postremam antropos, id est hominis: quas simul omneis ambitu suo complexa est instar Oceani, qui cũctas continet in se aquarum congregationes. Angelorum custodiam, Archangelorum lucem, Principatuum dominatum, potestatum seueritatem, vim ac robur virtutũ, Dominationũ amplitudinem, thronorum quietẽ ac requiẽ, Seraphin ardẽtem amoris ignem, Cherubin scientiam amplexu suo coërcebat MARIA virgo. Ad istas nouẽ drachmas accessit Dei Matri decima etiã drachma, hoc est, hominis innocentia, priorum amissã culpa parentũ. Quã vt assequeretur, accendit lucernam, id est, incarnatum verbum, dius diuinitatis flãmam in sue humilitatis vase, scilicet in vtero suo virginali, reposuit, atq; omnẽ euertit domũ. Quam bene quidem euertit suprà & infrà: siquidem supremum est infimũ factũ, & infimum summũ. Quæ post euersam planè domũ, hominẽ tandẽ inuenit innocentẽ, & in florenti innocẽtiæ statu cõstitutũ. Hæc sacratissima Virgo est regalis corona, magna fulgẽti gẽma, Christo videlicet gẽmarũ omniũ clarissimo illuminata. Hæc est regalis purpura, quæ cæli ac terræ regẽ vestiuit. Est etiã Virgo diuina liber, qui satis cõprehẽdi nõ potest, quẽ librũ mortalibus dedit Deus, vt omnes in eo legant verbũ Patris, q̃ ante sæcula erat Deus. Tot tãtisq;

Seraphin. 1. ardẽs, Cherubin. 1. plenitudo scientia.

gra-

gratiarum ornamẽtis exculta fuit cælestis Regina, simul atque filium concepit diuinum, vt eas humana ratio & intelligẽtia consequi nõ possit. O felix Domina, quæ tuo singulari assensu DEVM cõcepisti, & mundo perdito succurristi. Tãti meriti fuit MARIÆ Virginis assensus, ob id vt fructum meruerit honoris & dignitatis prę omnibus cùm mortalibus, tum etiã cælitibus, horum vel cunctis etiam motibus, actionibus, desideriis, & cogitationibus in vnũ collatis. Quid enim aliud præmii promereri potuerunt & homines & Angeli præter cælestem & beatam vitam, pro eo vt quisque meritus est? At verò diuina Virgo suo singulari assensu meruit sibi vniuersi orbis dominatum, totius mundi principatum, regale sceptrum, atque in õneis res creatas visibiles ac inuisibiles imperium, omnium gratiarum, virtutũ, donorũ, beatitudinũ, fructuũ SPIRITVS SANCTI plenitudinem, omnium artiũ, sacræ potissimũ Theologiæ cognitionẽ, sacrarum literarum interpretationem, propheciæ donum, Spirituum discretionem, miraculorũ operationem, gratiam sanitatũ, ac tandem digna fuit, (vt vno verbo omnia cõplectar) quæ DEI Mater esset. Ex quo efficitur, vt sacrata MARIA superior sit altissimis illis mentibus. Noti? enim est, quàm dici debeat, DEVM, qui illã sibi matrem delegit, ad maioré, quàm ministros suos, gloriam extulisse. Quæ tanto dignior & excelsior facta est Angelis, quanto il-

lustriore præillis nomine decorata fuit. Cui enim Angelorũ aliquando dixit Deus, *Mater mea es tu?* ELEVATA EST, inquit regius Vates, MAGNIFICENTIA TVA SVPER CAELOS. MARIA Virgo est hæc magnificẽtia, quã numine cõpletus diuino præuidit Dauid. Equidẽ DEVS suã manifestam fecit sapientiã, potestatẽ, & bonitatẽ, in mũdi opificio, in cũctis rebus, quas ex nihilo excitauit: eãdẽ tamẽ multo notiorẽ fecit ac illustriorẽ in humana instaurãda natura natus ex MARIA Virgine. Quã verè matrẽ DEI prædicamus & colimus, quòd eã personã, quæ simul DEVS & homo erat, peperit; sed & electorũ etiã matrẽ, propter gratiã, quã cum illis cõmunicat, suspicim⁹ & veneramur. Vt enim diuinitus instituti pleno ore appellamus Patrẽ nostrũ, Patrẽ Domini nostri IESV CHRISTI: ad eũdẽctiã modũ nominare licet matrẽ nostrã, matrẽ eiusdẽ Dñi nostri IESV CHRISTI. Quòd si DEVS sui in nos amoris magnitudinẽ declarauit, cùm nos filios suos esse & appellari voluit adoptione, similiter Dei genitrix Virgo nos filios sibi adoptauit, & tãto titulo decorauit. *a* O altitudo sapiẽtię Dei, quã emines & appares in hac perfectissima Virgine! Nullæ certè literę, nulla ratio, & intelligẽtia hãc tãtã sapiẽtiã, quã Deus post tot sæcula in Matre sua demonstrauit, consequi potest. *b* Cui enim venit vnquam in mẽtem suspicari, immortalem mortalẽ, impassibilẽ passibilem, nobilem humilem, diuitem pauperem, prĩ-

Psal. 8. a.

a Incarnatio filii Dei admirabilis.

b Christus Deus & homo.

primũ vltimũ, cæleſtẽ ſimul terrenũ fieri poſſe? & quã maximè diſiũcta atq; inter ſe cõtraria hæc eidẽ cõuenire? Quis, cùm audiat, Deũ eſt homo, hãc rerũ tã pugnantiũ atq; contrariarũ conuenientiã & quaſi concentũ tã longè ab humana intelligẽtia ſenſuq; diſiunctũ comprehendat, niſi fides credat? Nos CHRISTI fideles ſoli intelligimus fidei lumine illuſtrati. En vterũ Virginis eſt, in quo extitit tã pugnãtiũ rerũ mirifica & ſumma conſenſio. Sileãt iã Hebræi antiqua, quæ in Ægypto patrata ſunt, ſigna plagarum: taceãt maris rubri ſicco pede tranſitum: prætermittãt triũphos ac victorias, quas Iſraëlitic⁹ populus ex multis gentibus diuinitus reportauit: relinquant taciti ſerpentium interitũ, dulcis mãnæ pluuiã, lapidem aqua manantem & ſcaturientẽ, ſolem vni⁹ diei ſpacio immotũ. Quę tametſi magna ſunt in ſe ipſis miracula: tamẽ ſi cõferantur ad ea, quæ DEVS in MARIA fecit mirabilia, parua quidem ſunt & exigua. Nam & in illis DEVS percuſſit Ægpytum, in iis autẽ ſe ipſum immortalitatis fontem & autorem mortis legib⁹ ſubiecit: in illis, aquis imperat, in iis verò, inter elementa viuere voluit: in illis, domuit ſuperbos, in his ſe humilẽ fecit, & ſubmiſſe ſubiecit: in illis, ſolẽ creatum & viſibilem obſcurauit, in iis autem ſe ipſum, æternũ ac inuiſibilẽ ſolẽ, vt videre & alloqui poſſem⁹, carnis ex Virgine aſſũptę nube cõtexit. O nimiũ felix & fortunata cęli Regina,

quæ DEI fuisti dignissima Mater. Quid tã admirandum dici omnino aut animo concipi potest, quàm quòd creator omnium, quẽ totus nõ capit orbis, in Virginis se clausit intemerata viscera, factus homo, & ipsa Virgo lucis æternę Mater facta est? Lucis, inquã, quę Seraphin oculos illustrat? Lucis, cuius radii solẽ ipsum lætolumine terras cõplẽtẽ illuminãt? Lucis, quæ extremas terrarũ oras, vt omnes in sanctissimã Triadẽ credant, perlustrat? Lucis, quæ de se testatur, b EGO SVM LVX MVNDI; & iterũ; g EGO LVX VENI IN MVNDVM. Omnes cęlites demirãtur Virginẽ & laudant, atq; quàm amplissimis possunt verbis, quòd DEI altissimi Mater sit, gratulantur. Vniuersi cęlestis curiæ ciues illã quàm magnificis titulis exornant. Omnes, inquam, cælites se diuinæ Virgini submisse subjiciunt & obsequuntur, atque Dominæ suæ & Reginę laudes modulatè canentes concelebrant. Sed tamen multo magis est nobis eadem laudanda & veneranda mortalibus. Illam igitur magnis vocibus salutemus, assiduis laudibus celebremus, quã amplissimis verbis ac titulis exornemus, erũpat iam è nobis vera laus, laudetur perpetuò sanctissimum, dulcissimũ, & pulcherrimum MARIAE nomen, quod semper intuebitur æternitas ipsa. Eius laudes & ornamẽta omnes animãtes, sol, luna, stellæ, maria, solitudines, montes, fluuii, deserta, vniuersa denique, quę cæli terręque ambitu continentur, sempiternis

b Ioã. 8
g & 12.

nis laudibus prosequantur. Eam nos semper laudemus, quæ DEI gratiam, hominum pacẽ inuenit; per quã mors extincta est & funditus euersa, vitaq; restituta. O admirabilis Virgo, omni honore dignissima; O sola supra õneis mulieres veneranda. O admirabilis maiorũ reparatrix, o minorumque posterorũq; omniũ viuificatrix! Fuit MARIA Virgo omnibus vtilis & fructuosa: nam & sapientibus & insipientibus profuit ardentissima, qua semper flagrauit charitate. Etenim clementię suæ aditum vniuersis patefecit, vt de sua accipiant plenitudine; captiuus redemptionem, infernus medicinam, tristis solatium, peccator remissionem & veniam, iustus gratiam, Angelus lętitiam, ac tandem tota Trinitas gloriam, filii personа humanę carnis substantiã; adeò vt nullus sit, qui à sanctissima MARIA, iam tũ cùm in eius purissimo vtero VERBVM CARO FACTVM EST, nõ accipiat, quod sua interest, effusè liberaliterque donatus. Quę cùm ita sint, MARIAE veneremur vestigia, ad eius sanctissimos pedes supplices iaceamus, nec priùs illam, quàm benedixerit nobis, dimittamus. Valet enim gratia, valet autoritate apud DEVM filium suum; quem Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo post partum integerrima permanens, quem genuit, adorauit.

2 Bernard. de aq.

Maria virgo Elisabetham cognatam suam visitat.

CAPVT X.

ACcepto Virginis consensu, mox Angelus summo perfusus gaudio cælestia repetit: illa ad Elisabetham statim maturat proficisci. Quam ex Angelo cognouerat, extremis illis annis, cùm per sterilitatem & ætatem párere non posset, iam grauidam esse. a Nulla igitur interiecta mora, egregia animi alacritate, per arduos colles iter habens, in montana Iudææ cõtendit: vt salutãdæ cognatæ suę summo splendore feminę maximè piũ gratissimumq; Deo officiũ quã diligẽtissimè præstet. Tum cum Virgine instinctu inflatuq; diuino concitata hũc habuit spõsus eius SPIRITVS SANCTVS sermonem: c SVRGE, inquit, PROPERA, AMICA MEA, COLVMBA MEA, FORMOSA MEA. Cuius tãti spõsi voci se maximè obedientem prębet: sic enim habes, *Exurgens Maria, abiit*, ne diu in publico videretur, CVM FESTINATIONE, *aspera montiũ & ardua conscendens cacumina*, *in* CIVITATEM IVDA; & INTROIVIT IN DOMVM *Zachariæ*, & SALVTAVIT ELISABETHAM. In quo tam sancto pioq; officio, exemplo nobis fuit sanctissima Virgo. e Erat Elisabetha magni Baptistæ mater, Zachariæ vxor, femina castissima, multis ingenii suauitatibus prædita, moribꝰ illustris, vitæ probitate commen-

a *Luc. 1*

c *Cãt. 2*

e *Elisabetha laudatur.*

commendata, diuinæ legis obseruãtissima, õni laude præstãtissima, vniuersis chara, vicinis iucũda & grata, vates veridica, sacramẽtis imbuta, SPIRITV SANCTO plena. His enim & similibus ornamentis prẽditos esse oportet veritatis testes. Hanc igitur feminam, tot tantisq;, vt diximus, laudibus abũdãtem, cùm diuina Virgo plurima salute impertisset; repẽtè in eius vtero infans exultauit: & quæ SANCTO SPIRITV repleta statim exclamauit, quãtũ voce contendere potuit, dicens: BENEDICTA TV INTER MVLIERES, ET BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI. Vnde mater Domini mei ad me? Quamuis autem MARIA summũ in locum atq; in celsissimã sedẽ dignitatis atque honoris, vt mater Dei facta est, ascendisset: tamen, qua erat modestia & submissione, visitat iunior seniorem, salutat Virgo vxorem: maiorũ enim humiliatio, minorum est vtiq; exaltatio. Quòd si quo maior est, qui se demittit, eo magis minor ornatur ac decoratur, quis potest non dicam verbis exprimere, sed cogitatione comprehendere eã laudem & gloriã, quã genitricis DEI submissione Elisabetha cõparauit? Idẽ q; mater officiũ virgineo adhuc clausus vtero Ioãni præcursori suo præstare voluit CHRISTVS IESVS Dominus noster, vt eum à peccati originecõtracti macula purgaret SPIRITVS sui intima aspersione. Similes sũt inter se MARIA Virgo & benedictus fructus vẽtris sui IESVS. Hic humilis,

b *Luc. 1.*

a *Beda. presbyter. l. 1. in Luc. 1. 5. t.*

milis, illa humilis; hic benignꝰ, illa benigna; hic comis & liberalis, illa comis ac liberalis. Venit igitur festinanter MARIA ad Elisabetham diuinę charitatis igne accensa, & Dominus ad Ioannem amicum suum. In hac festinatione aperte demonstrauit Virgo sanctissima, se nulla tenus filii sui diuini conceptu grauatam fuisse, sicut reliquæ grauidæ mulieres; siquidem portabat, qui eam regebat, & vniuersa nutu administrabat. Qui nullo modo matri suæ Virgini grauis esse poterat, vt reliqui fœtus solent prægnantes grauare. Elisabetha igitur, vt MARIÆ salutationem audiuit, repentè in vtero suo infans exultauit, Domini aduentum cognoscens. Prior audiuit Elisabetha MARIAE dulcissimam vocẽ; sed prior Ioannes sensit gratiam. Elisabetha MARIAE, Ioannes autem Domini cognouit aduentum. Illę conferunt inter se mysteria ac beneficia diuina: hi verò intus operantur maternis vteris occulti. Venit ergo MARIA ad Elisabethã, Dominus ad Ioannem, superior ad inferiorẽ, vt inferior iuuetur, vt Elisabetha SPIRITV SANCTO repleatur, Ioannes autem sanctitatis munere ornetur. Vt cęlestis Reginæ vox ad eius aures perlata est, statim Elisabetha SPIRITV SANCTO repleta fuit. Ex quo facilè perspicitur, quantam vim habeat Virginis vox ad diuinam gratiam mortalibus conciliandam. Suauis ac dulcis MARIAE vox repletanimum SPIRITV SANCTO, vt videre est in matre Ioannis

nis Baptistæ: quæ diuino afflata SPIRITV statim summo clamore & lætitia in hæc apertè verba prorupit: [d] BENEDICTA TV INTER MVLIERES, ET BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI IESVS. [b] Qui quidem fructus. Dauidi fuit iure iurando promissus. Animaduerte, Christiane, MARIAM Virginem eisdem verbis ab Elisabetha beatam appellari, quibus fuit ab Angelo salutata. Ex quo apparet, eam ab omnibus & cælitibus & mortalibus colendam, suspiciendam, atque venerandam esse, & cunctis meritò feminis præferendam. *Vnde*, inquit Elisabetha, *Mater Domini mei ad me?* Non quasi ignara perquirit, quod nimirum diuinitus fieri cognoscit, se videlicet à matre Domini, vt pignus suum accrescere et, salutari: sed rei nouitate & miraculi magnitudine obstupefacta fatetur, hoc non suis meritis, sed diuinæ liberalitati tribuendum esse. Ea res à se, non quia modestissima Virgo quidquam communicasset, sed diuino afflatu & pueri repentina exultatione, præscita est. Cognouit igitur religiosa matrona prophetico etiã spiritu, quo tum infans Ioannes afflatus est, DEI Matrem MARIAM: quia intelligebat, Domini præsentia fieri, vt veteri sui fructus exsultaret. Etenim DEI Mater mirabili illa humilitate, qua semper excelluit, ne verbum quidem de alto illo mysterio loquuta est. Elisabetha domi se continebat, quia in anili ætate conceperat filium, verecunda: Sed hoc diuino be-

[d] *Luc. 1*

[b] *Psal. 131.*

neficio affecta, se DEI genitricis salute accepta, in conspectum dedit, & clamorem magnum cũ admiratione edens exultauit, quia Prophetã erat paritura. Cognouit igitur hęc sancta femina Domini aduẽtũ, & digna fuit, quæ prima ex omnibus incarnationis eius mysterium & sacramentum agnosceret & prædi-
d Luc. 1 caret. *d* ET BEATA, inquit, quæ CREDIDISTI, QVONIAM PERFICIENTVR EA QVÆ DICTA SVNT TIBI A DOMINO. Quę verba testãtur, nihil dubitasse MARIAM, sed cõstãter potiùs credidisse, ob idq; fidei fructũ cõparasse, hoc est, benedictam fuisse. Verè fuit benedicta Virgo beata & lõgè sacerdote præstantior Zacharia. Hic enim non credidit Angelo filiũ promittenti: at Virgo sacrata nõ dubitauit, imò firmiter credidit, se inuiolato pudore conceptura, atq; cæli Regẽ inaudito & admirãdo mo-
a Maria Abrahæ filia. do parituram. *a* Quæ certè verã se demõstrat Abrahæ filiam, non solùm sanguinis coniunctione, sed, quod amplius est, fidei imitatione. Quam fidem habuit firmam & constantem sanctus Patriarcha, cùm illi DEVS promisit res, quæ humano iudicio fieri non poterant. Ad eundem etiam modũ hæc Abrahæ filia, quæ priùs fide CHRISTVM quàm carne concepit, fide beatior quàm filio: quem, nisi credidisset, non concepisset. Animaduertendum est, DEVM ad humani generis salutem, fidei operationem à matre inchoasse, vt per quã salus omnibus parabatur, ipsa à filio salutis fructũ

prima

prima cõsequeretur. Amplissimis gratiæ fuit aucta munerib°, MARIA intrante, Elisabetha. Nam cùm dicit, *d* BEATA TV, QVÆ CREDIDISTI; QVONIAM PERFICIENTVR, QVAE DICTA SVNT TIBI A DOMINO; apertè demonstrat, se à SPIRITV diuino verba Angeli, quæ dicta ad MARIAM fuerant, agnouisse. Matrẽ verò Domini sui nominãs, quia redemptorem mundi in vtero portaret, intellexit. MARIA autẽ post Elisabethæ verba, mente & oculis in cælum erectis, tanta pietate & religione, quantam animi sensus; nostri capere nõ possunt, summo omnis lætitiæ largitori, à quo tantum tãque diuinum beneficium acceperat, amplissimis verbis gratias egit, summa pietate eius laudes celebrauit, à quo pietati & religioni amplissima extant præmia. Imò eadem SANCTI SPIRITVS igne incensa, & diuino amore saucia, grauiter & concinnè illud canticũ, cui Catholici omnes maximum honorem & cultum adhibent, cecinit, atque ita sine vlla cunctatione loqui cæpit: *b* MAGNIFICAT ANIMA MEA DOMINVM, ET EXVLTAVIT SPIRITVS MEVS IN DEO SALVTARI MEO: *quia respexit humilitatem ancillæ suæ.* Vox turturis tunc audita est in terra nostra, id est in hac mortali vita, ac dulcis columbæ vox in auribus sonuit diuinis. Nam sacratissima Angelorum Regina, turtur castissima, columba sine felle, laudes & bona, de quibus sibi gratu-

d *Luc. 1*

b *Mariacãt cum illustre. Luc. 1d*

lata est Elisabetha, summo Deo accepta retulit, hoc illustri cantico; dicens: MAGNIFICAT ANIMA MEA DOMINVM. Quod perinde est, ac si diceret, tu me, charissima cognata, extollis, beatam appellans, at anima mea magnificat & quantum potest laudat DEVM meū omnium bonorum autorem & largitorem. Tantum eius in me extitit beneficiū, adeò me ornauit, ad tantum me dignitatem & amplitudinem sustulit, quanta non verbis solùm exprimi possit, sed ne cogitatione quidem comprehendi. Dignum igitur & æquum est, vt quàm acriter incumbam, ad eius, quantū possum, laudes celebrandas, ad gratias, quantas maximas animus meus capere potest, illi agēdas. *Spiritus*, inquit, *meus in Iesu exultat salutari meo*, cuius temporali conceptu caro mea est fœcundata, *quia ad ancillæ suæ humilitatem habuit respectum*. O MARIAE mirabilis & inaudita humilitas, cùm se illius vocat ancillam, cuius Mater eligitur. Quo altior est & excelsior Virgo, eò magis se dimittit. Fuit Regina cœli semper verecunda, modesta, humilis corde, magna super omnes fide. a Humilitas & modestia mirificè commendat profectò virginitatis dignitatem & splendorem. Nam virginitas, vt Deo grata contingat, cùm omnibus virtutibus, tum vel maximè modestiæ atq; humilitatis ornamētis exculta sit, oportet. *Etenim*, teste diuo Ambrosio, *quo castior est virgo, eo etiam humilior esse debet*. Est certè humi-

a *Humilitas Virginitatis comes.*

humilitas cùm cæterarum laudum, tum vel maximè pudicitiæ fidelissima custos. Atque vt virginitate, sic etiam humilitate mirabilis fuit DEI sanctissima Mater. Vt virginei pudoris splendore, sic etiam modestiæ laude cunctis ea supra modum antecelluit mortalibus. Optimè quidem inter se conueniunt virginitas & humilitas, tanquam duæ concordissimæ sorores. Atque ita fit, vt illa anima DEO summopere placeat, in qua humilitas commendat virginitatem, ac vicissim virginitas exornat humilitatem. Quę quidem virtutes ambę suas vicissim inter se partiuntur vtilitates & communicant. Sed quantam hęc Domina venerationem apud omnes habere debet, in qua fæcunditas ad summum honorem prouehit humilitatem, & partus consecrat virginitatem? *a* Audis MARIAM Virginem & humilem, si non potes imitari humilis virginitatem, sequere saltem Virginis humilitatem. Laudabilis certè virtus est virginitas; magis tamen necessaria humilitas. Hæc præcipitur, illa autem eò suadetur. Ad illam inuitaris, ad hanc verò cogeris & compelleris. De illa dicitur, *qui potest capere capiat*, de hac autem sic habes, *nisi quis se demiserit, sicut paruulus iste, nõ intrabit in regnum cælorum.* Potes salutem comparare sine virginitate, sine humilitate verò nullo modo salvus esse potes. Placere potest humilitas, quæ amissam deplorat virginitatem; sed sine humilitate nec

a *D. Bernardus.*

MARIAE

MARIAE quidem, audeo dicere, virginitas grata vnquam fuisset DEO. SVPER QVEM, inquit sempiterni numinis maiestas, REQVIESCET SPIRITVS meus, NISI SVPER HVMILEM & QVIETVM? MARIA igitur, nisi humiliter de se sensisset, nunquam SPIRITVS SANCTVS super eam requieuisset: nec eam vnquam grauidã feciſſet, nisi super ipsam mansisset. Nam quo tandem modo de illo sine illo concipere potuisset? Apparet igitur, vt ipsamet testatur, illum, vt de illo conciperet, ancillam potiùs humilem quàm virginem respexisse. Vnde constat, humilitatem fecisse, vt virginitas placeret. Quid ais tu, Virgo superbe, MARIA se Virginem oblita, humilitatem profitetur: tu verò humilitatem contemnens, de virginitate insolenter gloriaris? *Respexit*, inquit illa, *humilitatem ancillæ suæ*. Quis est illa? Virgo sancta, Virgo modesta, Virgo pia & religiosa. Nũquid tu castior es illa? nunquid deuotior? nunquid castitas tua gratior est DEO, quàm MARIÆ virginitas? vt possis tu sine humilitate, sola castitate placere DEO, cùm illa sola sua non potuerit virginitate? Sic habeto: quo ornatior es ob singulare castitatis donũ, eo maiore te ipsum afficis iniuria, cùm virginitatis splendori superbiæ maculam aspergas. Satius tibi esset, virginem non ésse, quam de castitate insolenter gloriari. Non omnibus certè cõtigit virginitas: Sed multo paucioribus humilitas virginitati coniuncta. Quare si non vales,

les, nisi virginitatem demirari in MARIA, eius saltem fac vt imiteris humilitatem, quæ satis tibi erit ad salutem. Sed est adhuc amplius, quod in magna mirere MARIA, nempe fœcunditas cum virginitate. Nunquam est post hominum memoriam auditum, vt aliqua femina simul esset mater & virgo. Quòd si perpenderis, cuius sit mater, eo crescet admiratio, quo vltrà non datur. Non ne, quia magna mater filium habuit DEVM, tibi videtur super omneis choros Angelorum efferenda? ipsum DEVM, ac Dominum Angelorum, filium sic appellat Virgo MARIA: FILI, QVID FECISTI NOBIS SIC? Quis Angelorum hoc dicere audeat: satis est illis esse ministros, & Angelos vocari. MARIA autem se matrem agnoscens, vocat intrepide filium suum illam æternam maiestatem, cui cælestes Spiritus ad nutum parent & ministrant. Nec DEVS vocari renuit, quod dignatus est esse. DEVS, cui Angeli subiacent, cui potestates obediunt, se MARIAE subjicit. a O nimium felix MARIA, cui nec humilitas nec virginitas defuit! Sed quis non obstupescat & miretur tam profundam humilitatem in tanta Virgine & matre? Id si animo rationeque lustraueris, profectò animus deficiet. Humilitas igitur, vt cæteras laudes, quibus diuina Virgo floret, prætermittam, MARIAE maximè elucet in illustri cantico illo, quod grauiter cecinit & cõcinnè.

a *Humilitas Mariæ*

cinnè. Quod certè omnium, quę prophe-
ticis libris continentur, altissimum est, at-
que præstantissimum. O virtus amplissi-
ma, quæ reliquas omnes ambitu tuo com-
plecteris! O Sancta humilitas; quæ quo
minùs gloriam quæris, eo magis illam asse-
queris, quo plus te demittis, eo altiùs ascen-
dis, eo celsioribus theatris proposita es, &
amplissimis honoribus decorata: O diui-
num sanctarum mulierum cõgressum, ô san-
ctum MARIAE & Ioannis matris colloquiũ!
b *saculi huius mulie. rum lu xus.* b Adeste iam, quæso, huius nostri sæculi
matronæ; vos enim libet appellare. Perpen-
dite nunc, quàm vestræ huius sint dissimiles
salutationes. Vestri certè sermones & con-
gressus ad pestem & perniciem hominum
spectant, ad vestrum interitum & sempi-
ternam calamitatem pertinent, vt insignem
perennis hostis ex vestra pernicie coro-
nam capiat. Non occulto, sed aperto po-
tiùs bello vos aduersarius truculentus op-
pugnat. Cuius instinctu, ad aurum & argen-
tum, ad immoderatum corporis cultũ & vi-
ctũ, ad equos, ad famulos, ad lecticas & rhe-
das, ac tãdem ad omnia, quę vulgus admira-
tur, omnes vestras curas & cogitationes cõ-
fertis: neque tamen videtis, quid agatis, nec
vobis prouidetis, nec de vestra salute cogi-
tatis. Quæ iã lex, quæ ratio potest vestris tan-
tis tamque profusis sumptibus modum
statuere? vestras effrenatas cupiditates
com-

comprimere atq; restinguere? vos domesticis reb⁹ relictis, liberorũ cura neglecta, totos dies inanibus rebus cõsumitis. Præterea viris nostris non obtẽperatis, eorũ negotia audacter geritis, cũ vestro vestrarũq; familiarũ dedecore maximo. Qui tantus furor vestros animos occupauit? quæ tãta pestis in vitã vestrã inuasit? Quis iã vestros immoderatos sũptus ferre poteit ac sustinere? Redite iam, redite ad vos, resipiscite, missa façite inania, modũ iã luxui adhibete, voluptatibus nunciũ remittite, parcite põpæ, ne in posterũ extra modũ sumptu & magnificentia prodeatis, superbiã & arrogantiã cõprimite, DEVM, defixis in terrã oculis, supplices orate, meliorẽ vobis donet mẽtem, sanctissimæ Matris suæ precibus placatus: prosternite vos ad sanctos Virginis pedes, eiusq; voluntati totas permittite, atq; illã quã obnixè rogãte, quibus constricti estis, vincula precibus suis benignè soluet, lucẽq;, vt rectũ veritati tramitẽ teneatis, impetret. Vitæ correctionẽ ne differatis, videte, præsentes fructus inanes esse, omnia, quæ oculis cernitis, bona caduca & fumi instar dicto citiùs euanescere, cõsiderate etiã atq; etiã cũ animis vestris. Quare vos, dũ tempus est, malè actæ vitæ pæniteat. Animaduertite, quęso, quàm exiguũ sit vitæ curriculũ, & quàm breue, cogitate, nihil in hac vita cõstans & perpetuum esse, nihil perpetuò florere. Cõsiderate formę dignitatẽ quam citò defloreſcere. Caducarum rerũ me-

moriam obliuione ſempiterna delete; æterna bona ſemper animis veſtris voluite: horũ ſtudia vt incẽſæ, clauũ clauo pellatis, id eſt, inanium & præſentiũ rerũ amorẽ ex animis abjiciatis. Quod ſi feceritis, cõſuetæ miſericordiæ vobis ſempiternus DEVS opẽ feret, dulciſſima matre ſua petẽte. a Eſtote humiles & modeſtæ. Veterũ mulierũ præ vobis ferte virtutẽ, eas imitamini, quibus animi puritas & candor nõ aberat, nũquam frugalitatis & tẽperantiæ ſtudium deerat. Paruo cõtentæ (pauca enim neceſſitati, voluptati ne multa quidem ſatisfaciunt) frugaliter viuite; omnia referentes ad præpotentis DEI gloriã, honeſtatiſq; veſtræ ſplendorem. Proponite vobis, ęmulamini inſignem Reginæ Angelorũm humilitatem, illius ſequimini veſtigia, incũbite in eius imitationẽ. Nũ ea, cũ viſit Eliſabetham, ſecum ancillarũ gregẽ ducebat? nũ curru vehebatur aut rheda? nũ lectica circũferebatur? Secum profectò comites habebat modeſtiam, humilitatẽ, pudiciciam, honeſtatẽ, omniumq; virtutũ chorum. Huiuſmodi comites vobis etiã adiũgite, quin vnquã ab earũ látere diſcedatis: quo comitatu ſtipatæ, omniũ oculis, in primis autẽ (qꝑ rẽ cõtinet) diuinis amabiles eritis & gratæ. Faſtu & ſuperbię perpetuũ indicite bellum; quã, antequam lõgiùs manet & latiùs ſerpat, quantum viribus, quantum animis cõniti poteſtis, cõprimite. Omneis veſtras curas & cogitationes ad ſubmiſsionis virtutẽ cõferte: &

a *Ad humilitatẽ hortatio.*

vnà

vnà omnes ad Virginis sacratissimæ imitationē excitatæ, eius humilitatem vestra vita & moribus exprimite. Sacratissima cæli Regina ideo super omnes DEO chara fuit, quia humilitate inter omneis excelluit. Cōsentaneū quidē erat, vt sicut per Euę matris nostrę superbiā mors in orbē terrarum inuaserat, sic cōtrà etiam vita per MARIÆ introduceretur humilitatē. Erat Virgo diuina suis parua, diuinis autē oculis magna & excelsa. Erat mitis & humilis corde, factoris semper sui dicto parebat, DEI solo nutu & volūtate ōnia sua dicta, facta, cogitata, & vitę cōsilia regebat. Humiles & modesti sunt in DEI tutela, quib⁹ præpositus, eorū vitam gubernat, quin vnquam illorū curā deponat. Alūtur diuinæ consolationis lacte, cælestibus afficiūtur voluptatibus & deliciis. Sūt humiles DEO chari, hominibus grati. Humilitas colore, odore, atq; sermone cęlum redolet. Ex quo efficitur, vt ad inferos descēdere nō possit, sed potiùs in cælum penetrare. Cōtrà verò superbia fumus est ex inferni ignibus emissus: quò descēdet tāquā in locum sibi paratū ac debitū; in cælum enim ascēdere nullo modo potest. Vt enim qui se extollit, deprimetur, sic contrà qui se submiserit, qui humiliter de se senserit; ad eam gloriā, quam DEVS humilitati propositā habet, proue hetur. Atq; hæc, humilitatis, quæ in Virginis visitatione maximè apparet, cōmendādæ causa & omnes ad eam cohortandi gratia attigi. Vtinam con-

tingat nobis ad huius tantæ virtutis cupiditatem exardescere, & DEI Matrem æmulari, vt digni simus, quibus illius nobis liberalitatis lux oboriatur, sicut in Elisabethæ oculos incurrit, præstante eiusdem perpetuæ Virginis filio CHRISTO IESV, cui cum Patre & SPIRITV SANCTO est ab omni æternitate omnis honor & gloria. Amen.

Ioseph ab Angelo cognoscit, Virginem, sponsam suam de Spiritu sancto concepisse.

CAPVT XI.

TRansactis tribus ferè mensibus cum Elisabetha, Virgo priùs Nazarethum, quàm illa Ioannem páreret, concessit Cæperat tunc purus eius vterus intumescere. Quare Iosephus, eius castissimus sponsus, in maximam incidit conturbationem: nam & sibi, se Virginem esse, conscius erat; neque vt de MARIA quidquam turpe aut indignum cogitaret, adduci poterat: quippe qui eius castitatem nouerat & demirabatur. Nihil certè non excelsum, amplum, plenum honoris & dignitatis, nihil non diuinum apparebat in sacratissima Virgine. Vnde inhonestum quicquam suspicari nullo modo poterat. Ista Iosephi admiratio est, vt diui Hieronymus, Gregorius, Bernardus, & alii sacri Doctores

testan-

testantur, MARIÆ castitatis testimonium. Cuius plusquam Angelica castitas, cuius sanctissimi mores nullam eiusmodi suspicionis cuiquam locum relinquebāt. Sed tamen tametsi integerrimæ Virginis sanctitas spectatissima erat, atq; perspicua omnium admiratione in luce posita: illam tamen ab se dimittere decreuerat. Exploratū igitur habens, nullam probri labē in sponsam suam cadere, nec eius pudicitiam in dubium potuisse vocari; vbi grauidā vidit, sacrum mysterium animo cùm percipere nequiret, nec cōplecti; in eam venit cogitationem, vt ab ea clàm diuerteret. Etenim tam dignā Virginem suspiciens, cùm esset iustus, indignum se planè eius familiaritate iudicauit. Quod certè Virginalē MARIÆ pudicitiā maximè probat & confirmat. a *Atq; sicut permisit Dominus, sua vt de Resurrectione Thomas Apostolus dubitaret, nec tamen in dubitatione reliquit, sicut ante natiuitatem suā, Mariam sponsum habere voluit, qui tamen ad eius nuptias non peruenit.* Nam ita factus est discipulus dubitans, & glorioſam CHRISTI carnē visu tactuque explorans, testis veræ Resurrectionis, sicut sponsus matris fuerat custos integerrimæ virginitatis. Potiùs certè Thomæ dubitanti, & carnem CHRISTI palpanti, quā MARIÆ Magdalenæ citò credenti Domini Resurrectionē credemus. Thomas namque dubitando omnē è nostris animis euellit dubitationem, certos nos reddens ac persuasos

a *Gregor. hom. 26.*

de Domini Resurrectione. Ad eundem etiam modum potiùs DEI Matris pudiciciam credemus sponso, qui eam custodit, & certus est de illius castitate, quàm ipsi quoque Virgini de sola sua conscientia se defendenti. Virginis igitur desponsatio certissimam & perspicuam eius castitatis fidē omnibus facit. Considerandum est etiam atque etiam, quanta Iosephi fuerit sanctitas, puritas, & castimonia, quem DEVS spōsum custodemque Matri suę potissimùm delegit. Dubitandū non est, quin Angelos puritate superauerit. Talem spōsam talis sponsus decebat. Iosephus igitur, vt ad rem redeamus, cùm sponsam grauidā vidisset, ab ea discedere constituit, huius tanti mysterii ignarus. Neque enim ex diuino Virginis ore emicantem splendorē ferre poterat ac sustinere: & augusta illa atque sacrosancta maiestate, qua humana acies hebescebat, sibi oculos præstringi sentiebat, in eam vt minimè posset inspicere. Tanta lux, tantus fulgor emicabat ex eo vultu, vt omnia sicut sol terras lumine complere videretur. Quamobrem Iosephi lumina hebescebant præstricta, haud aliter quàm humani visus aduersus Solem intuentes. Ignarus igitur eorum, quæ de sancta conceptione acciderant, non enim modestissima VIRGO indicauerat, constituit sanctus vir, sacrum, quod animo percipere neque cogitatione complecti poterat, mysterium suspiciens, illam ab se

se dimittere, non aliter ac Petrus Apostolorum Princeps à se repulit CHRISTVM Seruatorem nostrum. Dixit sanctus Apostolus: *b* EXI A ME DOMINE: *quia homo peccator sum.* Interim autem sanctus vir animi pendere, ancipiti distrahi cura, quid consilii caperet nescire, neque quò se verteret reperire. Nam & indignum se prorsus agnoscebat, qui cum cœlesti puella vnis simul ædibus habitaret. Cui hærenti & animi pendenti (occurrit enim rebus difficillimis diuina benignitas prompta & parata) Angelus, diuino splendore omnia perfundens, in somnis apparet, dicens: *a* IOSEPHE FILI DAVID *noli timere coniugem tuam accipere* MARIAM. *Quod enim in ea natum est, de* SPIRITV SANCTO *est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius* IESVM. *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Quo sermone recreatus Ioseph us est, & confirmatus, & à maxima ad summam lætitiam & hilaritatem traductus: atque deinceps fidissimus semper Virginis comes, & eiusdem sponsus, & custos virginitate illustris extitit. Dederat enim DEVS filio suo custodem, tutorem, patrem: tradiderat illius custodiæ ac fidei diuinam Virginem. Accepit eam vir sanctus, acceptamque seruauit, & summa pietate ac religione eam, vt sempiterni DEI matrem, coluit & obseruauit. O millies felicem ac fortunatum Ioseph um, qui meruit esse Virginis sponsus, &

b Luc. 5.

a Matth. cap. 1.

filii DEI pater ad tempus existimari; appellariq́ue, & eiusdem carnis nutricius esse. Lõgè quidem præter cœlites mortalesq́ue omneis ornauit illum DEVS, cùm genitricis filii sui sponsum esse voluit; & eiusdem filii sui patrem appellari. In quo honos illi datus est, quantus maximus dari potuit. Quanto dignitatis splendore decoratus fuerit, ex ipso etiam, quod traxit, nomine facilè perspici potest: Ioseph enim, si interpretari velis, augmentum significat. Quod certè pulchre in eum quadrat nomen; quià inter omnes cælites & mortales bonis est cumulatus amplissimis; cùm cœli augustissimæ Reginæ sponsus & custos esse meruit, & mundi Seruatoris diuino beneficio pater ad tempus existimari ac nuncupari. Quo titulo nullus neque in cœlis neque in terris præter illum decoratus est. Sanctus ille Patriarcha Ioseph olim à fratribus venditus iustum hunc Iosephum Virginis sponsum & custodem fidelissimum præmonstrauit; cuius non solùm nomen, verùm etiam castimoniam, gratiamq́ue, innocentiam, & omneis, quibus ille floruit, virtutes imitatione consequutus est. Ille Ioseph à fratribus propter inuidiam & maleuolétiam venditus, & in Ægyptum ductus, CHRISTI IESV à Iuda traditi typum gessit. Hic autem noster Iosephus, Herodis inuidiam ac tyrannidem fugiens, CHRISTVM Dominum deduxit in Ægyptum. Ille vt fidem domino suo

seruа-

seruaret, se noluit cum domina Veneris labe commaculare: hic Dominam suam matrem Domini sui, Virginem agnoscens, ipse etiam Virgo fideliter custodiuit. Illi datum est somnia mysterii plena * interpretari: hic autem diuinitus factus est cœlestium particeps consiliorum. Ille seruauit non sibi solùm, sed toti etiam plebi frumentum: hic verò accepit panem de cœlo verum, non sibi tantùm, verùm & toti mundo seruandum. Non dubium est, quin sanctus fuerit & purus ab omni labe Iosephus, & vel ipsis etiam cœlitibus purior, qui Saluatoris nostri matrem sibi despondit. Fidelis certè seruus fuit & prudens sanctus Ioseph, quem Dominus in terra matris suæ solatium & carnis suæ nutricium constituit, magnique cõsilii coadiutorem fidelissimum. Erat, vt suprà demonstratum est, ex Regali Dauidis stirpe progenitus. Erat nobilis genere; sed multo quidem virtutum splendore nobilior & clarior. Verus erat profectò filius Dauid, à quo nihil degenerabat. Erat, inquã, verus Dauidis filius, nõ solùm sanguinis coniunctioné, sed etiam fide, pietate, moribus, quem DEVS sicut Dauidem ad suam voluntatem fictum inuenit, cui altissimum & occultissimum consilium, quod in corde latebat, crederet. Cui tanquam alteri Dauidi incerta & occulta sapientiæ suæ patefecit Dominus, & mysterium, quod nulli patuit in terris Principi: *a* cui dedit (*quod multi Reges &*

* *cognoscere.*

a Mat. 16.

a Mat. 16 *Prophetæ summopere concupierunt videre, & non viderunt)* non solùm suam faciem videre, & verba audire, sed etiam seipsum portare, ducere, amplecti, osculari, nutrire, & custodire. Tot tantæque sunt Ioſephi laudes, vt eas nec mortales nec cælestes vllis verbis consequi possint. Quas quia dicendo exprimere non possumus, taciti veneremur. Cuius omnes laudes ea laus complectitur, quòd Virginis fuerit sponsus, & filii DEI Pater creditus & appellatus; vt sponsæ eius MARIÆ Virginis laudum omnium, quæ immensæ sunt & infinitæ, chorum efficit matris DEI, quod satis laudari non potest, nomen splendidum ac diuinum. Cùm Ioſephus Virgini nunciatam à Gabriele salutem cognouit, incredibili gaudio perfusus est. Etenim modestissima Virgo antea idipsum nunquam patefecerat, Quare Ioſephus tantam ei semper pietatem & religionem præstitit, quanta rebus sacris habenda est. Sed quo tandem modo poterat non summopere colere & obseruare illam tam diuinis moribus præditam? quæ ingenuo pudore, mansuetudine admirabili cunctorum animos ad pietatem excitare, & ardentissimo diuini amoris igne inflammare poterat? Erat diuina Virgo omnibus virtutibus adeò ornata: vt per se multo magis, quã Magnes ferrum ad se trahit, ad sui cultum & obseruantiam omneis alliceret. Ioſephus igitur ab Angelo in somnis aditus, se fidenter

&

& præclarè confirmauit: &, quando iam solùm sponsalia ei summus sacerdos exhibuerat, etiam *a* consensit virginali matrimonio, & virginitatis studio magis incensus eam coniugis retinuit loco. Quamobrem virginea hac & cælibe desponsatione Satan deceptus est: *a* ac diuina prouidentia, qua impiorum consilia superantur, & astuti in eorum versutia capiuntur, eius insidiæ patefactæ sunt, furores retardati, & impetus fracti. *b* Oportebat de hoc altissimo filii DEI incarnationis mysterio aliquandiu Demonem celari; vt hoc tam amplo & magnifico humanæ salutis opere DEVS non potestatem solùm, verùm etiam sapientiam suam demonstraret. Quamuis autem sempiterni numinis maiestas id opus alia via & ratione perficere potuerit: tamen eo ipso modo, quo nouerat cecidisse, hominem redimendum putauit: vt sicut diabolus priùs decepit mulierem, deinde per eandem vicit hominem: sic aduersarius etiam ipse primùm per feminam seduceretur; deinde apertè per hominem CHRISTVM vinceretur: vt eius versutiam improbitatemq; superante sapientia diuina, & nequissimi vires cõfringente CHRISTI virtute, se DEVS hoste teterrimo prudentiorem fortioremq; præstaret. Decuit incarnatã sapientiã aduersarii vincere calliditatẽ,

a Inter Iosephũ & Mariam virginale matrimonium a Iob. 5.

b Bernar homil. 2. super Missus est.

avt non solũ à fine vsq; in finẽ attingeret fortiter, Sap. 8. a. 1 sed omnia etiam constitueret suauiter. Attigit

eroo

ergo à fine vsque in finem fortiter, hoc est à cœ-
a *Psal.138* lo in inferas partes. *a* SI ASCENDERO, INQVIT VATES SANCTISSIMVS, IN CÆLVM, TV ILLIC ES, SI DESCENDERO IN INFERNVM, ADES. Vtrobique autem fortis est DEVS & potens; quan-
c *Luc.10.* doquidem *c* sicut fulgur deiecit, atque in inferis sedibus auarũ spoliauit, spolia ex vnguibus illi detrahens aduncis. Oportebat igitur, vt omnia tam cęlestia quàm terrestria disponeret suauiter; vt inquietũ de cœlo deturbans, reliquos pace & gratia firmaret: *a* & in terras inuidum debellandi causa descendens, primum humilitatis & mansuetudinis necessarium nobis exemplum relinqueret, atque ita admirabilem sapientiam suam patefaceret, se iustis & bonis dulcem ac mitem, impiis autem fortem & terribilem præbens. Cui enim vsui & emolumento fuisset, vicisse diabolum nobis in superbia manentibus? Decebat igitur, MARIAM sanctissimã desponsam esse diuo Iosepho, vt ea desponsatione sanctum canibus occultaretur, & sponsæ virginitas sponsi testimonio comprobaretur, & Virginis fama integerrima cõseruaretur. Quid diuina prouidentia sapientius? quid præstantius? quid admirabilius fieri potest? Hoc tam alto & excelso consilio, hac tam admiranda sapientia, tamque DEO digna, iustus Iosephus cœlestium admittitur particeps cõsiliorum, perennis hostis excluditur,

a *Humilitatis exemplum maximè necessarium.*

ditur, genitricis DEI pudicitiæ fama salua & integra seruatur. Habes igitur Christiane lector, quàm necessaria fuit Matris Dei desponsatio. Atqui beatis in hisce sponsalibus, integroque coniugio Virgines ambo, integri & casti coniuges Deo seruire liberaliter: diuina studia indies colere diligentiùs. Eorum in vita tanquam in nitidissimo speculo se multi contemplantes, castum & purum illum matrimonii splendorem æmulati sunt Virgines, castique perpetuò permanentes. a Diuinæ huius virtutis plurimi coniuges reperti sunt studiosissimi, qui diuina ope fulti, per continentiam, hoc tanto exemplo proposito, fortissimos concupiscenciæ ac libidinis milites profligarunt. Eorum fama magna admiratione vniuersum orbem peruolitauit, eorum laudes annales testantur, quorum nomina sempiterna hominum memoria vigebunt. b Quis pudicitiæ colendæ non summo studio efferatur, si Henricum II. Imp. & eius vxorem Ghunegundem Augustam ætatis suæ florem & corporis perpetuam integritatem virginitati sanctè religioseque consecrasse, memoria repetat? O, de quo nulla vnquam ætas conticesceret, sanctissimũ & maximè admirandũ virginitatis exemplum! Vita excessurus Henricus hunc cum vxoris affinibus habuit sermonem: Vestrã vobis, quã mihi tradidistis Virginẽ habeatis: inuiolata, pura, & intacta est. Sunt ad immortalitatem consecrati

a *In matrimonio seruata Virginitas.*

b *Castarum nuptiarum exempla.*

crati Iulianus & Basilissa, sancti castique coniuges: qui non minùs propter puritatem castè ab eis seruatam, quàm ob martyrum, quòd pro CHRISTO fortiter subierunt, beata immortalique vita fruuntur in cœlo: in terris illi fama celebrantur, memoriaque & historiis decorantur. Iam verò Eduardus Britannorum Rex & Editha vxor magnificè propter castitatem, quam perpetuò in omni vita coluerunt, laudum suarum immortalitati satisfecerunt. Tandem nulla ætas Elzearii & Dalphinæ Gallorum Massiliencium laudes silentio præteribit, eorumque puritas & integra castitas in cœlo semper amplissimis præmiis summoque splendore decorabitur: qui virginitatem vna mente & voce consentientes DEO eiusque perpetuæ Virgini matri consecrarunt. Sed iam eos missos faciamus, qui à Virgine DEI matre, quæ omnibus singulare puritatis documentum fuit, sibi exemplum castitatis colendæ sumpserunt: ad splendidum & perlucidum huius Angelicæ virtutis speculum, ad integritatis verum exemplum; & omnium clarissimum, quod vniuersis ad imitandum, suspiciendum, & venerandum propositum est, reuertamur.

De

De læto Iesu Christi Domini nostri ortu.

CAPVT XII.

DVM Nazarethi MARIA Virgo diuina cœlestis partus diem expectat, *a* Ab Augusto Cęsare edictum, eius imperii anno *b* XLI, indicitur & peruulgatur, vt singulis in prouinciis nomina sua omnes profiteantur: ita vt eorum, qui sæculo illo vitam agebant, certus ac diffinitus numerus rectè sciri ac comprehendi posset. Vniuersi patres familias oppidatim & vicatim cum tota familia in ea ciuitate nomina dabant, ad quam oppida illa & vici pertinebant. *c* Iosephus vnà cum Virgine partui proxima in Bethlehemiticam ciuitatem; quę Dauidis eorum ascendētis paruerat imperio, statim nulla interposita mora, proficiscitur. *d* Quando quidem *a omnis a Deo potestas nascitur*, sese in Augusti Cæsaris ditione esse, palàm professuri, ac nomen eius potestari daturi erant. Idipsum diuino consilio factum esse, dubitandum non est. Cur enim ille media hyeme, difficillimo itinere, vim frigoris, quæ vix tectis sustineri poterat, patiens, cum grauida adolescentula in eā concederet ciuitatem? quā etsi patriā suā habebat, ibique prædia ac bona & ipse & Virgo possidebat: nullū tamē domiciliū, nec vllæ, in quibus habitaret, ædes sibi erant. Id profectò diuinitus accidit. Hic obiter venit in mentem cogi-

a *Augusti edictum.*

b *Cedrē. 150.*

c *In Bethlehemitanam ciuitatē profectio.*

d *Cedrē. 150.*

a *Rō. 13.*

cogitare, si mortali atque terreno Regi subiectum sibi terrarum orbẽ describenti, & censum nominis dati à singulis exigenti, obtemperatum est, quis non omnium rerum conditoris DEI, regis æterni & immortalis, iudicis viuorum & mortuorum tremendi alacer & promptus parebit edicto? Quis illi, qui orbem terrarum pugillo continet, qui rerum vniuersitatem nutu regit & moderatur, sẽ nomen dedisse negabit? quis ei non se subjiciet? quis denique seruitutis illi non libens officium exsoluat? Cùm Betlehem peruenissent Ioseph & MARIA Virgo, tũ quia nox oppressérat eos, tum quia defessi erant de via: & audientes omnia diuersoria maxima hominum, qui nomen Augusti potestati daturi venerant, multitudine occupata esse, nec vllum in diuersoriis locum, vbi diuerterent, reperientes, in præsepium mœnibus contiguũ se recipere decreuerunt. Præsepium illud erat in solo MARIÆ Salomes Virginis consobrinæ, quæ D. Annæ sororis filia fuit. Agrestis sanè locus & pastoritius, stipula & arundinibus consitus iumentis tantùm frequentabatur, quæ ibi pastores & agricolæ, vt diuersorii sumptui parcerent, reponebant. Eheu quò mortalium nunc ambitio & superbia progressa est? qui tam amplas & magnificas ædes, tam superba tecta iam ædificant, vt vix eos totus terrarum orbis capere posse videatur: cùm tamen Regi Angelorum nascenti

sciant

sciant diuersorium defuisse? Mirandum quidem est, cœlorum cùm nascitur Regi diuersorium deesse, illi immensæ maiestatis Domino, qui dicit, a MEA EST TERRA & PLENITVDO EIVS, ORBIS TERRARVM & VNIVERSI, QVI HABITANT IN EA. a Psal. 23.

a Cùm igitur peruenissent Bethlehem, completi sunt dies MARIÆ, vt páreret. Aduenit tempus diuinitus præfixũ, in quo misit DEVS filium suum factum ex muliere, factũ sub lege, vt homines ex tyrannide & dura teterrimi hostis seruitute in pacem ac libertatem vindicaret. b Impleti sunt, inquam, purissimæ Virginis, vt páreret, dies: vt nasceretur CHRISTVS ex Virgine Matre, & verus sol iusticiæ mundo diuturna peccati caligine oppresso illucescceret lætissimus. Est primùm nobis, vt pulchre obseruat Euangelista diuinus, puerperæ felicitas considerandą, cùm inquit peperisse, non autem parturisse. Nam verbũ parturire significat partus dolores sentire, párere cum dolore. Peperit planè sine dolore, quem cõcepit Virgo sine corruptione. c Quod multo quidem antè quasi rem iam gestam his verbis prædixit Esaias Vates sanctissimus: ANTEQVAM PARTVRIRET, *peperit*; *antequam partus adesset*, (hoc est antequam more cæterarum mulierum parturiret) *peperit filium*. Quis vnquam rem tantam, talem audiuit? quis post homines natos vidit? In reliquis omnibus feminis dolores partum antecedunt: Sed par-

a Luca 2.

b *Maria partus virginalis.*

c Esa. 66.

tus MARIÆ omni prorsus liber est dolore; quæ Dominum cum summo gaudio & lætitia, salua & integra virginali pudicicia, peperit. Nascitur Dominus ex muliere, vt verus homo demonstretur: nascitur autem ex Virgine, vt verus innotescat DEVS. Nam similis partus maiestatem suam decebat diui nam. De quo admirabili partu pios & elegantes conscribit Sedulius versus: quos hìc ascribere placuit:

Iámque nouem lapsis decimi de limine mensis
Fulgebat sacrata dies cum Virgine fœta,
Promissum compleuit opus, verbum caro factum
In nobis habitare Volens, tunc maximus infans,
Intemerata sui conseruans viscera templi,
Illæsum vacuit uer, pro Virgine testis
Partus adest, clausâ ingrediens & clausa relinquens.

Peperit igitur summo gaudio & lætitia perfusa filium suum Virgo diuina. Nulli vnquam matri extitit fœtus suus tam proprius, quàm MARIÆ fuit CHRISTVS Dominus. Reliqui omnes geniti sunt partim ex patris partim verò ex matris substantia: CHRISTVS autem Dominus, quod ad corporis substantiam attinet, totus fuit genitus ex Virgine matre. Quare totus CHRISTVS est MARIÆ verus filius. Nulla vnquam in mundo mulier inuenta est, quæ tam verè & propriè filii sui mater diceretur, quàm Virgo MARIA est & appellatur Mater Domini

mini nostri IESV CHRISTI. Ex quo etiam intelligi potest, CHRISTVM Matri forma simillimum fuisse. Etenim ex purissimo MARIÆ sanguine & carne, quæ cunctis mundi thesauris splendore dignitatis obscuritatem affert, de SPIRITV SANCTO conceptus, adeò Matri similis est, vt sicut illa omnium fuit mulierum pulcherrima; ipse etiam fuerit speciosus forma præ cunctis filiis hominum. De cuius pulchritudine extant Sedulii versus elegantissimi.

Quæ noua lux mundo, quæ toto gratia cœlo? Sedulius
Quis fuit ille nitor Mariæ, cùm Christus ab aluo
Processit splendore nouo, velut ipse decoro
Sponsus ouans thalamo, forma speciosus amœna
Præ natis hominum, cuius radiante figura,
Blandior in labris diffusa est gratia pulchris.

DEVS est, quem peperit MARIA, Virgo permanens illæsa. DEVM verò ex Virgine nasci decebat. Hæc est MARIÆ singularis excellentia, hæc dignitas infinita, DEVM ipsum habere filium suum. Quam laudem & præstantiam duæ tantùm consequutæ sunt personæ, Patris nempe diuina & humana matris Virginis persona. Quam Virginem esse voluit altissimus, vt purus ex ea filius nasceretur & mundus, ad omnium maculas & peccata delenda. Eandem humilem etiam esse placuit; ex illa itidem vt mitis nasceretur, & humilis corde, quo cūctis mor-

talibus huiusmodi virtutum necessarium exẽplum præberet. Igitur vt quæ Sanctũ sanctorum paritura erat, sancta corpore esset, accepit donum virginitatis: vt etiam pura animo esset, humilitatis est gratia donata. O felix mulier, quæ castis suis visceribus liberatorem mundi suscipere meruit, & ipsum DEVM, nobis vt vitam daret, párere. Obstupescès sanè, nec mirari satis poteris, si te ad duas res inter se repugnantes & contrarias omnino mente & cogitatione conuerteris: puer siquidem, qui nascitur, DEVS est; & Mater, ex qua nascitur, Virgo est, atque ipse partus prorsus dolore liber ac solutus est. *a* Cuius virginitas in propheticis litteris passim cõmendatur. *b* Quã præsignauit *Gedeonis vellus rore madens; tota terra manente siccata.* *c* Vellus, cũ sit de corpore, nescit corporis affectiones & perturbationes; sic virginitas, cũ sit in carne, vitia carnis ignorat. Vel certè, quid vellus ouis, de quo vestitur pastor, nisi caro Virginis, de qua vestitus fuit pastor omnium DEVS? Huc pertinent illa Dauidis Regis verba: b *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* Antequam filius DEI homo fieret, propter peccatum, tota terra erat procul dubio sicca; sed vellus, hoc est Virgo MARIA, cœlestis gratiæ rore madefacta: quia cœlestis imber, hoc est DEI filius, in virgineum vterum placido descendit illapsu, & tota dietatis vnda in MARIÆ integram aluum confluxit. MARIÆ virginitas

a Præsignata a prophetis Virgo.
b Iud. 6.
c Vellus caro Virginea Mariæ.
b Psa. 71.

ginitas fuit gratissima DEO; quia ex animo & libenter est oblata. O Domina præter cæteras mulieres illustri laude celebrata, quæ, nullo tali exemplo proposito, tuam liberam voluntatem ad illud contulisti, quod mulierem cœlestem ac diuinam efficere potest, corporis simul puritatem cum pari animi munditia mirabiliter coniungens. Tu sola Regina cœli te totam DEO addixisti & consecrasti, & virginitatis perpetuum & inuiolabile votũ acriter animo suscepisti, & cum virginitate corpus, animam, studia, cogitationes, mentem denique omnem sempiterni numinis maiestati constantissimè obtulisti. Æquum erat profectò eam, quæ DEI Mater & sponsa futura erat, virginitatis splendore decoratam esse, & ab omni sorde labeque peccati liberã, In quam non solùm peccatum non caderet, sed etiam peccandi facultas ab illa longè abesset. Quam talem fingere, non solùm Domini decuit maiestatem, verùm ad eius etiam operum pertinuit perfectionem. Nã & oportebat, aliqua vt esset creatura ab omni casta & incorrupta peccato, purior Ioãne Baptista, Hieremia, & cæteris sanctificatis. Ad MARIÆ igitur virginalem pudiciciam reuertentes, dicimus, eam longè cœlestibus astris purioré fuisse, Angelis castiorem atque splendidiorem. Vt ob singularem virginitatis laudem appelletur Virgo singularis ab Ecclesia sancta. Vt nec primam similem visa sit, nec habere

bere sequentem. Sola MARIA, nullo proposito exemplo, singulari inter omnes excelluit virginitatis laude: quæ cùm Virgo sit, eadem & Mater est: & cùm Mater sit, Virgo simul etiam est. Quòd autem æternus Pater coæternum sibi filium ex Virgine hominem nasci voluit, id infinitam Virginis dignitatem facilè declarat. Quo in opere admirari licet summam DEI potestatem cum nostra salute coniunctam. Quam sacrata Virgo amplissimis extollit verbis: d *Fecit*, inquit illa, *potentiam in brachio suo.* Nihil enim est, quod diuinæ bonitatis opes ac diuitias expressiores reddat & illustriores, quàm humanæ salutis opus, & virginitas cum maternitate coniuncta. Quid enim admirabilius dici omnino aut cogitari potest, quàm vt quæ mulier Virgo est, eadem & Mater sit; & quæ Mater est, eadem & Virgo sit integerrima, atque vt hæc duo tam contraria & inter se pugnantia simul in Maria genitrice DEI summo consensu coniuncta reperiantur? Apparet quidē in hoc opere diuinæ potestatis vis & magnitudo. Quod quidem opus eò spectauit, vt nobis salutem, pacem, & libertatē amissam redderet, & gratiæ muneribus exornatos DEO Optimo Maximo filio suo adoptaret. a Hæc cæli Regina est nobilis illa stella orta ex Iacob, cuius radius vniuersum terrarum orbem illustrat. Quod quidem nomen est Virgini aptissimum. Vt enim sidus sine sui corruptione

d *Lucæ 1.*

a *Bernar. homil. 2. super Missus est*

ne suum emittit radium: sic etiam Virgo salua virginalis pudicitiæ integritate peperit filium. Nec sideri radius suam minuit claritatem, nec Virgini filius suam integritatem: sed eam potiùs clariorem efficit atque illustriorem. Quemadmodum igitur conceptio ipsa admirabilis fuit; ita & in eius ortu nihil non diuinum & admirandum licet agnoscere. Nam & Spiritus sanctus, cuius virtute hoc tam admirandum opus effectum est, ita in filii conceptione & partu Matri affuit, vt & illi fæcunditatem dederit, & perpetuam virginitatem conseruauerit. *a* Atque perinde vt Christus Dominus ex sepulchro clauso & obsignato egressus est ad discipulos, *b* vel vt à rebus, quæ natura fiunt, discedamus, quemadmodum solis radii concretam vitri materiam penetrant, sic & altiori modo CHRISTVS Dominus conceptus est, & ex Virgine sine vllo maternæ virginitatis detrimento natus. Imò vt solis radiis percussum vitrum longè fit splendidius, sic etiam MARIÆ virginitas, post CHRISTVM iustitiæ solem ex illa natum, reddita est clarior, illustrior, purior, atque splendidior. CHRISTVS igitur, vt Ecclesia Catholica firmissima veritatis columna apertè profitetur & prædicat, de Virgine natus Matris integritatem non minuit, sed sacrauit. *b* Hæc est igitur nobilissima stella ex Iacob exorta; cuius luce omnis vbique angu-

a *Catechismus Romanus ad parochos num. 30. Ioan. 20.*

b *Catechismus ibidem. Aug. tra. 121. in Ioan. Gregor. Hom 26. in Euangel.*

b *Bernar. vbi supra*

lus interluceat & splendet: cuius splendor & præfulget in supernis, & inferos penetrat, terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes, quàm corpora: fouet virtutes, excoquit vitia. Quisquis in huius miseræ vitæ scopuloso nauigas mari, quoties procellis ac tempestatibus iactatus fueris, respice hanc stellam, ea tibi semper ante oculos versetur, ne dejicias oculos à fulgore huius sideris, nisi velis obrui procellis. Ipsa enim est præclara & eximia stella super hoc mare magnum & spaciosum necessariò subleuata: micans meritis, illustrans exemplis. Suspice, inquam, hanc fulgentissimam stellam, opem implora MARIÆ, appella illam, quoties superbiæ vndis, ambitionis, detractionis, iactatus fueris. Si iracundiæ, aut auaritiæ, aut libidinis æstu mētis nauiculam abripi videris, voca MARIAM. Si criminum immanitate perturbatus, scelerum conscientia conuictus, diuinæ seueritatis extremique iudicii horrore perterritus, baratro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abysso, cogita MARIAM. Quæ statim animi tui sedabit tempestatem, motos cordis componet fluctus, suaq; fulgenti facie & fulgore diuino animum tuum, discussis tenebris, illustrabit. Non igitur dubites, eam in rebus turbidis & afflictis implorare. Quam si piè inuocaueris, statim illos in te conuertet sole splendidiores oculos. Quam vt tibi deprecatricem

apud

apud DEVM concilies, totus in eius imitationem incumbe, illam tibi exemplũ propone. Quam si ducem sequare, non errabis; si illam difficultatibus affectus cogites, reperies leuationem malis; si in rebus dubiis adhibueris, certum erit & exploratum, quid potissimũ sequare. Ad Virginem, illis & similibus vsus verbis, supplex accede: Me, ó Virgo MARIA, sanctissima DEI genitrix, labantem excipe, nutantem confirma, iacentem excita, perditũ recrea, errantem in viam reuoca, meis rationibus consule, fac denique, vt sicut sancti nominis tui, quod est MARIA, vim, potestatem, maiestatem, & amplitudinem firmiter constanterque credo, sic etiam præsidio tuo muniar. *a* Hanc sanctissimam Virginẽ præmonstrauit aureum illud candelabrũ visum à Zacharia, quod ardentem lampadẽ continebat, DEVM scilicet humana carne indutum: erat autem aureum, quia DEI genitrix post partũ Virgo inuiolata permansit. O virginale candelabrum, quod ignẽ, qui extingui nõ potest, ex altissimo throno concepit, Patri consubstantialẽ, lumen de lumine, ad omniũ rerum illustrationem. O candelabrum virginale, quod totius orbis terrarum tenebras discussit: O virginale candelabrum, de quo per Regium Vatem dixit DEVS: *a Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo.* *a* Hæc Virgo diuina est porta orientalis glorioſi templi, quam præuidit Ezechias, sẽpẽr clausa, per

a Zach. 4.

a Psa. 131

a Eze. 44

quam ingreditur & egreditur Pontifex æternus, CHRISTVS DEVS noſter: in cuius cõceptu & ortu Virgo permanſit integra atque inuiolata. Iſtam Virginem Dei genitricẽ prẽſignauit prima lux illa, quam creauit DEVS primo die, quo mundus ante ſolem conditus eſt, quæ tenebras, quibus orbis circumfuſus erat, & tanquam chaos & abyſſus obſcura, diſpulit. Eandem præmonſtrauit rubus ille, quem viderat Moyſes incombuſtum: quæ ſine peccato concipiens, ſuam conſeruauit integram atque intactam virginitatem. Lilium eſt Virgo diuina, quod florem produxit immarceſſibilem, & fructuoſiſſimam veritatis vitem: quæ tametſi * putata non eſt; fructum tamen nobis dedit maturum & admirandum, nempe CHRISTVM ipſum. Beatus Epiphanius contemplans beatam Virginem tot tantiſque ornamentis ac donis excultam, tot gratiis ac dotibus ornatam, inprimis autem virginitate, quæ benedictum fructum IESVM edidit nobis, his verbis appellat illam: Dic nobis, ſantiſſima Virgo, quomodo talem nobis dediſti fructum? Qua ratione cõæternum Patri & conſubſtantiale verbum in vtero tuo concepiſti, & Mater Dei in terris facta fuiſti? Ad hæc reſpondet ſacratiſſima Virgo, dicens: Ego permãſi Virgo pura & intacta, quamuis concepi, & facta ſui verbi Dei, quod in me habitauit, clariſſimum puriſſimumque tabernaculum. In ventre meo portaui

* *Vindemiata non eſt.*

tãui magnum Emanuelem, de vtero meo carnem suscepit verbum Patris. Quod quamuis inuisibile sit, factum tamen est visibile: quia nostræ humanæ fieri dignatus est particeps naturæ. Sine virili consortio peperi DEVM, post cuius partum Virgo inuiolata permansi, &, si dici potest, illustrior & purior, quàm antè. Peperi sine dolore; longè aliter quàm reliquæ mulieres; longè alia fuit partus mei ratio, quàm illarum. Solus DEVS, qui de me carnem humanam assumpsit, hunc meum partũ nouit, præterea nemo. Sed quo tandem modo intelligere poterat humana & Angelica natura? Cùm omnes fieri non posse putarent, vt quæ Virgo erat mulier, eadem & mater esset? Quid admirabilius Matre Virgine fieri potest? Satis non constat, vtrum maius sit & mirabilius, aut Virginem concepisse, aut Matrem post partum Virginem illæsam permãsisse. Hæc tam admiranda sunt, tam alta & diuina, vt nemo intelligere possit præter ipsum DEVM, d *qui admirabilis est in Sanctis suis*; multo verò admirabilior in matre sua. Vide, quãta est in Virgine puritas; illam diuinis oculis gratã sic appellat Deus, b *tota pulchra es amica mea, & macula nõ est in te.* MARIA Virgo est illa nubes, qua verus sol est obũbratus: eius siquidẽ beato vtero incluſus fuit Christus sol iustitiæ. Vnde mutua facta est amborũ proprietatũ admirabilis cõmunio. Nã & Maria solem induit sua carne, sol autẽ ipsam vicissim luce

d *Psa. 67*

b *Cant. 4*

sua

sua illustrat, & vniuersæ terræ atq; cœlo splẽdore ostẽtat decoratã. Quare tota sicut sol claresci: nihil quicquã in illa tenebrosum appareat. MARIA igitur tota est sol, quia in ardẽtissimũ, quo semper in DEVM pariter & sponsum suum incensa fuit, conuersa est amorem. Quare suo iure solis sibi nomen eadem vendicare potest. Enimvero nihil apparet in Virgine non admirandum; excellit rebus omnibus creatis amplitudine dignitatis, d *Cui magna fecit Deus, qui potens est*, quæ nec primã simile visa est, nec habere sequentẽ. Tãto altior est & excelsior sacra Virgo mortalibus & cælitibus, quanto altius præ illis adepta est nomen: est enim & appellatur verè & propriè Mater DEI. Cuius nominis dignitatem ipsa tueri ac sustinere potuit sola; præterea nemo, Virgo gignit, ô res admiranda, nec ante visa nec audita: Virgo, inquam, gignit & parit factorem suum, DEVM ac Dominum suum, filia Adami æternam parit Deitatem, virginitas concipit, & ex vtero suo filium educit æternum ac diuinum. Ista sanctissima Virgo sua perfectione postremam attulit perfectionem humanæ naturæ, cunctisque totius vniuersitatis rebus. Quod vt melius possit intelligi, illud nobis constituendum est. Quamuis DEVS, cùm orbem condidit, omnia fecerit perfecta & absoluta: tamen vltimam perfectionis manum vsque ad Virginis partum reseruauit. Omnia entia ens quoddam

d *Luc. 1.*

exp e-

expectabant nobilissimum: omnia, quæ sapientia prædita sunt, sapientiam nobilissimam, omnes conceptus conceptum nobilissimum, omnes ortus ortum quendam nobilissimum, omnes rerum naturæ spiritualem quandam naturam præstantissimam requirebant: ac tandem, vt vno verbo dicam, omnes creatæ res certam rem creatam desiderabant optimam, atque omni ex parte perfectissimam. Cùm esset igitur rerum vniuersitas hoc tanto perfectionis incensa studio, illi satisfecit præpotens DEVS hac sanctissima Virgine: cuius vnicus, singularis, diuinus, ac optimus partus summam ac supremam omnibus cuiusuis generis creatis rebus attulit perfectionem. Nec verò rerum solùm vniuersitati vltimam reddidit perfectionem, sed ipsi etiam creatori ea, quibus antea carebat, impertiuit. Etenim dedit summo rerum omnium principio principium, æternę deitati periodum temporalem, immensæ magnitudini corporalem quantitatem atque mensuram, sempiternæ denique pulchritudini nouam adiunxit speciem & formam. Vnde dixit Dauid SPIRITV completus diuino: m *Omnis consummationis vidi finem.* Nascitur ergo CHRISTVS DEVS sine vllo maternæ virginitatis detrimento, vt solis radii vitri concretam penetrant illæsam materiam; & altiori modo. Quod quidem mysterium nisi fides credat, m *Psal.118.*

ratio

ratio non assequitur: longè namque humanam superat intelligentiam. In quo credentes Dei sapientiam & bonitatem suspicimus & adoramus. Signum planè magnum & admirandum, quod DEVS fecit, illud est, quòd Virgo Angelis, astris purior, sole pulchrior, cœlesti rore madens, hoc est Spiritus sancti gratia plena, concepit, & diuinam humanāq; prolē in vnā conuenientem personā peperit, integra manens & inuiolata. Istud ergo mysteriū est magnū, quòd quæ Virgo est, Mater est, & quæ mater est, eadē & Virgo est. Illud natura miratur, Virginē sanctissimā supra omnes mulieres benedictā virginalibus simul & maternis, tā distantibus tamq; inter se repugnātibus, inseruire officiis. Hoc admirandū est, vt quæ prole gaudet, virginali pudore nitescat. Illud naturæ modū & ordinē superat, vt quæ virilis consortii ignara est, diuino grauida fœtu fiat. Hæc est verè rei nouitas nunquam audita nec visa, vt Virgo intacta nesciens virum verbo concipiat filium. Hoc omnem superat tàm Angelicam quàm humanam intelligentiam, vt claustro virginitatis non violato, sed integro & obserato, filius ex illa nascatur. At qui filius? DEI filius DEVS. Talem matrem haud alia proles, quàm diuina, decebat. Tali filio talis mater digna erat. Qui vt Patrem in cœlis habebat, sic etiam matrem in terris voluit habere. MARIA Mater IESV est illa *sanctificationis arca*, de qua dixit Dauid: b *Surge Domine in requiem tuam,*

tu

tu & arca sanctificationis tuæ. Exurge Domine de sinu Patris, & accede ad requiem, quam ames, nempe ad vterum Virginis. Quæ surgat etiam oportet, vt matet tua, *& arca sanctificationis tuæ.* Nisi enim surrexeris, clementissime Domine, de sinu Patris, & veneris ad virginale gremium matris, humani generis, quæ miserrimè iacet, natura minimè subleuabitur, non ad aspiciendam lucem conualescet, non ad spem immortalitatis reuiuiscet: neque tu, Domine, possessionem tuam, quam hostis tyrannidè oppressam tenet, recuperabis. Exurge igitur Domine de sinu Patris, vt ex MARIÆ virginali vtero nobis nascare. Cùm igitur nulla tibi opus sit in cœlis requie, vt qui omnium, quas creasti, rerum vera es requies, vera Angelorum lætitia, & in terras de sinu Patris descenderis, vt nostræ salutis causa labores subeas, & dolores sustineas; æquum quidem est, vt hîc in sinu purissimæ Matris requiescas. Quæ tibi, quantum potest, indulgebit, in cuius tu vultu, oculis, fronte, & venustate facilè omnes dolores molestiasque ex mortalium peccatis susceptas placatus depones. Hanc igitur sanctificationis arcam, vbi pretiosa margarita recondita fuit, nempe CHRISTVS IESVS, colimus & obseruamus, perpetuam MARIÆ Virginis integritatem, & illibatam virginitatem diuina prole sacratam, materna dignitate illustratam

suspicimus

tur; lux, quæ vltimas terrarum oras perlustrat, vt omnes in sanctissimam Triadem credant; b lux, quæ dixit, *Ego lux sum mundi.* & *ego lux veni in mundum.* Pastores hanc noctem audierunt ab Angelo appellari diem: quia cùm illis Saluatoris nunciauit aduentum, dixit; b *Ecce vobis natus est hodie saluator mundi.* Iure quidem optimo Angelus hanc noctem vocauit diem, cùm illis lætissimum nuncium attulit per diem significatum: sicut contrà per noctem tristitia signatur. Verè dies fuit illa nox, siquidem ea ortus est sol super terram. *Nox,* inquit Propheta, *sicut dies illuminabitur.* Quę quidem nox iustitiæ sole illustrata, tenebris discussis, homines illustrauit; grauè, quo' oppressi eramus, somnum dispulit, & nos ad cælestium rerum cupiditatem, præsentis vitę caducis rebus neglectis, vocauit. Quoniam autem hæc nox clarissima fuit, quòd vera in illa lux orta fuerit, ob eam rem est præter cęteras omnes toto terrarum orbe celebrata: in qua & homines & Angeli simul conueniunt ad laudes Regis orti super terram amplissimis vocibus, dulcissimis cantibus, & omni genere musicorum celebrandas. Natus fuit horrida & acri hieme Redemptor generis humani, è Virginis vtero, eius animi & corporis puritate seruata. Non casu, imò diuinitus lux nostra se terris immisit hieme, tanta frigoris vi, nocte obscura. c Nã, *& hyems, æstas, dies, & nox sua sunt.* Cæteri infantes minimè sibi deligunt, tẽ-

b Ioã. 8 & 12. g

Lu. 2. b

c Psal. 73.

pus, in quo in hanc lucem edantur. Nam cùm vix viuere ac spiritum ducere incipiant, quid optimum sit, iudicare non possunt. CHRISTVS autem quamuis homo erat, æternus etiã DEVS erat, & eadem, qua nunc sapientia erat; quippe qui DEI virtus & sapientia erat. Nascitur igitur CHRISTVS DEI filius, cui liberum erat tempus deligere, quod volebat, tempus elegit asperius, durius, inclementius natiuitati suæ: vexari etiam voluit sanctissimę matris inopia. Cui vix erat pannorum, quibus filium suum inuolueret, facultas, & præsepe, in quo reclinaret. *a* Qui cùm apricatione tantopere indigeat: tamen pelles, quibus operiatur, & frigoris vis pellatur, non video. Primus Adam induit sibi tunicam pelliceam: secundus verò infantilibus inuoluitur pannis: Non id est iudicium mundi: Atque ita fit, vt toto aberret cælo; quia est prudentia carnis: quæ quidem mors est & inimica DEO: apud quem stultitia iudicatur. Quid? cur CHRISTVS Dominus, qui non fallitur, elegit quod carni molestum est & graue? Ergo hoc melius est, vtilius, & quod eligatur dignius. Quicumque autem aliud præceperit aut suaserit, ab illo cauendum est tãquã à seductore. Tametsi horrida & acri hyeme natus est ex Virgine Seruator noster: tamen, vti vere nouo, frondentia ac virétia omnia lætissimè floruerunt. Tempestas, qua tandiu aperto in mari iactati sumus, commutata est, & in tranquillum collata. Quin etiam diuina

a Bernardus in natali Domini.

nia pietas, instar amnis ex altissimis montibus profluentis & summas ripas superantis, vt vniuersum totius orbis incendium funestæq; faces restingueretur, ad populos omnes vberrimè defluxit ac descendit. b *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.* Benedictus DEVS, *b* qui nimia nostri charitate incensus nobis dedit filium suum vnigenitũ Dominum, *d Redemptorem, atque inter Deum & homines mediatorem, & qui nos in sanguine suo Deo Patri reconciliauit.* Sed quis est patronus iste, qui nascitur in stabulo, iacet in præsepio pannis, sicut cæteri, inuolutus, vagiens, vt alii esse solent infantes? Verè magn⁹ est patronus, & hanc diligentissimè agit personam & vilissimè. *a* Reuera infans est, sed infans DEVS, *a Infantia saluatoris* cuius non tacet infantia. Quid autem loquitur? verba solatii & lætitiæ plenissima, dicens: *Consolamini, consolamini homines, ecce ego vobiscum.* Stabulum, in quo nascitur; præsepe, vbi reclinatur; lachrymæ, quas fundit; clamãt apud Patrem, petunt ab eo salutem, pacem, & libertatem. Clamat stabulum, & profitetur, hunc Dominum nostra vulnera curare velle. Clamat præsepe, & fatetur se continere cibũ hominis, qui propter peccatum iumentis fuit insipientibus comparatus. Clamant etiam eius lachrymę, vt illis nostra vulnera abstergamus atque curemus. Nihil enim isto-

b 2 Cor. 1.

b Ephe. 2.

d Ro. 5.

tum CHRISTO opus fuit, sed nobis. Etenim hæc omnia, quę primùm in ortu suo, deinde reliquo tempore ad mortem vsque crucis, dura & aspera perpessus est, electorum causa sustinuit. Laudetur etiam atque etiam ob tantam pietatem ac bonitatem. Vt primùm CHRISTVS IESVS lux nostra ex Virgine ortus se terris immisit, debilitatæ sunt ac fractæ Satanæ vires, eius compressa est superbia: sæuus ille mucro, quo omnia cruciabantur, retusus est: fauces, quibus inhiantibus mortalium animas inexplebili cupiditate deuorabat, compressæ. Licet nobis, ad cælū Virginem tum mente elatam fuisse, contemplari: ac DEO apertè viso clareque perspecto, nec opinantem peperisse, meditari. Virginalis partus doloribus, quibus reliquæ premuntur & vexantur mulieres, liber fuit omnino, & omni gaudio cumulatus. Existimant sancti viri, dum cælestis illa meditatio rapuisset eius mentem, nube fuisse consceptam, vt neque à Iosepho, dum ederet partum, visa fuerit. Imò vbi Angelorum dulciter & concinnè canentium voces Iosephus audiuit; omnibus illic rebus consulgentibus, & cælestem vocem MARIA, mente in cælum rapta, emittente, ab ipso etiam religiosè actum illum meditatum & piè veneratum fuisse. Peperit igitur Virgo integerrima, pulcherrimo virginitatis flore intacto, virginitateque sua ante partum, & in

partu, & post partum, conseruata, IESVM CHRISTVM DOMINVM NOSTRVM AETERNVM DEVM, panniſque inuolutum repoſuit in præſepio. Quem ex virginali vtero ſuo editum, vt æternum DEVM adorauit, & vt filium ſuum maximo amore amplexa eſt & oſculata.*a* Quo die fecerat DEVS luminaria, eo CHRISTVS natus eſt. Ille dies IIX. Kal. Ianuarii lætiſſimus ac feliciſſimus illuxit, anno de vrbe Roma condita DCC III, Cosso Lentulo & L. Calpurnio Piſone Coſſ., imperante iam Auguſto annos XLII. Cyclus ſolis erat XIIX, lunæ verò XV. Ac, ſicuti matris vtero non aperto conceptus, ita clauſo natus eſt. Cùm primùm ortus eſt ſol iuſtitiæ ex MARIA Virgine, clara & lucida aurora, ſubitò Angelus, veluti ſol, fulgidis luminibus ſplendeſcens, omnia illic luce complens, paſtores, qui non longè à Betlehemitana ciuitate gregis cuſtodes aberant, conuenit. Tanta luce oblata, tam inſolito ſplendore, eorum oculi præſtricti ſunt, & iidem perterriti & præ ingenti admiratione muti facti paulum ſteterunt. *b* Quos Angelus à timore deductos bono animo eſſe iubet, & ait: *Nuncium vobis affero latiſſimum & optatiſſimum. Hodie in Danidis ciuitate natus eſt, qui ſalutem humani generis conſtituet.* Quod vt certum exploratumque habeatis, illic infantem reperietis poſitum in præſepio & pannis inuolutum.*c* Pannis inuolutus eſt,

a Chriſti natalis.

a Cedrē 143.

b Luc. 2

c Chriſti humilitas

Christus, qui vniuersum orbem varia conspergit pulchritudine; nos vt primam innocentiæ stolam recipiamus. Omnium rerum autor & effector manus, pedesque fasciolis astringitur, vt manus nostræ præclaras suscipiant actiones, pedes nostri per viam mandatorum DEI in cælum expedito cursu contendant. Hinc idem, qui suprà, pius Poëta decantat:

O facilis pietas, ne nos seruile teneret,
Peccato dominante, iugum, seruilia summus
Membra tulit Dominus, primaq; ab origine mũdi
Omnia qui propriis vestit nascentia donis,
Obsitus exiguis habuit velamina pannis.
Quemq; procellosi non mobilis vnda profundi,
Terrarum non omne solum spatiosaq; lati
Non capit, vlla poli puerili in corpore plenus
Mansit, & angusto Deus in præsepe quiuit.

Elegit igitur stabulum & præsepe, pecudum habitaculum, vt intelligas, Christi fidelis, hùc Dominum esse, qui erigit de puluere egenum, atque hominum iumentorumque salutem conseruat. Itaque cui cælum sedes est, præsepis angustiis concluditur, vt nobis cælestis regni sedes dilatet, & terminos latissimè proferat. Angelorum qui panis est, iacet in præsepio, nos vt carne sua * pasceret. Dei filius factus est fœnum, id est animalium rationis participum cibus: Ob eamque causam iacuit in præsepio. *b* Nam *omnis caro fœnum est.* Cognoscat igitur bos possessorem suum IE-

* Pasc. cat.

b Esai. 40. & Eccl. 14 c.

SVM

EVM CHRISTVM, cognoscat præsepe Domini sui, hoc est sacri altaris mẽsam, & sumat inde cibum vitæ. Festina, domus DEI animal, propera fidelis anima in stabulum, & confidenter infanti die vagienti: *a* Visne, ô Rex Regum, & omnium laudandarum rerum autor & effector, vis ne, inquam, vt auream tibi fasciolam apportem? preciosa te veste ornem? palla inaurata induam? vis ne seruorum ancillarumque, qui tibi seruiant, gregem adducam? Vis ne, lautissimas conquisitissimasque vt epulas Virgini matri tuæ apponam? Mox infans tibi respondebit: nihil istorum desidero; nec istiusmodi rerum causa huc veni: *c nam meus est orbis terra, & vniuersi, qui habitant in eo.* Non veni ministrari, sed ministrare. *b* At si mihi cupis placere, offer hic omnia peccata tua, offer mihi acerbissimum doloris sensum ex offensione numinis mei susceptum. Da mihi lachrymas, præsta perfectam à peccatis ad pœnitentiam conuersionem. Nam eo de cœlis ad terram descendi, *d* vt in meo corpore omnia peccata tollerem & penitus abolerem. Redi ad me ex animo, libenter, te vt sanem & conseruem. Non enim veni iustos vt vocarem, sed peccatores. Vt primùm igitur Angelus, qui ad pastores loquutus est, finem dicendi fecit; innumera serè cœlestium multitudo, suauiter ac modulatè canens, præclaris vocibus ac serenis aërem replens, hæc verba dul-

a *Adhortatio pia.*

c *Psal. 49*

b *Christo pro nobis nato quid assereduũ.*

d *Ioã. 1. & 1. Pet. 2.*

cissimo

a Luc. 2. cissimo edidit sono: a GLORIA IN ALTISSIMIS DEO, ET IN TERRA PAX HOMINIBVS BONÆ VOLVNTATIS. Hæc vbi dicta dederunt, statim in cœlum conscenderunt. Pastores autem ad se reuersi & ex admiratione, in quam rapti fuerant, egressi, nulla interposita mora, Bethlehem festinant. Illic pannis inuolutum & in præsepio positum infantem vident, atque MARIAM & Ioseph um adstantes reperiunt. Quæ sibi ab Angelo nunciata fuerant, vera esse comperiunt. Pastores gaudio & lætitia gestientes, id ipsum vt patefieret & in manifesto esset, diligentissimè curabant. Quorum sermone & prædicatione, eius nuncii fama totam illam regionem peragrauit. Interim hæc omnia in corde suo conferebat & conseruabat Virgo: admirabanturque omnes qui hæc à pastoribus audierant. Sed illi Dei ortu lætissimi, bonorum omnium largitori summas gratias agentes, se ad gregem sisum retulerunt. Illuc autem properanter tota ciuitas conuenisset, vt Regi suo honorem deferret, atque illum magnificentissimo cum puerpera hospicio reciperet, nisi diuinitus statutum esset, vt nondum omnino filii sui in carne ortus manifestus esset. Nam quamdiu in humanis esset, à paucis erat cognoscendus: quippe quem sæpe ludibrio haberi, illudi, derideri, ac despici oportebat. a Quamobrem ad eius comprobandum ortum, satis superque visum est pa-

a Christi Seru.

storum

florum testimonium. Quid quòd id ipsum expressis alibi manifestisque signis, vt nulli dubitandi locus relinquatur, patefactum est ac declaratum? *b* Primùm enim templum pacis Romæ ita extructum, æternum vt diceretur, ea nocte corruit. *c* Pòst Engadi vineæ, quæ vberrimè balsamum efferre solebant, licèt horrida tunc esset hyems, diuinitus floruerunt, floribusque consperſæ visæ sunt. Romæ iridem è fonte, vnde purissimæ aquæ fluere solitę erant, totum illum diem oleum copiosè manauit, & in Tiberim celerrimè decurrit. *d* Quod certè apertissimè declarauit, tunc Dei misericordiam vberrimè è cælo defluxisse, ac super terras effusam fuisse: eamque diuinę clementiæ vbertatem subitò cęlo demissam, qua omnes terrarum orę quantumuis licèt remotissimæ rigari possent. Fontem perennem & inexhaustum aperuit misericors Deus, atque illic tunc ad nos pietas profluxit. *a* Eodem die aureus in sole orbis perspectus est. Illius in medio Virgo fulgentissimis radiis pręcincta, quę lactentem puerum in sinu gestabat, apparuit. *b* Consulta ab Augusto de ea re Sibylla, quæ vnà cum aliis mirifico erat in MARIAM Virginē studio & summa pietate, respondit: quem in sinu Virginis paruulum infantem vides, ô Auguste, maior te est: illum prostratus supplex adora, ac proiectus sanctè venerare; prosterne te ad eius pedes. *a* Cæterùm ille Dominus, qui nos in

Dei erga suos signa ac testimonia.

b Canisius 453

c Landulph. capit. de natiuit. Christi

d Oros. hist. l. 6 cap. 18.

d Canisius 706.

a Landulphus C. de Christi natiuit.

b Sibyllarum ergo Virginem sub maregio.

a Pacis tempo-

dulcissimam pacem & libertatem vindicatos Patri reconciliauit, Patri æqualis è puella Virgine tunc natus est, cùm vniuersis terrarum orbis dulcissima pace compositus esset. Vt primùm salutis nostræ autor & amator natus est, sicuti cæteri solent infantes, dicitur vagisse. Vox illa querula præsignabat miserias, quibus vti homo propositus, ærumnas innumeras, quę sibi obiectę proprio sanguine persoluendæ essent. Eo vagitu à cęlesti illa meditatione, quæ totam eius mentem rapuerat, excita Virgo, humi proiectũ infantem videt. Quem summa fide ac pietate colit, ac velut æternum Deum sancte ac religiose veneratur. Confulgebat illic, solis instar præsepium. Puerum magna frigoris vi & hyemis asperitate natum bos & asellus anhelitu fouere. Asellum Mariæ iumentum, crediderim. Dum enim propè partus instaret, quauis eo, à quo potiùs levabatur, grauata non esset: tamen iter pedibus conficere par non erat. Bouem ab aliquo villico illic in præsepio repositum existimarim. Cęterùm mater sanctis vberibus & cælo plenis infantem lactare, quàm diligentissimè ac studiosissimè alere, tractare molliter, ac delicatè, semper timere, ne teneri artus aut membra aliqua in parte læderentur. Petebat ille mammam, mater collo manũ & brachia leniter supponens, molliter filium eam lexabatur. Tum illa multa secum animo volutabat, fixis oculis dulcem natum intuens.

a Pri-

a Primùm cogitauit, quantis se cæli sempiternus Rex laboribus exposuisset. Deinde eius diuinitatē agnouit: quia nullos suus partus dolores perpessus est. Tandem intellexit, homini antea misero ad Dei gratiam aditum patuisse. Quod quidē ex Angelorum cātu perspectū est. Quorū suauissimis vocib⁹ & cōcētib⁹ æther dulcissimè personaret. Etenim Virginis pastorūq; ad aureis Angelicæ voces de cælo delapsę peruenerāt, verbaq; illa exaudita sunt: a GLORIA IN ALTISSIMIS DEO. Sed dum sancti Angeli lætitiam suam apertè declarant, & Dei laudes modulatè canentes amplissimis verbis enarrant, consideremus etiam atque etiam quanta cacodæmones tunc ægritudine contabuerint, quàm detestabiles voces eructarint, quas execrationes e impuriſſimis faucibus euomuerint, quanto in squalore quantoque in luctu fuerint. Rex ille ex Virgine tunc editus est, à quo Satanæ superbia & arrogantia comprimenda erat, impetus frangendi, tela retundenda. Homini enim lapso ita restitutam oportuit amissam Dei gratiam: vt quia hostis noster perennis in fraudem illexerat mulierem, ipse itidem per mulierem Virginem vinceretur, atque funditus euerteretur sceleſtus ab eius filio diuino. Quid iam tibi pro tuo diuino partu, pro filio Dei, quem nobis Seruatorem peperisti, Virgo mater, mundus referet? quas tibi gratias humani generis fragilitas habebit & a-

a Damasc. ortho doxa fid. lib. 4. c. 15.

a Lu. 2.

get?

tus, clarissimis trophæis amplissimè ornatus, celeberrimis triumphis & clarissimis victoriis ex perenni hoste, peccato, & morte cum summa gloria & splendore nominis sui reportatis, post suam à mortuis resurrectionē ascensurus erat. Sed hîc obsecro paulisper immoremur, & sempiterni Regis, dum natus est, summam humilitatem ac demissionē cōtemplemur, & quantopere ad huius virtutis cupiditatem exarsit rerum omnium præpotens Dominus etiam atque etiam consideremus. Quid? num cæli Regem purpurei panni, auro intertexti multo opere perfecti, gemmisve distincti, aut margaritis illuminati texerūt? Num regio apparatu exceptus, pretiosisq; vestibus indutus aut exornatus est? Quid cæli ac terræ maiestate humilius esse potest? Natus est media hyeme, non in ampla & magnifica domo aut tapetibus exornata, sed in stabulo bestiarum habitaculo: vbi nec focus erat instructus; vt calefactus acerrimam frigoris vim pelleret: sed bestiæ tantùm erant, quorum halitu cæli Princeps fouebatur. Natus, non (vt demōstrauimus) purpureis vestibus tegitur, sed pannis à Virgine matre inuoluitur: non in lecto, vt reliqui infantes molli culcitra multisq; vestibus strato, sed in præsepio reclinatur. Vide quæso & diligenter considera hanc admirabilem, qua nos, antequam vocē ederet, instruit humilitatē ac demissionē. Potuit ne cęli & terræ maiestas demissiùs, humiliùs

2 Christi natiuitas humilitatem.

milius se gerere? Cui tamẽ sãcta & augusta cæli terrarũq; orbis tẽpla dedicata atq; ad omnẽ æternitatẽ cõsecrata fuere. Tũc Satanæ impetu fracto, & viribꝰ attritis, [d] omnis penes Christũ Iesum cæli & terræ factorẽ atq; moderatorẽ cũctarũ rerũ, quã æternitas ipsa metietur, potestas fuit. Tãtus Rex, quẽ totus terrarũ orbis capere nõ potest, in agresti delituit tuguriolo, & vt nos ad humilitatem erudiret, in præsepe propter loci ãgustias abiectꝰ est? æternũ quidẽ cæli atriũ patebat ei: diuinos artifici suo honores natura liberalissimè ac libẽtissimè tũc detulit. Quare tãto ac tam singulari exẽplo prouocati id omnes curemus, eò incũbamus, vt humilitatis virtus altissimas in mẽtibꝰ nostris agat radices, & in cordibus nostris velut in luce posita lætetur: impurũ mortiferũque superbiæ vitiũ diris omnibus peiꝰ execremur. Ea nãq; totiꝰ orbis terrarũ incẽdiũ excitat, ea [a] funestas malorũ & infestas faces incẽdit. [a] Animos mẽtesq; ad nostrũ vigilãtissimũ pastorẽ referamꝰ, qui dispersas & errãtes vt oueis, quarũ præda hostis & colluctator noster insolẽter gloriabatur, in ouile suũ adduceret & reuocaret, mortaleis labores & pericula deinsubiturꝰ in præsepio natꝰ est. Sed hęc de partu Virginis: superest vt de Dñi circũcisione dicamꝰ.

d *Mat. 28.*

a *Christus pastor. Ioã. 10.*

De Domini circumcisione.

CAPVT XIII.

[a] OCtauo ab ortus sui sanctissimi die innocens & immaculatus agnus Dei non

a *Christi circũcisio.*

non aliter humanæ legi se submisit, ac si peccator fuisset, seque circuncisioni, quo tamen iure non tenebatur, subjiciens, est circumcisus. Quòd si me roges, cur Dominus circumcisus fuit, qua passus fuit, eadem & causa est circumcisus. Quo die nascitur, hominis imaginẽ gerit: cùm tamen circũciditur, speciem præ se fert peccatoris. Nam quid aliud est circuncisio, nisi superuacui & peccati signũ? Sed quid in te, quod amputetur, superuacaneum, Domine IESV, reperiri potest? Quid? an tu nõ es verus DEVS, filius Patris, & verus homo natus sine peccato ex Virgine matre? Profectò nihil opus fuit Saluatori nostro circumcisione: sed cùm caput esset, medicinam, qua nõ indigebat, vt membris mederetur, accepit. Accidit Christo in circumcisione, quod nostris solet euenire membris. Sæpe namque ad membrum sanum & integrum medicina adhibetur, vt infirmum ac languidum sanetur. Exempli causa: dolet caput, & sanguis emittitur ex brachio; dolent renes, & suræ pũgũtur. Ad eundem modum contigit hodierna die: ad medendum vulneri insanabali cauterium accipit caput sanum & integrum. Sed quid miramur, si Dominus pro nobis circumcidi voluit, quando morti quidem se nostræ salutis causa etiã deuouit? a Ecce CHRISTVS infans Patri obtulit propter te arthaboni primicias sanguinis sui, quem post triginta annos, tuæ salutis, constituendæ

a Bern. serm. Circũcis.

dæ causa, totum liberalissimè ac libentissimè effusurus erat. Totus CHRISTI Domini sanguis mihi effusus est, totus mihi datus est. Voluit insuper Dominus circumcidi, vt humilitatis nobis præberet exemplum. Quid enim tibi opus erat circuncisione, qui nullū admisisti nec contraxisti peccatum? Quòd peccatum actione non susceperis, ætas tenera satis declarat: quòd autem neque etiam origine contraxeris, multo apertiùs demonstrat & Patris diuinitas, & Virginis Matris integritas. Es summus sacerdos, Patrem habes ab æterno, qui DEVS est, in quem peccatum non cadit. Habes etiam Matrem in tempore, sed virginem, nec virginalis integritas corruptionem párere potuit. Circumciditur igitur infans, agnus innocens & immaculatus; qui, tametsi nihil ei opus fuit circuncisione, voluit tamen circumcidi; nec, cùm ne minimū quidem vulneris appareret vestigium, vulneris recusauit medicinam. Longè quidem aliter facit humanæ superbiæ peruersitas. Erubescimus vulnerum accipere medicinam, cū tamen aliquando stultè vulneribus gloriemur. Ipse Dominus, *quē nemo de peccato arguere potest*, remediū, quo non indigebat, accepit tam verecundum, quàm dolens & crudele: nos autem, quos peccati nō pudet turpitudinis, tamen erubescimus pœnitere. Quod quidem extremę dementiæ est. Qui peccatum nō fecit, non grauatus est existimari peccator:

Ioā. 8.

nos

nos autem volumus esse peccatores, nec tamen tales haberi volumus. Quid? sanus non recusat medicinam, & infirmi recusabunt? Sed CHRISTVS, qui, peccata vt tolleret, venit, soluit quod non debebat. Sed quid miraris, si infans IESVS mitis & humilis se circumcidi sinat, cùm se passus sit matura iam ætate crucifigi? Non erat ei certè difficile, carnem suam intactam, quin circumcideretur, seruare, qui fecerat, ne in ortu suo aperiretur Matris virginalis porta. Non erat certè infanti difficile, ne illa pura & sancta caro circumcideretur, cui mortuo facile fuit, eam à corruptione tutam & incolumem tueri & conseruare. Voluit præterea Dominus circumcidi, vt nos moneret, spiritualiter circũcidendos esse. Debemus igitur corda nostra à prauis cogitationibus ac desideriis circumcidere. Nam hæc sunt, quæ Dominus amputari præcipit, præputia, nẽpe supervacua cordis desideria. Os etiam circumcidendum est à stultis & obscænis verbis, vt nos hortatur Apostolus dicens: *Nullum malum verbum vobis excidat ex ore.* Aures etiam sunt nobis circumcidendæ, & turpibus verbis alienarumque laudum detractionibus præcludendæ: quas verbo diuino, ne surdi simus ad eius voces & mandata audienda, aperire quidem oportet: ne nobis dicatur; *Homines duræ ceruicis, & incircumcisis cordibus & auribus, vos semper* SPIRITVI SANCTO *restitistis.* O-

peris etiam peccata, vt libido & reliqua scelera, quæ præsentem animæ mortem afferũt, sunt nobis quàm diligentissimè circumcidẽdæ. Nam quid aliud est, teste Diuo Augustino, CHRISTI circuncisio, nisi nostra castitas, qua DEVS mirificè delectatur? Igitur circumcidi nos oportet, æternam vt mortem vitemus, CHRISTO castissimi amoris vinculo copulemur, sacrosanctum vt Eucharistiæ sacramentum dignè sumamus. Prodest tandem & confert hæc circuncisio spiritualis ad vi-
a *Ios. 5.* tam æternam comparandam. *a* Id quod mirabiliter significauit Iosue, Imperator inuictissimus, quando populum, antequam in promissam terram induceret, Israeliticum
b *Ioã. 10* circumcidit: *b* non aliter b quidem CHRISTVS
b *1 Cor. 10.* IESVS verus DEVS & homo, *qui vitam æternam dat ouibus suis*, nos in beatorum vitam introducit, si nos circumciderimus, si peccati maculas absterserimus, si animorum sordes eluerimus.

De sanctissimo nomine IESVS.

CAPVT XIIII.

SVperiori capite egimus de Domini circũcisione; hoc verò capite disputandum est de nomine IESV sanctissimo: *quod quidem no-*
c *Luc. 2.* *men est super omne nomen.* *c* CHRISTO igitur Domino, cùm circumcisus est, vt Angelus monuerat, IESV nomen inditum est. De quo amplo, magnifico, & diuino nomine inquit
b *Esd. 7* Esdras propheta: b *Reuelabitur filius meus* IE-

SVS

svs *hominibus, qui in eo lætati fuerint.* Sanctissimum hoc nomen Iesv, antè quàm conciperetur, vocatum fuit ab Angelo, *a* sic enim habes; *Ecce concipies in vtero*, inquit Angelus MARIAE, *& paries filium, & vocabis nomẽ eius* IESVM. *b* Cuius nominis vim & virtutem postea Angelus explanauit Iosepho dicens, *Ioseph fili Dauid noli timere accipere* MARIAM *coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de* SPIRITV SANCTO *est: pariet enim filium, & vocabis nomen eius* IESVM: *ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* IESVS interpretatur Saluator, magnum & mirabile sacramẽtum. Circunciditur puer, & vocatur IESVS. Quid sibi vult hæc conglutinatio, & arcta cũ infimo coniunctio? Nam & circuncisio magis esse videtur petẽtis salutem, quàm dantis: sed in hoc mysterio licet mediatorem inter DEVM & homines agnoscere. Qui vt primũ natus est, coniunctionem facit diuini cũ humano arctissimam, & altitudinis cum humilitate. Nascitur ex muliere, quæ mater cũ sit, virginalem tamen florem non amittit. Inuoluitur pannis, sed ipsi ab Angelis honorantur & sanctè venerantur panni. Absconditur in præsepio, & lucidissima indicatur stella. Circuncisio & veritatem assumptæ probat naturæ, & nomen IESVS, *quod est super omne nomen*, sempiternam eius maiestatis demonstrat gloriam. Circumciditur vt verus Abrahæ filius, & vocatur IESVS, vt DEI filius. Quod nomen

a *Luc. 1.*

b *Mat. 1*

iam inde, cùm VERBVM CARO FACTVM EST, traxit quidem. Sed causa cur IESV nomen ei inditum sit, non ex humana pendet natura, sed ex virtute diuina. Nam vnde noster est Saluator, nisi quia non homo solùm, sed etiã DEVS est? Excelsum quidem est, amplum, & diuinum, atque longè omnem superans intelligentiam, quod sancto nomine IESV continetur. Animaduertamus, quæso, huius sanctissimi nominis sacramentum, multis tanto antè nominibus *a* Esaiæ à DEO Prophetæ patefactum. *Vocabitur*, inquit Esaias, *nomen eius Emanuel, butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.* *b* Idem alibi Propheta eius appellat nomen, *festina, spolia, tolle, propera, prædare.* Alió etiam loco idem Vates ait, *vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius*, Deus, *fortis, Pater futuri sæculi.* Emanuel interpretatur nobiscum DEVS. Quod quidẽ apertè Ioannes demonstrauit his verbis: *c* & VERBVM CARO FACTVM EST; *& habitauit in nobis.* Quod nomen significat, DEVM hominẽ factum nobiscum esse: quia eius vera & pura humanitas cum dulci ac suaui coniuncta fuit diuinitate. Vocatur deinde *c festina, spolia, propera, prædare*, quia moriens fortem vicit armatum, Dæmonem scilicet, quẽ spoliauit, & captos ex illius potestate eripuit, animas scilicet sanctorum patrum, qui tamdiu, vt è cæco & obscuro carcere educerentur, in Redemptoris aduentus expectatione erant. Appella-

a *Esaiæ 7. & 8. Iesus nomen aliis nominibus explicatũ.*

b *Esa. 9*

c *Ioã. 1.*

c *Luc. 1*

pellatur præterea *admirabilis*: quia à mortuis resurgens, in cælum, vbi ad Patris dexteram sedet, cum summa gloria & splendore ascendit. Postmodum nuncupatur *consiliarius*, quia SPIRITVM SANCTVM suum Apostolis delegans, cum ipso retulit SPIRITV de Iudæis reprobandis, & Gentibus ad fidem vocandis. Appellatur etiã DEVS, quia iam inde ab omnibus colitur, & sanctè veneratur sicuti verus DEVS. Vocatur præterea *fortis*, quia in iudicio, ad quod, cuncta vt strictè discutiat, venturus creditur, fortis planè apparebit. Postremò nominatur *Pater futuri sæculi*; quia absoluto iudicio, regnauit iam, seruorum non vt Dominus, sed tanquam filiorum Pater amãtissimus. Octauum ei nomẽ est *Princeps pacis*; quia æterni illi honores deferentur, & immortales gratiæ agentur vt pacis autori: in quo per eius mortẽ DEO recõciliati sumus, cũ antea inimici essemus. Magna certè vis inest in hoc nomine IESV, cui omne genu flectitur, potissimũ, hominũ in eius nomine credẽtiũ. Huius sanctissimi nominis virtute peccata mundi condonantur: vt Angelus Iosepho demonstrauit, dicens: a *Vocabis nomen eius IESVM, quia ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum*. b Idem etiam habetur apud Ioannem, *Scribo*, inquit, *vobis filioli, quia peccata remittuntur vobis in nomine eius*. Innumeris sacrorum librorum testimoniis hæc veritas comprobatur. Crede igitur omnibus Pro-

a *Mat.* 1

b *1 Io.* 2

pheris, nec committas, vt criminũ, vel si ma-
ior sit quàm maris arenarum, multitudo te in
c Psal. 14. desperationem adducat: c imò dic cum Rege
Dauide, *Propter nomen tuum propitiaberis pec-*
d Ioã. 14 *cato meo; multum est enim.* d Quare ipse Domi-
nus ore suo veridico inquit; *Si quid petieritis*
Patrem in nomine meo, dabit vobis. Petere autẽ
in nomine IESV est illud petere, cuius causa
ipse, qui hoc sibi de cęlo nomen elegit, homo
factus est, & cruci affixus, mortuus, atque se-
pultus: & tertia, vbi à morte resurrexit, die in
cęlos, vbi Patris dexterę cõsessũ receptus fuit,
insignibus victoriis locupletatus, glorioſiſſi-
mè & magnificentiſſimè ascendit. Quo igitur
hæc omnia pertinent, nisi vt in eius sanctiſſi-
mo nomine peccata nobis remittãtur ac cõ-
donentur? Item in nomine IESV cælestium
donorum gratiam consequimur. Quod An-
gelus quidem MARIÆ significauit, cùm dixit:
a Luc. 1. a *Inuenisti gratiam apud Dominum; ecce conci-*
b Ioã. 14 *pies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen*
eius Iesum. b In hanc sententiam habes Salua-
toris nostri verba: *Paraclitus autem Spiritus*
sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille
vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæ-
cumque dixero vobis. Si mendici fame vexati
tãtoperein nomine Sãctorũ frustũ panis pe-
tũt, quę isthęc tãta (malũ) nostra est ignauia, vt,
quorũ cor aruit, & panẽ nostrũ comedere ob-
liti sumus, non supplices per nomẽ IESV peta-
mus Spiritum sanctum, spiritũ vitæ, gratiarũ
fontem

fontem & autorem? b *Petite*, inquit Dominus, *& accipietis. Nam Pater dabit Spiritũ bonũ petentibus se.* b Sæpe discipulis suis liberator noster inculcat, & nobis in eis, vt Patrem in nomine suo beneficia petamus. In quo se inter Deum & homines mediatorem ostendit, adeò necessarium, vt a nemini ad Patrem nisi per se aditus patêre possit, nec quidquam impetrari. Quare hic laudabilis mos, hæc tã præclara & salutaris consuetudo, iam inde cùm nata est Ecclesia, & felicissimis auspiciis fundata, obtinuit, vt orationes, quæ ad Patrẽ habentur, hoc fine concludantur, Per Dominũ nostrum Iesum Christum filium tuum: quibus verbis ea vis inest, vt significent, dabis nobis, cælestis Pater, hoc beneficium, quod te supplices petimus, in nomine dilectissimi filii tui Domini nostri Iesu Christi. Currus, quo nostræ in cælum vehuntur orationes, & ad cælestis Patris aureis perferuntur, vt diuinis beneficiis ornemur, est nomen Iesu sanctissimũ: sine quo nulla præstantur beneficia. Victoriam etiam in nomine Iesu ex hostibus deportamus. Quod quidem discipuli Domini testati sunt his verbis: a *Domine, etiam Dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo.* b Atque hinc est, quod dixit Dauid Goliæ: *Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo; ego autẽ venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel.* b Hic fortis armatus, cum quo præliatus est Dauid, Dæmonem præsignat; Dauid autem

b *Luc. 11*

b *Ioã. 14*

a *Ioã. 14*

a *Luc. 10.*

b *1. Reg. 17.*

b *Luc. 11*

militis se gerere? Cui tamẽ facta & augusta cæli terrarũq; orbis tẽpla dedicata atq; ad omnẽ æternitatẽ cõsecrata fuere. Tũc Satanæ impetu fracto, & viribꝰ attritis, d omnis penes Christũ Iesum cæli & terræ factorẽ atq; moderatorẽ cũctarũ rerũ, quã æternitas ipsa metietur, potestas fuit. Tãtus Rex, quẽ totus terrarũ orbis capere nõ potest, in agresti delituit tuguriolo, & vt nos ad humilitatem erudiret, in præsepe propter loci ãgustias abiectꝰ est? æternũ quidẽ cæli atriũ patebat ei: diuinos artifici suo honores natura liberalissimè ac libẽtissimè tũc detulit. Quare tãto ac tam singulari exẽplo prouocati id omnes curemus, eò incũbamus, vt humilitatis virtus altissimas in mẽtibꝰ nostris agat radices, & in cordibus nostris velut in luce posita lætetur: impurũ mortiferũque superbiæ vitiũ diris omnibus peiꝰ execremur. Ea nãq; totiꝰ orbis terrarũ incẽdiũ excitat, ea a funestas malorũ & infestas faces incẽdit. a Animos mẽtesq; ad nostrũ vigilãtissimũ pastorẽ referamꝰ, qui dispersas & errãtes vtoueis, quarũ præda hostis & colluctator noster insolẽter gloriabatur, in ouile suũ adduceret & reuocaret, mortaleis labores & pericula de in subiturꝰ in præsepio natꝰ est. Sed hęc de partu Virginis: supereſt vt de Dñi circũcisione dicamꝰ.

d *Mat. 28.*

a *Christus pastor. Ioã. 10.*

De Domini circumcisione.

CAPVT XIII.

a *Christi circũcisio.*

a Octauo ab ortus sui sanctissimi die innocens & immaculatus agnus D. non

non aliter humanæ legi se submisit, ac si peccator fuisset, seque circuncisioni, quo tamen iure non tenebatur, subjiciens, est circumcisus. Quòd si me roges, cur Dominus circumcisus fuit, qua passus fuit, eadem & causa est circumcisus. Quo die nascitur, hominis imaginẽ gerit: cùm tamen circũciditur, speciem præ se fert peccatoris. Nam quid aliud est circuncisio, nisi superuacui & peccati signũ? Sed quid in te, quod amputetur, superuacaneum, Domine IESV, reperiri potest? Quid? an tu nõ es verus DEVS, filius Patris, & verus homo natus sine peccato ex Virgine matre? Profectò nihil opus fuit Saluatori nostro circumcisione: sed cùm caput esset, medicinam, qua nõ indigebat, vt membris mederetur, accepit. Accidit Christo in circumcisione, quod nostris solet euenire membris. Sæpe namque ad membrum sanum & integrum medicina adhibetur, vt infirmum ac languidum sanetur. Exempli causa: dolet caput, & sanguis emittitur ex brachio; dolent renes, & suræ pũgũtur. Ad eundem modum contigit hodierna die: ad medendum vulneri insanabili cauterium accipit caput sanum & integrum. Sed quid miramur, si Dominus pro nobis circumcidi voluit, quando morti quidem se nostræ salutis causa etiã deuouit? a Ecce CHRISTVS infans Patri obtulit propter te arrhaboni primicias sanguinis sui, quem post triginta annos, tuæ salutis constituendæ

a Bern. serm. Circũcis.

dæ causa, totum liberalissimè ac libentissimè effusurus erat. Totus CHRISTI Domini sanguis mihi effusus est, totus mihi datus est. Voluit insuper Dominus circumcidi, vt humilitatis nobis præberet exemplum. Quid enim tibi opus erat circuncisione, qui nullū admisisti nec contraxisti peccatum? Quòd peccatum actione non susceperis, ætas tenera satis declarat: quòd autem neque etiam origine contraxeris, multo apertiùs demonstrat & Patris diuinitas, & Virginis Matris integritas. Es summus sacerdos, Patrem habes ab æterno, qui DEVS est, in quem peccatum non cadit. Habes etiam Matrem in tempore, sed virginem, nec virginalis integritas corruptionem párere potuit. Circumciditur igitur infans, agnus innocens & immaculatus; qui, tametsi nihil ei opus fuit circuncisione, voluit tamen circumcidi; nec, cùm ne minimū quidem vulneris appareret vestigium, vulneris recusauit medicinam. Longè quidem aliter facit humanæ superbiæ peruersitas. Erubescimus vulnerum accipere medicinam, cū tamen aliquando stultè vulneribus gloriemur. Ipse Dominus, *quē nemo de peccato arguere potest*, remediū, quo non indigebat, accepit tam verecundum, quàm dolens & crudele: nos autem, quos peccati nō pudet turpitudinis, tamen erubescimus pœnitere. Quod quidem extremę dementiæ est. Qui peccatum nō fecit, non grauatus est existimari peccator:

Ioā. 8.

nos

nos autem volumus esse peccatores, nec tamen tales haberi volumus. Quid? sanus non recusat medicinam, & infirmi recusabunt? Sed CHRISTVS, qui, peccata vt tolleret, venit, soluit quod non debebat. Sed quid miraris, si infans IESVS mitis & humilis se circumcidi sinat, cùm se passus sit matura iam ætate crucifigi? Non erat ei certè difficile, carnem suam intactam, quin circumcideretur, seruare, qui fecerat, ne in ortu suo aperiretur Matris virginalis porta. Non erat certè infanti difficile, ne illa pura & sancta caro circumcideretur, cui mortuo facile fuit, eam à corruptione tutam & incolumem tueri & conseruare. Voluit præterea Dominus circumcidi, vt nos moneret, spiritualiter circũcidendos esse. Debemus igitur corda nostra à prauis cogitationibus ac desideriis circumcidere. Nam hæc sunt, quæ Dominus amputari præcipit, præputia, nẽpe supervacua cordis desideria. Os etiam circumcidendum est à stultis & obscænis verbis, vt nos hortatur Apostolus dicens: *Nullum malum verbum vobis excidat ex ore.* Aures etiam sunt nobis circumcidendæ, & turpibus verbis alienarumque laudum detractionibus præcludendæ: quas verbo diuino, ne surdi simus ad eius voces & mandata audienda, aperire quidem oportet: ne nobis dicatur; *Homines duræ ceruicis, & incircumcisis cordibus & auribus, vos semper* SPIRITVI SANCTO *restitistis.* O-

peris etiam peccata, vt libido & reliqua scelera, quæ præsentem animæ mortem afferũt, sunt nobis quàm diligentissimè circumcidẽdæ. Nam quid aliud est, teste Diuo Augustino, CHRISTI circunciſio, niſi noſtra caſtitas, qua DEVS mirificè delectatur? Igitur circumcidi nos oportet, æternam vt mortem vitemus, CHRISTO caſtiſſimi amoris vinculo copulemur, ſacroſanctum vt Euchariſtiæ ſacramentum dignè ſumamus. Prodeſt tandem & confert hæc circunciſio ſpiritualis ad vi-
a *Ioſ. 5.* tam æternam comparandam. *a* Id quod mirabiliter ſignificauit Ioſue, Imperator inuictiſſimus, quando populum, antequam in promiſſam terram induceret, Iſraëliticum
b *Ioã. 10* circumcidit: *b* non aliter b quidem CHRISTVS
b *1 Cor. 10.* IESVS verus DEVS & homo, *qui vitam æternam dat ouibus ſuis*, nos in beatorum vitam introducit, ſi nos circumciderimus, ſi peccati maculas abſterſerimus, ſi animorum ſordes eluerimus.

De ſanctiſſimo nomine IESVS.
CAPVT XIIII.

SVperiori capite egimus de Domini circũciſione; hoc verò capite diſputandum eſt de nomine IESV ſanctiſſimo: *quod quidem*
c *Luc. 2.* *nomen eſt ſuper omne nomen.* *c* CHRISTO igitur Domino, cùm circumciſus eſt, vt Angelus monuerat, IESV nomen inditum eſt. De quo amplo, magnifico, & diuino nomine inquit
b *Eſd. 7* Eſdras propheta: b *Reuelabitur filius meus* IE-

SVS

ivs *hominibus, qui in eo lætati fuerint.* Sanctissimum hoc nomen Iesv, antè quàm conciperetur, vocatum fuit ab Angelo, *a* sic enim habes; *Ecce concipies in vtero*, inquit Angelus Mariae, *& paries filium, & vocabis nomẽ eius* Iesvm. *b* Cuius nominis vim & virtutem postea Angelus explanauit Iosepho dicens, *Ioseph fili Dauid noli timere accipere* Mariam *coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de* Spiritv Sancto *est: pariet enim filium, & vocabis nomen eius* Iesvm: *ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Iesvs interpretatur Saluator, magnum & mirabile sacramẽtum. Circunciditur puer, & vocatur Iesvs. Quid sibi vult hæc conglutinatio, & arcta cũ intimo coniunctio? Nam & circunciſio magis esse videtur petẽtis salutem, quàm dantis: sed in hoc mysterio licet mediatorem inter Devm & homines agnoscere. Qui vt primũ natus est, coniunctionem facit diuini cũ humano arctissimam, & altitudinis cum humilitate. Nascitur ex muliere, quæ mater cũ sit, virginalem tamen florem non amittit. Inuoluitur pannis, sed ipsi ab Angelis honorantur & sanctè venerantur panni. Absconditur in præsepio, & lucidissima indicatur stella. Circunciſio & veritatem assumptæ probat naturæ, & nomen Iesvs, *quod est super omne nomen*, sempiternam eius maiestatis demonstrat gloriam. Circumciditur vt verus Abrahæ filius, & vocatur Iesvs, vt Dei filius. Quod nomen

a *Luc. 1.*

b *Mat. 1*

iam inde, cùm VERBVM CARO FACTVM EST, traxit quidem. Sed causa cur IESV nomen ei inditum sit, non ex humana pendet natura, sed ex virtute diuina. Nam vnde noster est Saluator, nisi quia non homo solùm, sed etiã DEVS est? Excelsum quidem est, amplum, & diuinum, atque longè omnem superans intelligẽtiam, quod sancto nomine IESV continetur. Animaduertamus, quæso, huius sanctissimi nominis sacramentum, multis tanto ante nominibus *a* Esaiæ à DEO Prophetæ patefactum. *Vocabitur*, inquit Esaias, *nomen eius Emanuel, butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.* *b* Idem alibi Propheta eius appellat nomen, *festina, spolia, tolle, propera, prædare.* Alio etiam loco idem Vates ait, *vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius*, Deus, *fortis, Pater futuri sæculi.* Emanuel interpretatur nobiscum DEVS. Quod quidẽ apertè Ioannes demonstrauit his verbis: *c* & VERBVM CARO FACTVM EST; *& habitauit in nobis.* Quod nomen significat, DEVM hominẽ factum nobiscum esse: quia eius vera & pura humanitas cum dulci ac suaui coniuncta fuit diuinitate. Vocatur deinde *c festina, spolia, propera, prædare*, quia moriens fortem vicit armatum, Dæmonem scilicet, quẽ spoliauit, & captos ex illius potestate eripuit, animas scilicet sanctorum patrum, qui tamdiu, vt è cæco & obscuro carcere educerentur, in Redemptoris aduentus expectatione erant. Appella-

a *Esaiæ 7. & 8. Iesus nomen aliis nominibus explicatũ.*

b *Esa. 9*

c *Ioã. 1.*

c *Luc. 1*

pellatur præterea *admirabilis*: quia à mortuis resurgens, in cælum, vbi ad Patris dexteram sedet, cum summa gloria & splendore ascendit. Postmodum nuncupatur *consiliarius*, quia SPIRITVM SANCTVM suum Apostolis delegans, cum ipso retulit SPIRITV de Iudæis reprobandis, & Gentibus ad fidem vocandis. Appellatur etiã DEVS, quia iam inde ab omnibus colitur, & sanctè veneratur sicuti verus DEVS. Vocatur præterea *fortis*, quia in iudicio, ad quod, cuncta vt strictè discutiat, venturus creditur, fortis planè apparebit. Postremò nominatur *Pater futuri sæculi*; quia absoluto iudicio, regnauit iam, seruorum non vt Dominus, sed tanquam filiorum Pater amãtissimus. Octauum ei nomẽ est *Princeps pacis*; quia æterni illi honores deferentur, & immortales gratiæ agentur vt pacis autori: in quo per eius mortẽ DEO recõciliati sumus, cũ antea inimici essemus. Magna certè vis inest in hoc nomine IESV, cui omne genu flectitur, potissimũ, hominũ in eius nomine credẽtiũ. Huius sanctissimi nominis virtute peccata mundi condonantur: vt Angelus Iosepho demonstrauit, dicens: a *Vocabis nomen eius IESVM, quia ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum*. b Idem etiam habetur apud Ioannem, *Scribo*, inquit, *vobis filioli, quia peccata remittuntur vobis in nomine eius*. Innumeris sacrorum librorum testimoniis hæc veritas comprobatur. Crede igitur omnibus Pro-

a *Mat.* 1

b 1 *Io.* 2

phetis, nec committas, vt criminũ, vel si maior sit quàm maris arenarum, multitudo te in
c Psa.34. desperationem adducat: c imò dic cum Rege Dauide, *Propter nomen tuum propitiaberis pec-*
d Ioã.14 *cato meo; multum est enim.* d Quare ipse Dominus ore suo veridico inquit; *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Petere autẽ in nomine IESV est illud petere, cuius causa ipse, qui hoc sibi de cęlo nomen elegit, homo factus est, & cruci affixus, mortuus, atque sepultus: & tertia, vbi à morte resurrexit, die in cęlos, vbi Patris dexterę cõsessu receptus fuit, insignibus victoriis locupletatus, glorioſissimè & magnificentissimè ascendit. Quo igitur hæc omnia pertinent, nisi vt in eius sanctissimo nomine peccata nobis remittãtur ac cõdonentur? Item in nomine IESV cælestium donorum gratiam consequimur. Quod Angelus quidem MARIÆ significauit, cùm dixit:
a Luc.1. a *Inuenisti gratiam apud Dominum; ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen*
b Ioã.14 *eius Iesum.* b In hanc sententiam habes Saluatoris nostri verba: *Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis.* Si mendici fame vexati tãtopere in nomine Sãctorũ fruſtũ panis petũt, quę isthęc tãta (malũ) nostra est ignauia, vt, quorũ cor aruit, & panẽ nostrũ comedere obliti sumus, non supplices per nomẽ IESV petamus Spiritum sanctum, spiritũ vitæ, gratiarũ

fontem

fontem & autorem? b *Petite*, inquit Dominus, *& accipietis. Nam Pater dabit Spiritũ bonũ petentibus se.* b Sæpe discipulis suis liberator noster inculcat, & nobis in eis, vt Patrem in nomine suo beneficia petamus. In quo se inter Deum & homines mediatorem ostendit, adeò necessarium, vt a nemini ad Patrem nisi per se aditus patêre possit, nec quidquam impetrari. Quare hic laudabilis mos, hæc tã præclara & salutaris consuetudo, iam inde cùm nata est Ecclesia, & felicissimis auspiciis fundata, obtinuit, vt orationes, quæ ad Patrẽ habentur, hoc fine concludantur, Per Dominũ nostrum Iesum Christum filium tuum: quibus verbis ea vis inest, vt significent, dabis nobis, cælestis Pater, hoc beneficium, quod te supplices petimus, in nomine dilectissimi filii tui Domini nostri Iesu Christi. Currus, quo nostræ in cælum vehuntur orationes, & ad cælestis Patris aureis perferuntur, vt diuinis beneficiis ornemur, est nomen Iesu sanctissimũ: sine quo nulla præstantur beneficia. Victoriam etiam in nomine Iesu ex hostibus deportamus. Quod quidem discipuli Domini testati sunt his verbis: a *Domine, etiam Dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo.* b Atque hinc est, quod dixit Dauid Goliæ: *Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo; ego autẽ venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel.* b Hic fortis armatus, cum quo præliatus est Dauid, Dæmonem præsignat; Dauid

b *Lu. 11*

b *Ioã. 14*

a *Ioã. 14*

a *Luc. 10.*

b *1. Reg. 17.*

b *Luc. 11*

autem fidelem quemque refert, qui diabolũ vincit pia & religiosa Dei nominis professione & inuocatione, orans, & se crucis baculo sustentans, atque pia Christi vulnerum memoria incumbens, vt ad eius imitationem se totum conformet. Aduersas etiam huius vitæ res in nomine Iesu facilè superamus, piè sanc-
c *Ioã.15* teque viuendo.c Quo spectant illa Seruatoris nostri ad discipulos verba: *Hæc omnia patie-*
d *Act.5* *mini propter nomen meũ.* d *In cuius virtute ibũt illi gaudentes à conspectu concilii; quoniam digni habiti sunt, qui propter nomen Iesu contumelia afficerentur.* Magnum quidem est solatium, & ad sanctorum hominum confirmandam tolerantiam validissimum, quod inquit Dominus, *Hæc omnia vobis facient propter nomen meũ.* Nam quamuis malorum hominũ odia Christi amatorem exerceant, vexent contumeliæ, pungant molestiæ, excrucient rei familiaris iactura, & corporis supplicia: hæc certè mala omnia leuant & nomen Iesu dulcissimum, & summus in eum amor, atque spes firma præmiorum. Gloria & honor nominis IESV, cuius causa ea incommoda sustinemus, exornat contumelias, sanctificat maledicta, rei familiaris iacturam in lucrum, cruciatus in delicias conuertit. Quid mirum est, Christianum hominem in his laboribus, quos Christi cau-
a *Ioã.15* sa libẽter patitur, gloriari? a *Si me*, inquit Dominus, *persequuti sunt, & vos persequentur, contumelijs afficient, cruci affigent, lapidabunt; è suis*

vrbibus excludent atque ejicient, occident, & ex vna in aliam commigrabitis flentes ciuitatem, b *cõsitentes vos aduenas eße in terris atq; peregrinos, nec ciuitatem, in qua perpetuò maneatis, hic habere, sed futuram inquirere: vel ipsi quidem parentes vestri, fratres, cognati, & amici vos ignorabunt, & neci tradent, quibus propter me omnibus odio eritis?* c Cogitemus quid vas electionis Paulus dicat: *Ego,* inquit, *paratus sum non ligari solum, sed etiam pro nomine eius vitam profundere.* d Atque idem alio loco: *Hæc omnia superamus in nomine Domini, qui nos amauit.* a Cùm Christi Resurrectionem Angeli mulieribus annũciarunt, dicentes: *Iesum quaritis Nazarenum, crucifixum, surrexit, non est hic:* aperte victoriã, quam in nomine Iesu reportamus, etiã declararunt. Victoriam certè consequutus est Dominus ex morte; quia à mortuis resurrexit, & Diabolum deuicit, atque ipsam mortẽ cruci affixus superauit. Sed & præmiorum consequimur gloriam in nomine Iesu. b Quod quidem apertissimè Angeli demonstrarunt, cùm Apostolis nomen Iesu annũciarunt. Sic enim habes: *Hic Deus, qui assumptus est à vobis in cælũ, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.* Quicumque igitur in Dei cælo vita beata frui desiderat, imploret suppliciter atq; confidenter nomen Iesu, ad illius imitationem, qui dixit, c *Domine Iesu accipe spiritum meum.* Christus ipse, Dominus ac seruator noster, suo veridico testatur ore, victores

b *He. 11*

c *Act. 21*

d *Ro. 8.*

a *Marci vltimo.*

b *Act. 1*

c *Act. 7*

sancti nominis sui virtute in cælitum ascen-
a Ioã. 16 dere gloriã, his verbis: a *Confidite, ego vici mũdum.* Animũ intẽde Christiane ad ea, quæ vi-
b Apo. 2 ctoribus promittũtur præmia: b *Qui vicerit,* inquit Deus, *dabo ei manna absconditum,* id est,
c Heb. 9 fructum, & vitę ęternæ voluptatem. c *Non patet nobis aditus in cælum, nisi per eius sanguinẽ & passionem, quæ pons est & via nobis in gloriam.* Quò pertinent illa Dauidis verba: *In nomine Domini exaltabimur,* id est, ad cælestem gloriã
a Apo. 3 efferemur. a *Qui vicerit,* inquid Deus in Apocalypsi, *vestietur vestimẽtis albis, nec nomen eius*
b Bernard. super Cantica ser. 15. *de libro vitæ delebo.* b Sed si tu (quod execrabile est) eius contempseris nomen, ipse etiã tuum delebit nomen. In luce & splendore huius sanctissimi nominis nos in admirabile lumen
c Eph. 5. de tenebris vocauit. c Quos hac tanta luce illustratos his appellat verbis Apostolus: *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Hoc diuinũ nomen iussus est Apostolus portare coram Regibus, Gentibus, & filiis Israel.
d Rõ. 15. d Portabat certè hoc nomen magnus Paulus, tanquam lucẽ clarissimã, qua & patriam suam illustrabat, & quantum voce contendere poterat, dicebat; *Nox præcessit, dies autem appropinquabit: abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Hanc lucem omnibus tanquã ardentẽ in candelabro lucernã ostẽdebat Paulus, cũ Iesũ Christũ & hũc crucifixũ
a Act. 3. vniuersis prædicabat mortalibus. a Proh sãcte Christe, quantũ hæc lux resplenduit, quã valde

de omniū intuentiū oculos perſtrinxit, cū ex ore Petri tanquā fulgur erumpens, illius, quē Petrus Apoſtolorū Princeps ſanauit, claudi ſolidauit plantas & pedes, multoſque mente cæcos illuſtrauit. Quid? an non lumē longè lateque diffudit, cū dixit, *in nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula?* Neque ſolū eſt lux nomen IESV, verùm eſt cibus etiā, qui quoties in Chriſtiani hominis memoria verſatur, animū ſuſtentat & firmat. Quid enim eſt, quod æquè animū, atq; hoc ſanctiſſimū nomē cogitantē, cōfirmet & excitet? Quid ita mēbra reficit defeſſa? Quid adeò virtutes corroborat, bonos mores cōfirmat, ſtudia & cōſilia optima cōſeruat? Omnis certè cibus inſipidus eſt & iniucundus, niſi vnctus hoc oleo; inſuauis, niſi hoc ſale conditus fuerit. Si quid ſcribas, non placet, niſi nomen IESV legero; ſi quid conferas, non ſapit, niſi nomen IESV ſonet: IESVS eſt mel in ore, dulcis in aure melos, iubilus & lætitia in corde. Eſt etiam nomē Ieſu medicina. Triſtis es? veniat tibi in mētē nomē Ieſu, deinde in buccam, poſtremò fluat ex labris: ſtatim lux quædā & ſerenitas allata eſſe videbitur. Laberis in peccatū, & mortis in lacū diffidēs incurris, nō ne ſi nomē vitę inuocaris, ſtatim reſpirabis? Quis vnquā huius ſalutiferi nominis præſētia cor durū habuit, aut animū odio imbutū tenuit? vel in rectè agēdo lāguit, & cūctatus eſt? Cui lachrymarū fōs exaruit? cui nomē IESV imploranti vberiùs nō eruperūt,

dulciùs non fluxerunt? Hoc sanctissimũ nomen tegit contra pericula omnia & munit, in rebus dubiis, quid agendum sit, præscribit, cunctantes ac diffidentes excitat, maximis oneribus oppressos & summis difficultatibus affectos erigit, confirmat. Deniq;, vt vno verbo dicam, præsens est contra omneis animi morbos medicina, & perfugium aduersis rebus singulare. Nihil est, quod æquè iræ impetum retardet, superbiam & arrogantiam cõprimat, libidinem refrenet, eius ardentes faces restinguat, auaritię sitim extinguat, & omne vitiorum genus propulset. Nomen Iesu mihi ante oculos ponit Deum & hominem verum: hominem mitem & humilem corde, benignum, mansuetum, castum, clementem, & omnis denique sanctitatis plenum: atque eundem hominem simul & Deum esse omnipotentem prædicat, qui me exemplo sanat, & ope sua firmat atque corroborat. Hæc simul omnia mihi sonant, cùm audio nomen Iesu. Pero igitur exempla à Iesu, vt homo est, & opem, vt Deus omnipotens est. Hæc medicina continetur, ô anima mea, vase huius nominis Iesus, salutiferi, & contra omnes morbos validissimi. Gesta semper hoc nomen in sinu & manibus, vt omneis curæ tuę & cogitationes ad Deum referantur. *a* Ad id ipsum te sapiẽs hortatur & inuitat, cùm inquit: *pone me vt signaculum in corde, signaculum in brachio.* Quibus verbis nobis significatur, omneis nostras

a Cãt. 8.

cogita-

cogitationes, omnia vitæ consilia ad Iesum referenda esse. Habes igitur, Christiane, remedium, quod cordi & brachio adhibeas. Habes, inquam, remedium, ad vitæ turpitudinem repellendam, ad sensus, ne corrumpantur, conseruandos, vel, si fortè corrumpi contigerit, sanandos; hoc, quæ petis, impetrandi spei diuinum nomẽ. O nomen benedictum, ô oleum vbique diffusum: quod non solùm cælum terrasque rigauit, verùm & inferos etiam aspersit: adeò vt nomini Iesu omnia supera, infera, & media genua flectant. Iesus est myrrha in morte, potus in Resurrectione dulcissimus; quia acerbissimam pro nostris peccatis subiit mortem, & gloriæ insignibus amplissimè ornatus propter nostram iustificationem, à mortuis resurrexit: vt peccatis mortui iustitiæ viuamus, vt iusti simus atque sancti Deo nostro. Iesus interpretatur Saluator: quod quidem æterno verbo proprium est & ingeneratum, quia Dei filius veram animę dedit salutem & pacem. Quamobrem humani generis Redemptoris nomen verè traxit; quia genus humanum miserrima peccati seruitute & durissima dæmonis tyrānide oppressum in dulcissimam pacem & libertatem vindicauit; gratiæ, quam mortis suæ sacrificio nobis promeruit, abundantiam & plenitudinẽ largitus. Tanta est huius sanctissimi nominis virtus & suauitas, vt faciat hominẽ inania & caduca bona, quæ antea amabat, contemnere,

ac pro nihilo ducere, relinquere possessa, dispergere collecta. Iesv nomen incendit animũ cælestium rerum studio; displicent ei, qui nominis huius virtutẽ agnoscit, terrena omnia, turpia videntur & fœda, quæ antea pulchra & splendida ducebat: quia huius diuini nominis splendor solũ in eius anima lucet atque splendet. Igitur vas cordis nostri, hoc cælesti liquore impletum, negligit inania & caduca bona, vera & solida amplectitur: quę quidem habet constituta in dulcedine gratiæ diuinæ, quam nobis meruit Christus Iesus tantis suis doloribus, & acerbissima, quam pro nobis in cruce pertulit, passione.

Domini apparitio.

De Epiphania, seu Domini apparitione.

CAPVT XV.

a Mat. 2

Paucis pòst diebus, quã ex Virgine natus est, Magis, stellæ indicio fulgentissimæ, apparuit Saluator Bethlehemæ, quæ ciuitas est Iudæ. Magi igitur reges, vt pium cultum diuinitate præditũ infanti purè tribuerent, eũq; sanctè venerarentur, ab Oriẽte magnis itineribus cõtendentes, stella cursu celerrimo antecedente, Hierosolymã appellunt. Qui simul atque vrbẽ ingressi sunt, stellã è cõspectu amiserunt. Qua itineris certissima duce destituti, sciscitari, vbinam Iudæorum rex nasceretur, coacti sunt. Quo nũcio perturbatus Herodes, principũ sacerdotũ & scribarum concilio celeriter cõuocato, diligẽter, quonã in loco ille exvatum oraculis nasceretur, inquirit. Illi prophe-

propheticis libris diligẽter consultis, in Bethlehemitana ciuitate Iesum nasci oportere, respondent. Tunc Herodes, clàm ad se vocatis Magis, tempus, quo stella primùm cæpit prælucere, quam accuratissimè perscrutatus est tyrannus. Quibus deinde dixit, vt Bethlehem ire maturarent, & eosdem simul rogauit, vt se de habito pueri indicio redeuntes certiorem facerent. Id quo facilius à Magis regibus impetraret, omnemque suspicionem illis amoueret, sibi quoque illuc contendere, vt Iudæorum Regi nato pietatem & debitum cultum adhibeat, in animo esse, assimulat. At reuera animũ hostilẽ & odio crudeli imbutum habebat. *a* Vbi Magi Hierosolyma egressi sũt, quæ latuerat stella, in eorũ prospectũ se iterũ dedit. Qua visa mirificè delectati sunt. Vt primùm Bethlehem ingressi sunt, stella vlteriùs progressa non est, sed illic, vbi erat Iesus, eius reperti certissimus index constitit. Stella perlucida & illustris non ex illis erat, quæ ab ipsa mundi constitutione creatæ sunt. *b* Nunc enim ab ortu solis ad occasũ, nũc à Septẽtrione ad Austrũ progrediebatur: nũc latebat, nunc sese rursus indicabat. Cuius lõgè alia est, quã aliarũ stellarũ, ratio & ordo. Dei tunc iussu creata, deinde dilapsa credenda est: vt diuersis orbis in partibus sese hominibus indicaret. Qua certè duce Magi magnis itineribus ab Oriẽte progrediẽtes venerũt, puerũ Iesum adorãdi causa. Quę quidẽ stella magno suo splẽdore

a *Magorum stella.*

b *Damasc. orthodoxa fid. lib. 2. cap. 7.*

Domi-

c Leo. serm. de Epiph.

Domini ortum indicauit. c Hodie cæli enarrarunt gloriam Dei, & ab ortu solis vsque ad occasum veri Regis ortus coruscauit, eiusque fama vltimas terrarum oras peruolitauit. Natus enim noluit in illius loci, vbi cum Matre virgine erat, angustiis latêre, sed potiùs voluit, qui pro omniũ salute venerat, ab omnibus agnosci. Ad firmandã igitur & stabiliendam hanc fidẽ, in qua omniũ nostrũ salus sita est & locata, diuina prouidentia factum est, vt gens in Oriente consistens, Astrologiæ sciencia peritissima, hanc videret stellã insolito fulgentẽ splendore. Quæ præter alias stellas fulgida & pulchra intuentiũ Magorũ animos suspensos admiratione teneret: vt intelligerent, otiosum non esse, quod tam insolitum videbatur.

2 Stellæ laudes. auctoris.

a Stella ista, quæ cæteris pulchrior sideribus, nato ex Virgine Saluatore, visa est in cælo, Magis Regibus noui Regis ortum annunciauit, illosque, vt Emanueli cultum diuinitate præditum piè præstarent, perduxit. Quem vtique teste cælo cognouerunt, & Deum ac Dominum suum crediderunt. Ad quam fidei veritatem peruenerunt stella duce; quæ pulchritudine & splendore inter reliqua sidera eminebat, obidque intuentium in se oculos conuertebat. O stella pulcherrima & splendidissima, quæ sempiterni Dei & perpetuæ Virginis filium vnigenitum Gentibus annũciasti! Quo tanto munere te fungi voluit eximia conditoris tui liberalitas. Tuo lumine

tene-

tenebræ, quibus gẽtes circũfusæ erãt, discussę sunt atque fugatæ. Tu sedentibus in vmbra mortis affulsisti, & ad verum iustitiæ solẽ ex Virgine ortũ adduxisti. Tu Magos tui admiratione cõpleuisti, atq; veri & sempiterni DEI adoratores effecisti. Te duce omnipotẽs DEVS nefastæ superstitioni finẽ, & veræ religioni, quæ DEI casto cultu & veneratione continetur, felix faustũq; initiũ attulit. Te duce, sempiternus DEVS vnigenitũ suũ, quẽ illis saluatorẽ dederat, Gentibus patefecit: ex quo eius in humanũ genus charitatis vis & magnitudo facilè apparet. Te antecedente, Gentes ab execranda impietate ad verã pietatẽ sunt traductæ. Tu Magis, qui ardentes & inflãmati, nouũ vt Regẽ adorarent, & sanctè venerarentur, accesserãt, eius hospitiũ indicasti. Nec verò tãta luce terras sol perlustrat, quãto lumine tu orbẽ illustrasti: quia Regẽ illũ, ad quẽ te ducem præbens Magos adduxisti, solũ DEVM cultu diuinitate prædito colendũ, qui fecit cælũ & terrã, mare, & omnia, quæ in eis sunt, ostẽdisti, cui adorantes reges Magos subdidisti. Habemus iã stellã istã fulgore reliqua cæli lumina superãtẽ, fidei & veritatis nostrę testẽ. Hęc igitur noua apparuit stella, noui, insoliti, inauditi Virginis partꝰ testis præclara & verissima. Cuius officiũ fuit Christum ex Virgine natũ annunciare, & Magos & in eis Gẽtes ad Christi cognitionẽ & cultũ perducere. *a* Iesũ verò non in præsepio tũc à Magis repertũ esse, cõ-

a Dam. *mass. ortho doxa fid. lib. 2. c. 7.*

iectura propiùs accedere licet. Quāuis enim ibi eum pastores adorauerint; tamen postea à Ioseph pauperem aliquā domum, vbi cum puero & puerpera cōmodiùs habitaret, & cōtra magnā frigoris vim se muniret, fuisse cōductā, pie credi potest. Illic Iudæorū Regis pedibus prostrati Magi, preciosis & magnificētissimis allatis donis, religiosissimè venerati sunt, cultū ei castissimum pietatisque plenissimū tribuerunt. Cæterùm vix cogitādo consequi possis, quàm celeriter & festinanter hi sancti Reges venerint: qui ab vltimis Oriētis terris ad Iudęorū fines, quorū regio in medio orbe sita est, tredecim dierū itinere tot prouinciis peragratis peruenerunt: sic eos DEVS ope sua sustētat, quos sibi liberaliter velle videt seruire. Ea ipsi viderunt, audierunt, quæ vix ac ne vix quidē cuiusquā cogitatio capere possit. Quorū expectationē longè quidē rei euētus superauit. Lactentē puerū, in Virginis gremio sedentē, & nota vbera petētē, sanctissimè coluerūt. Quinimò clarissimū illud Virginis lumen, in quo d inspicere magna est felicitas, cuius diuinus mirabilisq; splēdor nobis peperit lucē, eorū oculos diu delectauit. Dulcis illa & suauis Reginæ Angelorū vox, cuius sonus cælestibus periucundus est, eorū aureis mirificè demulsit. Habuit diuina Virgo, cuius ex ore melle dulcior fluit oratio, longos sanè & gratos cū Magis sermones. Multis præceptis, quæ spectant & valent ad bene beatēque

que viuẽdum, illi egregiè liberaliterq; sunt ab ea instructi. Quæ igitur priùs fide perceperunt, rẽ docti intellexerũt, & visu ipso explorarunt: multaq; visu mirabilia, auditu diuina, ab iis visa auditaque sunt. Tandẽ impetrata venia, & puero IESV oculis & osculis dulciter & piè adfixis, se in regionẽ suã referre decreuerunt. Ignari verò impii atque crudelis Herodis cõsilii, Hierosolyma iter habere, eumq; de reperto DEI filio monere, constituerunt. At proxima ante profectionis diẽ, nocte, sunt in somnis, *b* ne ad Herodẽ redirẽt, à DEI Angelo moniti. Cuius dicto audiẽtes eò illi se itinere auerterunt, & per aliam viã in regionẽ suã profecti sunt. Sed, dum Magi in Orientẽ festinanter contendunt, institutã Virgins ac filii historiam prosequamur. b Matt. 2.

De Virginis purificatione.

CAPVT XVI.

a DEcursis iam à partu Virginis quadraginta diebus, fuit DEI filius à Virgine matre in templo oblatus: legẽ vt obseruaret præcipientẽ, vt mulier, quæ filiũ páreret primogenitũ virili opera, eum in templũ induceret die quadragesimo. Cui certe legi non subiacebat sanctissima Virgo MARIA: quippe quæ non viri opera, sed SPIRITVS SANCTI virtute filium conceperat ac peperat, qui nomen traxit Emanuel, quod interpretatur nobiscũ DEVS. Oblationes igitur & sacrificia, quibus expiaretur filius ille, qui a Luc. 2.

DEVS simul & homo est, prorsus nō desiderabat: neq; mater, quæ SPIRITVS SANCTI opera concepit & peperit. Ex quo satis constat, DEI Matrem purificationis lege omnino solutā esse. Cuius vt filius erat supra legē, ipsiusq; legis lator; ad eundē etiā modū eius sanctissima mater non sub lege, sed potiùs supra ipsam legē erat. Quę post virgineū partū, purior ipsis mansit stellis, illustrior, atq; sole ipso splendidior. Ipsa lex prædicens, hanc diuinam paritura Virginem, eam liberam reddit ac solutā lege, qua reliquę omnes puerperæ tenentur. Nihilo tamē minùs accuratè obseruauit legē, & omnes ab Hebræis puerperis prescriptas ceremonias. Quæ vnquam mulier se tā obedientē præbuit huic legi, quā Virgo sacrata, cùm tamen ea esset omnino soluta? Quid enim cum aliis puerperis cōmune esse poterat matri DEI, in quā nulla vnquam cognoscendi viri cogitatio cecidit, nec cadere potuit? quæ ex SPIRITV SANCTO grauida fuit? quā nulli in partu dolores cruciarūt? Cur illa, quæ nihil vnquā sordidum & impurum contraxit, purificationis lege non omnino soluta esset? Quæ in cōceptu, in partu, & post partū, sancta, pura, & immaculata Virgo permansit? quę ex partu virgineo lōgè stellis & sole purior, clariormā sit, & illustrior? veruntamē prompta & alacris quidē legi satisfecit ita plenè & cumulatè, atq; humilissima quæq; puerpera, vt omnibus humilitatis

&

& obedientiæ exẽplum ad imitationem filii sui propositũ esset.*a* In Emanuele igitur strictè obseruata sunt, quæ lex de primogenitorũ oblatione præcipiebat, decursis, post eius natalẽ, quadraginta diebus.*b* Voluit supremus ille Rex, in cuius ditione res omnes & regna sunt posita, inter pauperes, innocentissimus Dei filius inter peccatorũ natos offerri.*c* Imò *qui Patri æqualis erat, formã serui accipiẽs, se ei perpetuò obedientẽ præbuit.* Hebræorum lege cauebatur, vt puerpera, quoniam profluuio sanguinis immunda esset, ingressu tẽpli dies aliquot arceretur. Quæ, decurso præfinito tempore, templum adibat, filiumq; sacerdoti offerebat. Quę diues erat puerpera, agnum & turturem: quæ pauper, duos turtures aut pullos columbarum offerebat; mundaq; fiebat. *c* Primogenitum autem pecunia redimebat: redẽptus in parentũ potestate pleno iure erat. Huic instituto se submisit rerum õnium autor & effector, omni lege solutus, & pauperũ more oblatus. Cuius oblatione eius est amplissimè decorata familia, eius auctũ atq; amplificatum imperium: quod quidem omnibus tã superioris quàm consequentis æui imperiis amplitudine dignitatis longè antecellit, cuius potestati & regno omnes orbis terrarũ potestates & regna facilè cedũt. Illuc sanctissimæ matris Virginis manibus allatus Christus cunctorum Rex atq; Dominus gratissima patri æterno Deo hostia fuit. Maria etiam vera

a Leuit c. 12. Num. cap. 8.
b Cedren, 154. nũ 5.
c D. Paulus ad Philipp. c. 2.
a Leuit c. 12.
b Cedren. 154.
c Exod. c. 13.

filii effigies & imago, purificationis, quæ nō ad ſe, ſed ad alias omneis mulieres pertinebat, legem ſumma animi demiſſione obſeruauit. Qua certè lege prorſus ſoluta erat; quia Virgo in cōceptu erat, Virgo in partu, Virgo poſt partū inuiolata permanſit. Cuius virginitatis ſplēdor, lōgè quidē quā ſolis atq; ſtellarū lux & claritas maior eſt. Cogitare debemus, Virginem eo die puerperæ perſonam tāta grauitate, modeſtia, & pietate, quāta ſuā maieſtatē & amplitudinē decebat, geſsiſſe; & quę apuerperis lege ac ritibus Hebræis exigebātur, cumulatè plenéq; tūc perſoluiſſe. *a* Quis nō miretur & obſtupeſcat, cogitās genitricem Dei, quæ āte partū, in partu, poſt partū pura & ſācta Virgo ſeruata eſt, ea omnia libentiſsimè in tēplo pręſtitiſſe, quæ tum ritu tū inſtituto Iudæorum vel ab infimæ cōditionis & abiectæ quauis puerpera conſueuerāt exigi? O felicē fauſtūq; Hieroſolymitis diē, ſi illū norint. Quàm neceſſariæ ſint ad ſalutē humilitas & obediētia, ſatis quidē apertè nobis exēplo ſuo declarāt Dei filius & ſanctiſsima Virgo mater ſua. Qui ſe demiſiſſimè ſubiecerūt, & legi, qua libere ſoluti erāt, tam libēter paruerunt. Quantopere nos puluis & cinis, nos, inquā, miſeri & peccatis immerſi legi ac mandatis diuinis obtēperare debemus? Euæ matris noſtrę ſuperbia factū eſt, vt mortiferā humanū gen⁹ acceperit plagā: quod tamē MARIÆ humilitate amiſsā recuperauit ſalutē. Quare ſi homo

a Bern. ſerm. 3. in purificat. Virg.

homo cecidit per mulierũ, etiã erect⁹ est per mulierũ & in pristinũ dignitatis statũ restitut⁹. Quisquis verè humilis est ac modest⁹, hui⁹ est feminæ filius, quę Dæmonẽ pedibus suis prostrauit, eiusq; caput cõtriuit. Sed, proh dolor, maior est pars eorũ, qui Euę superbiã & inobediẽtiã, quã qui MARIÆ sequũtur humilitatẽ & obedi ẽtiã. Purificatio Virginis prędicat, vt castos cõseruem⁹ animos ab hostis perfidi suggestione, à prauis & effrenatis cupiditatibus, à verbis obscænis & factis turpibus; quæ quidẽ fætus sunt turpees & exe crãdi: vt mẽte & corpore mũdi, puri, & casti, dominico digni simus cõspectu. Nã, vt veritatis ore dicitur; a *Beati sunt mũdi corde: quoniã ipsi Deũ videbũt.* a *Ma. 5*
Igitur scelerũ sordes eluẽdæ sunt lachrymis, quas ardẽtissim⁹ in Deũ exprimit amor, laboribus multisq; doloribus ex criminũ turpitudine susceptis, maximè verò pretioso sãguine agni immaculati, b *qui se hosti i salutarẽ per spiritũ sãctũ æterno Patri Deo pro nobis obtulit.* Cui⁹ pretiosus sanguis ab operib⁹ mortuis, hoc est à peccatis, emũdat cõsciẽcias nostras. Tũc igitur, cũ matris Virginis manibus in tẽplo oblat⁹ est patri æterno Deo, c à iusto Simeone cognitus est Christ⁹ Dominus, quẽ diuini interpretes ac internũcii in orbẽ terrarũ humana carne indutũ mortaliq; cõditione natũ tãto antè prædixerunt. Cognouit etiã venerabilis senex sacrã virginẽ MARIAM matrẽ Iesu in Esther, Iudith, & Rebecca præsignatã: quã sup- b *Heb. 9*
c *Simeõ iustus.*

pliriter salutat,& tristia simul ac iucũda prędicit Simeõ ętate, grauitate, atq; sanctitate venerabilis. Cui⁹ ex prædictione lætitiã dolore permixtã cepit sãctissima Virgo. Igitur Simeõ, quẽ DEVS ad summã perduxit senectutẽ, nec ptiùs vita excederevoluit, quã eius Emanuelis desiderio diu & acerrimè ardentis expectationi responderet. Christi Iesu, cunctis Gentibus desiderati, cuius vultũ desiderant Angeli, aspectu pulcherrimo & iucũdissimo exhilaratus, suauissimam cigni more emisit vocem, quæ ardens Emanuelis videndi, quo tãdiu æstuauerat, expletum esse desideriũ significauit, & venisse redemptorem ad afferendã lucẽ Gentibus, ignorantiæ tenebris circũfusis, declarauit, & corporeis vinculis anima sua exolueretur, DEVM orauit; vt sanctis Patribus Redemptoris aduentũ nunciaret: quo tam felici nũcio & propinquę salutis expectatione summopere lætarentur. Summum quidẽ gaudiũ & lætitiam cepit MARIA, cùm filium suum, Simeone teste, ab omnibus cognitũ esse, intellexit. Cui tamen cùm prædicta fuit crudelis mors, & acerbissimi, qui filium manebant, cruciatus, acutissimus doloris gladius cordi virgineo tranfixus est, Simeonis illi dictũ altã mansit mẽte repostũ. *a* Eodẽ etiã loco & tẽpore palã corã omnibus, quãtũ voce cõtẽdere potuit, prædicauit filiũ DEI *e* Anna Phanuelis filia, ætate prouecta, claro sanguine nata, ex nobilissima tribu & familia Dauid profecta,

a Anna Phanuelis filia de Iesu testimonium.
e Luc. 2

propter

propter excellẽteis mores, eximiá virtutem; summã probitatẽ, prophetiæ munere à Spiritu sancto donata. Præclarũ, amplum, & graue erat huius religiosæ feminæ testimoniu. Fuit quidem Anna à prima ætate pietati atq; optimis studiis dedita: extitit in omni vitæ cursu laudabilis, atq; spectatissima femina. Primùm Virgo casta, coniux honesta, vidua continẽs & religiosa. Quæ septem, postquã nupserat, ãnos, amisso viro, ad ãnos octoginta-quatuor vsq; vidua mansit, nec vnquã interea à tẽplo discessit. In quo continẽter orabat, & corpus inedia affligebat. Hæc igitur femina, insignis prophetissa (bonis enim, piis, castis, & integris animis se DEVS insinuare solet, & sua cõmunicare cõsilia) successerat SPIRITV DEI plena in confessione CHRISTI iusto Simeoni, & quantum voce contẽdere potuit, ita vt populus audiret, veritatem laude & testimonio confirmauit. Vnde factum est, vt omnes, qui aderant, in puerum oculos intenderent. *a* Cuius vultus quoniam crebris micabat radiis atq; splẽdoribus, Sãcti, qui aderant, diuinitus afflati, magna elati lætitia, ad se de cælo delapsum Regẽ lætissimis animis receperũt. Deinde Virginem eius matrem exploratè cognitã habentes, sanctè illam suspiciebant, ac venerabantur. *b* Sanctus verò vt ille dies quot annis solenni ritu & cæremoniis Februario mẽse, qui à purgatione nomen traxit, celebraretur, cereaq; funalia circumferrentur, præclarè

a Cedren. 339.

b D. Aug. cõtra Faustum, l. 18. c. 15. Februarium.

quidem statum est & piè. Nam quæ olim inani superstitione imbuti, in Cereris Proserpinæq; execrabilem memoriam facere consueuerant, modò in diuinæ Virginis laudem piè religioséq; conuertuntur. Diē igitur illū, qui quondā nō minus stultè, quàm impiè institutus fuerat, eum nunc piè sanctéq; Virgini matri sacrū & solennem Ecclesia Catholica celebrare consueuit. Quid verò aliud accēsa illa lumina, quæ eo gestantur die, significant, quā nobis etiā, sicuti Simeoni lætissimū ac felicissimū illum illuxisse diē, ac effusam lętitiā, quę à Simeone, cùm in vlnis infantem Christum habuit, percepta est, nobis etiam cōmunicatā fuisse? *a* Præterea, sicut apes cerā melle mistam vberrimè efferentes, nullo inter se miscētur cōgressu, nullo libidinis sensu capiuntur, sed omni prorsus dolore solutę, filiorum examen emittunt: ita candidis hisce cereis luminibus apertè declaratur, è MARIA Virgine Seruatorē nostrum, vteri integritate cōstantissimè seruata, sine vllo dolore genitū esse. Deinde, quemadmodū præclarissima & valde nitētia illa lumina, quæ eo die in solēni pōpa à nobis gestantur, è pulchris & variè pictis floribus, quos terra effūdit, decerpta ac delibata, *b* fructus sunt apis Virginis animantis: ita Christi caro è carne virtutum omniū suauissimo odore referta processit: & matris puritatē, dum ingressus aut egressus est, saluam & integram conseruauit. *a* Egredietur, inquit Esaias,

a Apis Virgo animans.

b Apis Virgo animans.

a Esaiæ

saias, *virga de radice Iesse*. *c* Hæc virga est sanctissima Virgo, quæ nobis cœlesti rore madefacta, id est Spiritus sancti opera floré Christũ effudit. *d* Quòd si ex filii dignitate Matris oportet metiri ac põderare dignitatẽ, quãta est dignitas, maiestas, & ãplitudo Virginis matris, quæ nõ aliũ, quàm omnium laudandarũ rerum autorem & cõseruatorem DEVM ipsũ prępotentem meruit filiũ habere? Verè super omneis mulieres, Gabriel Archãgele, benedictã MARIAM Virginem appellasti, quę tuis dictis assensa, DEI materfieri meruit. Verè quidẽ est prętèr cæteras feminas benedicta: quia hę ancillæ, illa verò sola est Regina. Quæ vna tãto filio digna mater non mortalibus solũ, verũ cælestibus etiã spiritibus amplitudine dignitatis excęllit: adeò, vt supra illãnihil sitnisi DEVS, & õnia, prætèr DEVM, sint infra ipsã. Audi immensam & infinitam sacræ Virginis dignitatẽ multis prophetarũ oraculis cõtestatã: *Egredietur*, inquit Esaias *virga de radice Iesse*, hoc est de genere eius exorta. Virga igitur, quæ, vt paulo antè dictum est, Christum floré effudit Spiritus sancti opera, est sacrata Virgo MARIA. *a* Quod certè mysterium illa cãticorum verba facilè declarãt: *a Ego flos cãpi, & lilium conuallium*. Flores hortorum nascuntur opera hominum, terrã colentium: at flores cãpi terra effundit sine vlla hominum opera & labore: quia cãpi nunquã aratro proscinduntur neq; coluntur. Christus ergo est flos huius bene-

c Maria virga.

d Matris Dei dignitas.

a Maria cãpus, Christus flos.

a Cã. 2.

benedicti campi, cæleſtis roris benedictione perfuſi. Rectè quidē & aptè MARIA Virgo cāpus nominatur, qui quem cæli capere non poterant florem, hunc tanquā latiſſimus cāpus ea intra vteri ſui intemerata viſcera cōtinuit. Ex hoc campo hic flos pulcherrimus egreſſus eſt, vt nos odore gratiæ ſuæ reficeret, ac recrearet. Ex hoc virgineo campo proceſſit Chriſtus Dominus, aëreas poteſtates, quæ duriſsima ſeruitute genus humanum oppreſſum tenebant, debellaturus. Quin etiam cāpi nomen ob id, ni fallor, aptiſsimè in Virginē quadrat, vt enim campi flores omnibus patēt, & nulli denegantur: ſic etiam Chriſtus omnibus ex Virgine natus eſt, quia ad eius gratiam cunctis mortalib⁹ præſtatur acceſſus: iuſtis, vt fructus ferant iuſtitiæ ſuæ ampliſsimos; peccatoribus, vt reſipiſcentes veniam & gratiam ſperent. Nam diues eſt in miſericordia in omneis, qui inuocant illum. Campus eſt diuina Virgo, nam quæ ſua eſt nobilitas & benignitatis amplitudo, omneis, qui ad ſuum præſidium cōfugiunt, cōplectitur, & filio ſuo flori ventris ſui benedicto, à cuius gratia exciderant peccantes, recōciliat, & ampliſsimis ſingulari patrocinio ſuo beneficiis exornat. *b* Eſt item alibi apud Eſaiam de ſanctiſsima Virgine dictum, vt paulo antè in hanc ferè ſententiā retulimus; *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet Salua totem.* Quibus verbis Propheta Virginem MA-

b Eſa. 45

RIAM

RIAM, cuius desiderio cum cæteris Prophetis æstuabat, appellat. c Quæ vt terra benedicta, & aperta fide, non corruptione, germinauit nostræ salutis autorem. d De cuius terræ laudibus inquit Dauid sanctissimus vates: *Benedixisti terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.* Nam terra hęc, quam, vt in ea habitaret, elegit sibi Dominus, sancta fuit, pura, & casta ab omni labe sordeq; peccati, vt sæpius hoc libro demonstratum est. Ex qua natus Dominus *auertit captiuitatem Iacob.* Nam genus humanum, quod durissima Dæmonis & peccati seruitute oppressum tenebatur, ex Virgine ortus liberauit, & venenati serpētis, qui se humanam naturam diuinis priuasse muneribus gloriabatur, elationem, superbiam, & arrogantiam compressit, domuit, fregit, e Est etiā illud in Ezechiele de Virgine matre: *Domus Dei est, cuius sunt integerrima claustra, cuius ad Orientem consistens porta semper est clausa: quia ante natum & post natum hunc filium semper est Virgo.* a Per quam *sacerdos in æternum secundū ordinē Melchisedec* Christus Dominus ingreditur & egreditur perpetuę virginitatis saluo flore, & pudoris decore integro ac illibato. Hæc igitur terra sancta Spiritu sancto fœcundata dedit fructum suum, Christū scilicet Dominum, per quē malis omnibus liberati, bonorum omnium, quibus antea miseri carebamus, participes facti sumus. Qui ex Virginali thalamo tanquam sponsus procedens, depul-

c *Maria terra benedicta.*
d *Psal. 84.*
e *Maria domus Dei & porta orientalis.*
a *Ezec. 44.*
a *Psal. 109.*

sa maledictione, donauit nobis benedictionẽ, & nos in sanguine suo Deo Patri reconciliauit. O Virgo singularis, purioraſtris, pulchrior sole, quæ Christum Dominum, salua virginali pudicicia tua, nobis peperisti. Sed quo tandem modo florẽ virginalem amittere poterat illa, quæ castitatis peperit autorem & amatorem? *b* Immo verò tali filio, tali fœtu matris est virginitas sacrata, illustrata, & amplissimis cùm mortalium tum etiam cælitũ laudibus in cælum vsq; sublata. Igitur diuini fœtus partu, diuinæ prolis generatione factum est, vt virginitatis decus & lumen multo clariùs eluxerit, & diuina proles omnia laudum ornamenta in illam congesserit. Hausit ergo diuina Virgo à suo sanctissimo filio, decoris, honestatis, & pudiciciæ fonte perenni, virginitatis decus auctum atque amplificatum, lucem nominis celebritatem atque gloriam, immortali laude celebrandam. *c* Fonté etiam signatum appellant matrem Virginem sacra monumenta: ex qua manat fluuius paradisi, qui corda hominum arida, & nullo virtutis virore ecmmendata, nulla laude ornata, irrigat, atque spinis & vepribus, *a* quæ patris familias sementem suffocabant, euullis, gratia virere facit cælesti, & fructus æterna vita dignos effundere. Nam nisi hic fluuius ex hoc virgineo & limpidissimo fonte manasset, peccatorum planè vepribus ac spinis semper cõstricti fuissemus infrugiferi, & nulla laude com-

b Maria post partũ purior.

c Maria fons signatus.

a Mat. 13 & Marc. 4. a & Lu. 8. a

commendati. Hanc ergo feminam generatio Virginem habet. Hanc feminam filius ingrediens Virginem seruat. Hanc feminam proles ita post exitum reliquit, sicut ante cōceptū inuenit. Huius virginitatis semper incorrupta, semper illæsa, semper illibata, semper integra, semper salua, semper inuiolata permanet. Hęc femina sanctitatis autoris fōs est, sanctificationis vas est, æternitas virginitatis est, mater Dei est, sacrariū sancti Spiritꝰ est, templum singulariter vnicum factoris sui est, sed quæ de perpetua genitricis Dei MARIÆ Virginitate paucis dicta sunt, hæc fusiùs atq; vberiùs disputat diuus Illefonsus Archiepiscopus Toletanus, summo Virginis studio inflammatus, acerrimus perpetuæ virginitatis MARIÆ defensor. Sed eò redeamus, vnde egressi sumus. Sed iam quæcunque consuetudine ac lege Iudæorum nominatim præscribebantur, à parentibus circa puerum strictè obseruata sunt, & cumulatissimè persoluta. *b* Magi verò Angeli dicto audientes, Herodis spem fefellerant, neque ad eum redierant. Qui aliud iter ingressi, in Oriētē se retulerāt.

a Maria Virgo perpetua.

b Herodis spes præcipita.

De Mariæ fuga in Aegyptum cum puero Iesu, & sponso eius Iosepho.

CAPVT XVII.

INterim Iosephum Angelus in somnis cōuenit, mandatq;, vt quàm celerrimè cum puero & puerpera iter in Aegyptum maturet, nec inde priùs, quàm iterum sit monitus,

a Christus in Ægyptū exiturus

b Mat 2 tus, se cõ moueat.[b] Futurum enim demõstrat cælestis nuncius, vt ad necẽ quẽreret infantẽ Herodes iracundia elatus. c Quo tũ atroci nũcio Ioseph[o] cõmot[o], statim locũ, vbi tũ erat, deseruit, ac nulla interposita mora exsurgẽs, cũ puero & matre viæ se cõmittit, & quã citissimè potest in Ægyptũ fugiẽs cõtendit. Nullis verbis, nullo dicẽdi genere satis exprimi potest, quãta is, ob illum nũciũ, ac Virgo in cura quantoque in mœrore fuerint. d Quem enim improuisa illa fuga non exanimasset? quẽ ingens formido nõ oppressisset? Cui tanto terrore mens non abiisset, cùm obscura nocte, periculisque plena, repentè abeundum, salusque alibi quærenda esset? Quàm graue, quàm acerbum, ne minimo quidem ad res suas cõstituendas dato spacio, patriam, affines, amicos deserrere, aliena loca atque longinqua petere? Quantus, ó Iesu clementissime, in itinere illo Virgini matri & custodi labor obiectus est? Quàm anxii ac soliciti fuerunt, metuentes, ne tu charissimum pignus intercipereris in via? in aliquod vitæ periculum ac discrimẽ vocareris? Quãto, proh sancte Christe, dolore mixtũ est illud gaudium, quo affecti fuerunt Virgo mater & custos ortu tuo diuino, Magorumq; regum aduentu! e Hìc planè monemur, Sãctorum vitã lætitia & permisto dolore cõtextã esse. Nec enim vult præpotẽs Deus, õnia seruis suis cõtingãt iucũda & prospera; nec rursus aduersa molesta & acerba: sed illo-

c Cedren. 154. n. 9

d Fuga in Aegyptũ.

e D. Chryso. Hom. 8 in Mat. Aduersa & prospera Sanctis hic sunt permixta.

illorũ potiùs vitã admirabili rerũ & secũdarũ & aduersarũ varietate cõposuit. Quod quidẽ facile est hic videre. Nam cùm videret Iosephus natum diuinitus puerum, affectus est ingenti gaudio & lætitia: cui tamen mox magna succesſit tristitia & metus, totam cùm vidisset commotam ciuitatem, Herodemque furibundum infantem Iesum ad necem quærentem. Hanc rursus mæstitiam alia est statim lætitia consequuta, stellæ scilicet apparitio, Magorumque adoratio. Cui iterum timor succesſit, cùm Iosephus à cœlesti nuntio certior factus est, Herodem quærere, vt è medio tollat, oculis, voce poscere infantem. Fugere igitur, inquit Angelus, oportet, & in longinquas terrarum oras abire cum puero & Virgine matre, vt præsentes fluctus tempestatemque possis vitare. Fecit quidem languere MARIAM difficile, asperum, & pedestre per colleis iter; cùm Nazaretho in Iudæ ciuitatem ad Elizabetham concesſit. Languit etiam de via; cùm propinquo partu Bethlehem, vt nomen sub Augusto profiteretur, vbi dehinc peperit, properauit. *a* Habuit etiam iter laboriosum, cùm ad offerendum Deo filium suum discesſit. At subita in Ægyptum peregrinatio, dum magnis diurnis nocturnisque itineribus, alias gentes, & nationes, atque loca petit ignota, quàm laboriosa fuit, quàm difficilis, quàm incommodi plena? Dum in dies de filio solicitudo & metus magis auges-

a Ægyptiaci itineris incõmoda.

cit; dum, ne ab aliquo fuga intercludatur, metuit, quàm acerbum animo cepit dolorē? Quoties autem nocte oppressa Virgo sub dio cùm puero mansit? Quā sæpe, quæ ad victum necessaria erāt, desiderauit? Quoties eos humi iacenteis somnus oppressit? Felix nimium ô solum, in quo cœtus ille somnum cepit. Dignum planè fuit, quod statim pulcherrimis floribus pingeretur; dignum fuit, quod herbescentem effunderet ex se viriditatem: Fausta ô terra, viridantibus herbis & purpureis perpetuò sis consperſa floribus, & cœli rore vbertim irrigua. Cæterùm, ô Regina, te diuina animi magnitudine præditā nec imbrium, ventorum, tempestatumque vis & asperitas, nec aduersum anni tempus, nec vllæ difficultates & incommoda ab itinere retardarunt. *b* Verùm enim verò sacrata DEI sponsa omneis cum pio custode difficultates & labores leniter ferebat, libenter pro filio tempestates omneis subibat: & quo maioribus oneribus premebatur, quo grauioribus curis angebatur, eo tolerantia maior erat. Quamuis autē quotidie aduersi aliquid eueniret; illorum tamen spes non infirmabatur, nec vlla ex parte lababat, sed firma potiùs, certa, & stabilis erat: quādo quidem illis persuasum erat, fore vt, post Ægyptiacam & huius vitæ peregrinationem, patriam securam & florentem in cœlesti regno definitam haberent. *a* Venit mihi in mentem illius itineris asperi,

b Singularis Mariæ patientia.

a Lotus arena desertus.

asperi, difficilis, & periculosi quidem, quod habuit sacrata Virgo per locum illum, quem arenæ desertum nominatim appellant. Nam cùm vehemens est ventus, tempestasque maxima, magnos illos instar montis arenæ acervuos aliò transfert, & adeò camelos cæcant, vt in terram decidant vi perculsi. Pari etiam incommodo afficiuntur homines, nisi tabulis & lignis contra vim & procellã muniantur. Quare nullo modo arenosa illa via deterrima ambulari potest, non priùs sedata tẽpestate. Quis cogitando consequi potest, quãto cum labore hanc tam difficilem, asperã, & periculosam progressa fuerit viã cum puero & Iosepho custode? *b* Saluator noster, qui naturam vniuersam infinita virtute coërcet & cõtinet, perditi tyranni, illius sanguinẽ petentis, inmanitate, postremò fuga & exilio in ipso ortu vexari voluit cum matre Virgine & custode, vt nos ad labores & ærumnas, quibus mortalium vita patet, æquo animo tolerandas exẽplo suo cohortaretur. Sed tantisper, dũ Virgo diuina iter accelerat in Ægyptum, viæ ducem & custodem habens Iosephum, dicendum erit de Herode, qui iam promissi Magorum reditus spem abiecit. Is, vbi alia via eos in ditionem suam reuertisse ac se illusum cognouit, desperans iam se nati Regis ab illis indicium habiturũ, vehementer exarsit iracundia, *c* Quare timens, ne Iudæorũ regnũ, quod per tyrannidẽ occupauerat, iniusteq; dein ab Au-

b Christus cum in ortu suo, fuga & exilio vexari voluit.

c Ced. 150 Herodis crudelitas.

gusto obtinuerat, ad Christum Iesum transferretur, edicto promulgato iussit non mi-
c Matt. 2 nùs impiè, quàm crudeliter, *c* vt in ciuitate Bethlehemitana pueri à bimatu infrà ad illud vsque tempus, quod stellæ indicio à Magis perquisierat, ad vnum omneis nefariè interficerentur; cùm sciret iam annum & amplius ætatis puerum habere. Fecit quidem illud tyrannus primùm propter insitam animo, vel potiùs ingeneratam crudelitatem, qua feras omneis superabat, similis lupo, qui ingressus ouile, satis non habet occidisse, quo famem explere possit, nisi etiam innatæ immanitati seruiens multo plureis, quàm ad famem tole-
d Cedren 154. randam sufficiant, trucidarit oueis: *d* deinde, quia audiens puero nato stellas ad nutum parêre, timuit, ne infra vel supra ætatem formâ mutaret. Crudele odium, quod semel susceptum latiùs manat, & funditur per omneis corporis partes, totum prorsus tyranni animum inuasit. *a* Neque verò longè lateq; fluē-
a Innocē- tium cades. tibus innocentissimi sanguinis riuis immoderata eius sedari sitis, nec tot infantium nece eius satiari potuit eius iracundiæ ardor. Dum sæuitiam suam in innocenteis tam fædè exercet teter & crudelis tyrannus, nec iræ, quibus incitatus, præceps ferebatur, stimuli auelli possunt, quippe qui à Dauidicæ gentis nomine capitali odio dissidebat, nec vxori nec socero parcit. Nam & Marianem, quam, vt tutiùs ac securiùs regnaret, vxorem duxe-

rat,

rat, & Hircanum Regem atque pontificem illius consanguineum, quia erant ex Dauidis regia stirpe profecti, furore percitus, nefariè iussit occidi. Atque eo tyranni crudelitas progressa est, vt ne Alexandri quidem & Aristoboli filiorum, qui sibi ex illa nati fuerãt, cæde temperauit; vt ob eam causam Cæsar Augustus facetè dixisse feratur, *apud Herodem fues liberis præferuntur*. Quid igitur mirum, si post tantam editam stragem & crudelitatem, audiens, regni hæredem natum esse, & persuasus illud vatum oraculis, Elizabethæ voce, pastorum nuncio, Magorum sermone, pueri in templo oblatione, cuius ortus constanti fama & sermone omnium celebrabatur, quid, inquam, mirum, si tyrannus exanimatus est, & furibundus salutis nostræ autori insidias parauit? Quæ quidem causa fuit, locum CHRISTI ortus à Prophetis prædictum iam diligenter perscrutandi: *a* Sed DEI *prouidentia hominum consilia superantur*. Conatus tui, ô tyranne, repressi sunt ac retardati, cùm Christi necem animo molitus, antequam ad rem conferres, iussus es à Cæsare Augusto Romam venire. In quo diuinæ prouidentiæ Romanum seruiuit imperium, cùm interim Dei filius ex tuis cruentis manibus eripitur, & saluus atque incolumis in Ægyptum traducitur. Dies hic pueri IESV & sanctissimæ Matris eius, qui tyranni exilio vexati sunt, innocentiæ dicatus est inprimis, & ab Ecclesia

a Prou. 21. *Christus ab Herode tutus elabitur.*

Catholica consecratus: quo die tristissimis cerimoniis, omissis scilicet lætitiæ canticis, GLORIA IN EXCELSIS DEO, TE DEVM LAVDAMVS, ALLELVIA solenni, & altaris ministris nigris vestibus indutis, sacra peraguntur, b Simulatque DEI filius Ægyptũ attigit, omnia Idolorum simulachra, quæ delusa illa colebat gentilitas, velut præsentis numinis aduentu ibi planè deturbata, corruerunt. Quæ res monumentis consignata est, & constanti fama sermone omnium percrebuit. Nã quocumque in loco Rex est, ibi & eius etiã adest imperium. Quare quando necesse erat, illic terrarum cœlique imperium esse, vbi esset CHRISTVS, cur omnem cultum & sacrificationem malorũ Dæmonũ simulachra non refugeret, ac se veri filii Dei pedibus nõ prosternerent, b *Cuius sancto nomini omnia supera, media, & infera genua flectunt*, cuius numini parent ad nutum omnia? a CHRISTI in Ægyptum fuga & Idolorũ ruina multo antè prædicta fuit ab Esaia sanctissimo vate: *Ascendet*, inquit ille, *Dominus super nubem leuem, & ingredietur in Ægyptum, & commouebũtur simulachra Ægypti.* b Antiochũ illum Dei populi pestem, procellam, & turbinẽ magna hominum, equorum, curruum, & elephantũ multitudine stipatum in Ægyptũ intrasse, eamq; vastasse, diripuisse, bonisq; euertisse, sacra testantur monumenta. Sed longè aliter quidem se gessit hic terrarum & cœli moderator, hic

b *Canisius ex Cyrillo, Nicephoro, Callisto 126. Simulachra Ægypti Christi aduentu concidêrunt.*

b *Phil. 2.*

a *Esai. 19*

b *1. Mac. c. 1.*

Rex

Rex regum, & Dominus dominantium, hic mitis & humilis corde: qui cùm omnium salutis constituendæ causa veniſſet, intraturus in Ægyptũ, nõ venit magna ſtipatus caterua, ſed exigua & humili MARIÆ Matris ſuæ & Ioſephi nutricii comitatu: vt ob id nubis leuis nomine appellati videantur. *c* Ieſus igitur à matre Virgine Ægypto illatus eſt; vbi ſeptẽnium plus minùs mãſerunt rerum omnium inopia vexati, multiſque incommodis & difficultatibus affecti. Deſeſſa cùm peruenisſet ſacrata Virgo cum filio labore atque itinere, quod quidem per deſertũ arenoſum, aſperũ habuit ac difficile, *d* ad ficum quandam adhęſit. *e* Quæ ficus, cùm plueret, cœli Reginã accepit, & complexu ſuo retinuit gratiſſima. Nã & cauus repentè factus eſt illius arboris truncus, quo ſatis commodè puer & mater capi poſſent. Quo viſo miraculo, inquit Virgo Ioſepho, ſi aquæ nobis hìc eſſet copia, vrbẽ non inirẽ. Quod cùm mater dixiſſet, diuinus puer terrã digito ſcalpſit, & ſtatim fons aquæ ſcaturiuit cæleſtis & puræ: vbi hodie etiã erumpit. Hæc cùm duo Ioſephus patrata vidiſſet miracula, ædiculã ibidẽ conſtruxit: vbi ipſe cũ Virgine & puero Ieſu ſeptẽ annos diuertit. Tãto gaudio cumulantur, tãta lætitia efferuntur, quicũq; ædiculã illã ingrediuntur, vt neq; mẽte cõprehendi, nec vllo dicẽdi genere poſſit explicari. *a* Paries quidã domus illius cauus eſt inſtar feneſtræ paruæ, & in quadrum redactus,

c Septẽnium exilium in Ægypto. Canisius 191.

d Locus, quem primũ Virgo attigit Ægypti.

e Ficus & fontis miracula. Sozomenus lib. 5 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Caſſiodorus 6. Tripartita. Nicephor. 40. Hiſtoriæ ſacræ. Mãtuæ. Guill.

a Deſcriptio domus in Ægypto à Ioſepho ædificatæ

Catholica consecratus: quo die tristissim
cerimoniis, omissis scilicet lætitiæ cantic
GLORIA IN EXCELSIS DEO, TE DEVM LA
DAMVS, ALLELVIA solenni, & altaris mi
stris nigris vestibus indutis, sacra peragunt
b Simulatque DEI filius Ægyptũ attigit, o
nia Idolorum simulachra, quæ delusa illa c
lebat gentilitas, velut præsentis numinis a
uentu ibi planè deturbata, corruerunt. Q
res monumentis consignata est, & consta
fama sermone omnium percrebuit. Nã qu
cumque in loco Rex est, ibi & eius etiã ad
imperium. Quare quando necesse erat, il
terrarum cœlique imperium esse, vbi es
CHRISTVS, cur omnem cultum & sacri
cationem malorũ Dæmonũ simulachra n
refugeret, ac se veri filii Dei pedibus nõ pr
sternerent, *b Cuius sancto nomini omnia supe
media, & infera genua flectunt*, cuius numi
parent ad nutum omnia? *a* CHRISTI in Æg
ptum fuga & Idolorũ ruina multo antè pr
dicta fuit ab Esaia sanctissimo vate: *Ascend
inquit ille, Dominus super nubem leuem, &
gredietur in Ægyptum, & commouebũtur sim
lachra Ægypti. b* Antiochũ illum Dei pop
pestem, procellam, & turbinẽ magna hom
num, equorum, curruum, & elephantũ mu
titudine stipatum in Ægyptũ intrasse, eam
vastasse, diripuisse, bonisq; euertisse, sacra
stantur monumenta. Sed longè aliter quide
se gessit hic terrarum & cœli moderator, h

b Canisius ex Cyrillo, Nicephoro, Callisto 12 6. Simulachra Ægypti Christi aduentu concidêrunt.

b Phil. 2.

a Esai. 19

b 1. Mac. c. 1.

Rex regum, & Dominus dominantium, hic mitis & humilis corde: qui cùm omnium salutis constituendæ causa venisset, intraturus in Ægyptũ, nõ venit magna stipatus caterua, sed exigua & humili MARIÆ Matris suæ & Ioseph nutricii comitatu: vt ob id nubis leuis nomine appellati videantur. *c* Iesus igitur à matre Virgine Ægypto illatus est; vbi septẽnium plus minùs mãserunt rerum omnium inopia vexati, multisque incommodis & difficultatibus affecti. Defessa cùm peruenisset sacrata Virgo cum filio labore atque itinere, quod quidem per desertũ arenosum, asperũ habuit ac difficile, *d* ad ficum quandam adhęsit. *e* Quæ ficus, cùm plueret, cœli Reginã accepit, & complexu suo reduuit gratissima. Nã & cauus repentè factus est illius arboris truncus, quo satis commodè puer & mater capi possent. Quo viso miraculo, inquit Virgo Iosepho, si aquæ nobis hìc esset copia, vrbẽ non inirẽ. Quod cùm mater dixisset, diuinus puer terrã digito scalpsit, & statim fons aquæ scaturiuit cælestis & puræ: vbi hodie etiã erumpit. Hæc cùm duo Iosephus patrata vidisset miracula, ædiculã ibidẽ constituit: vbi ipsecũ Virgine & puero Iesu septẽ annos diuertit. Tãto gaudio cumulantur, tãta lætitia efferuntur, quicũq; ædiculã illã ingrediuntur, vt neq; mẽte cõprehendi, nec vllo dicẽdi genere possit explicari. *a* Paries quidã domus illius cauus est instar fenestræ paruæ, & in quadrum redactus,

c Septẽnij exilium in Ægypto. Canisius 191.

d Locus, quem primũ Virgo attigit Ægypti.

e Ficus & fontis miracula. Sozomenus lib. 5 Historiæ Ecclesiasticæ. Cassiodorus 6. Tripartita. Niceph. 40. Historiæ sacræ. Mãtua. Guill.

a Descriptio domus in Ægypto à Iosepho ædificatæ

redactus, vbi diuina Virgo puerum IESVM
quiescēdū reclinare solita perhibetur. Qu
quidē satis declarat suauissimus, qui inde
flatur, odor, quo omneis ingredientes tant
pere recreantur. Nullū nec balsami, nec al
rius quantumuis suauissimi odoris genus
vlla ex parte cum hoc odore conferendū. O
biculi ex electro horarii, qui locū attigeru
illum, perpetuum seruāt odorē. Hæc prætr
sissima domus abest a b vrbe Cairo notissim
fama quinque millia passuum. Quam dom
Martareā appellant Sarraceni, quæ vox Ar
bū lingua matrem significat. Magnā hic locu
habet apud Sarracenos venerationem: quan
sæpe suis sumptibus reficiendam curarunt
Cuius domus ędituus est quidam Sarracenus
qui eorum, qui religionis causa illuc adeunt,
misericordia viuit. Ardet semper lampas quę-
dam in illa sacrata æde, sumptu ex eleëmosy-
nis suppeditato. Ipsi Sarraceni (cùm tamen
abhorreant à vera nostra religione) constan-
ter fatentur, cœlestem esse & Angelicum lo-
cum tanta odoris suauitate conspersum, quē
vt sanctum & religione augustum colunt, ob-
a Osea. seruant, & venerantur. a Descendendum fuit
Domino, teste Euangelista, in Ægyptum, vt
Oseæ Vaticinium impleretur, dicētis, *Ex Ae-
gypto vocaui filium meum.* Voluit Christus Ie-
sus omne laborum genus subire, & aspera ac
dura, quæ humanitus accidunt, perferre, vt
d Heb. 2. dmisericors fieret, & apud Patrem fidelē pon-
tificem

tificem pro hominibus ageret, vt peccatis eorum veniam impetraret: potest enim in iis, quæ ipse passus est, miseris & afflictis subuenire atque opem ferre. Quis enim est DEO adoptatus filius, quē non vocauerit ex Ægypto, ex densissimis scilicet ignorantiæ & peccati tenebris in admirabile lumen gratiæ suæ? *b* Post septennium, quo Dei filius cum matre sua & fido custode Ioseph exulauerat in Ægypto, mortuo Herode, compresso omni periculo, in patriam redire oportebat. Quare hîc etiam admonetur ab Angelo Ioseph, vt itineri se accingat, & redeat in Palæstinam, cum puero & matre eius; quòd ii, qui Virginis filio insidias parauerant, & necem meditati erant, vita functi essent. *c* Ille cœlestis nuncii dicto audiens, nulla interposita mora, vnà cum puero & MARIA Matre eius in Israëlitas iter facit. *a* Quo vt primùm peruentū est, audiuit Ioseph Archelaum pro patre, Iudææ regnum ab Augusto impetrasse, qui pueri Iesu incolumitati meliùs cautum iri arbitratus, & in somnis monitus, Nazarethum Galilææ vrbem concessit. *b* Etenim prophetica verba re ipsa comprobari oportuit, vt à Matris patria atque ab ea ciuitate, vbi conceptus fuerat, diuque moratus, Nazarenus cognomine diceretur. Mirabileis illic diuinitatis sapientiæ suæ amores sensim excitans, ac sui maiorem in dies admirationem commouēs, quo ætate magis procedebat, eo vberiùs gra-

b Canisius 191.

c Cedren 151.

a Matt. 2. Reditus ab Ægypti exilio.

b Matt. 2.

tia & sapientia in eo augescere videbatur.

c Bernar Hom. 2. de B. Vir

c Omnia tamen iam tum, cùm conceptus est, perfecta confluxerant in illum, & numeris omnibus absoluta. Ornamenta illa, quibus tã ample & magnificè redundabat, vti clarissimę stellæ in eo elucebant: eius virtutũ sol omnia luce sua cõplebat, & maiorẽ in dies splendore suo cunctis admirationem commouebat, atq; ornatiora illustrioraq; ætatis progressu ea videbantur, quæ in ipsum tum primũ plenissimè cumulatissimeque congesta fuerant. Sed in Christo poterat quidquã non perfectum, non absolutum esse? cuius cum sacratissima anima & corpore eodem temporis momẽto.

a Diuinitas nunquam in Christo ab humanitate separata. S. Leo PP Ser. 4. de Epiph.

a Dei verbũ tanto fœdere consertum est atque vnitum, vt nunquam ab humanitate, quã in tempore ex Virgine pro nobis assumpsit, deitas, qua ante omnia sæcula in forma Dei æqualis est Patri, separata sit ac seiuncta? vt illud arctissimum vinculum, quin vllum vnquam in huiusmodi fœdere repudium interuenerit, semper indissolubile permanserit?

Iesus in templo duodennis amissus.

CAPVT XVIII.

a Damas. ortho. doxa fid. l. 3. c. 23.

a Profecti Iosephus & sancta Virgo Hierosolymam, solennem Parascues diem celebraturi, illuc & Iesvm secum perduxere. Decurso eo tempore diei sacro colendo piè & sanctè instituto, Nazarethum reuertũtur. Regina cæli existimans filiũ cum affinibus de verbo Dei, vt solebat, agentem subsequi, nec procul abesse, diuinos sermones animo volu-

ens,

ués, fideliter cum comitib⁹ paulo lõgiùs pro-
greditur. *b* At puer insçia matre mãserat in tẽ- *b Luc. 2.*
plo, quẽ cùm desiderauit, amissum suspicatur.
Quãtũ ex ea re Virgo animo ceperit dolorẽ,
quã solicitus & anxius fuerit Iosephus, nemo
est, qui dicendo cõsequi possit. *c* Ambo sum- *c Christus duodennis à matre amissus.*
mio dolore affecti eũ diligẽter cõquirere, lo-
ca omnia perlustrare: vbi quærant, aut vbi in-
ueniant, prorsus ignorãt: quoquo se vertunt,
rogitant, percontantur omneis, vt de filio in-
dicẽt. Lachrymas vbertim fundẽtes huc illuc
vagãtur. Venit in mentẽ cogitare doloris &
acerbitatis plenã ab intimo corde hãc à Vir-
gine vocẽ emissã: eheu nate, quid in Ægyptũ
abiisse profuit, Herodis vt è manib⁹, necẽ tibi
meditatis crudelẽ, euaderes? si dũ te ab omni
periculo liberũ & magis tutũ opinor, hic in
vitæ addictus es discrimen? ac dũ te subsequi
nobiscũ existimo, è cõspectu amisi meo? Eheu
vereor, ne paterno odio imbut⁹ Archelaus ali
aliquo indicatũ filiũ meũ mihi surripiendum
curauerit. Sed de me ipsa grauiter querar, in
me culpã omnẽ conferã. Nã cur ego tã charũ
natũ à me separari permisi? incogitãsve è cõ-
plexu meo dimisi? ac è tam precioso thesauro
oculos quò dimoui? existimanti filium cum
cognatis esse, nec longè à me abesse, hoc im-
prouisum inopinatumque accidit malum.
Acerbissimus dolor permistus est illi gaudio,
quo in templo cælestẽ Patrẽ venerãs perfusa
sum; effusa lætitia est mihi maxima ægritudine,
incredili dolore, quẽ ex amisso filio percepi,

ex-

exhausta omnino. Vbi nunc quæram, quem perconter? quam insistam viam? Quò sacra Virgo nitentes oculos lacrymis suffundens non adiuit? quem in illa regione, quò non accederet, locum omisit? Defessa iam erat quæritando, nec vllum omiserat locum. Quē cùm non inueniret, nec vllum eius indicium haberet, cum Iosepho Hierosolymam maturat proficisci. Omneis, qui sibi in via occurrebant, sciscitabatur de filio. Totum triduum, iucundissimo, quo exhilarari solebant, conspectu illo molestissimè carentes, grauiter luxerāt. Denique nunciatur, in templo illum cum sacerdotibus ac senioribus acriter disputare, eiusque doctrinæ ac sapientiæ apertè victos omneis cedere, & à puero duodenni ætate maximos superari. Omneis illū de cælo delapsum intueri, cœleste ingeniū, mirificam in eo sapientiam demirari, vniuersos illius sapienter dicta, prudenter responsa, summā in admirationē rapere: cūcti ex diuini pueri Iesu ore pendebant, sancto eius & longo sermone mirificè delectari. Tantā virtutem, tantā in tā teneris annis ingenii maturitatem, quanta in iis, qui sunt matura & corroborata ætate, reperiri non potest, omneis planè demirabantur. Omnia supra ętatem, supra conditionem mortaliū illi donata videbantur. *a* Matri Virgini filium saluum, & tanta hominū multitudine stipatū, videnti sensim conceptus dolor abstersit: fixis cum oculis Maria contēplari, diligentissimè obseruare. *b* Quæ in filii tum se

a Repertus in tē plo Iesus.

dedit

dedit conſpectũ, cùm diſputandi finis factus fuiſſet. Cætu omni dimiſſo, IESVS ſurrexit. Quẽ hilaris Virgo mater amplexans oſculãſque hunc habuit ſermonem: c *Fili mi, cur tãti doloris locum nobis reliquiſti?* quò à noſtro abductus es conſpectu? Dum te perquiſiui, à Simeone prædictus doloris gladius viſus eſt cordi meo tranſfixus. Ioſephus etiam te quæritando, in tanto fuit dolore, vt nemo dicẽdo conſequi poſſit. d MARIA verò hoc retulit à filio reſponſum: *Quid eſt quòd me quærebatis? num neſcitis, in iis me rebus, quæ ad Patris mei cultum & honorem pertinent, verſari oportere?* Quibus verbis ſatis illis perſpicuè ſignificauit, non eſſe, cur de ſe vllum periculũ extimeſcerent; nec matrẽ & Ioſephũ affligi oportuiſſe, quandoquidem æterni Patris vt volũtati, quæ ſibi omniũ rerũ potiſſima erat, ſeruiret, nullũ ob eorum contemptũ, triduum illud Hieroſolymitano in tẽplo fuerat. Quòd autem Ieſus triduum à parentibus abductus, longum cum Iſraëlitis de rebus ſacris & diuinum ad cultũ pertinentibus ſermonẽ habuit, Dei gloriam ea re maximè illuſtrauit. Quandiu autem abfuit, afflictæ matris & Ioſephi maximã cepit commiſerationem: cui illud æquè atque parentibus dolebat. a Cæterũ, quãnis memoriæ proditum ſit, ea, quæ tum dixit Chriſtus, verba non fuiſſe intellecta à matre: nemo tamen, qui bene de rebus ſentiat diuinis, dubitabit, quin ea ſatis cognouerit MARIA. Immò ea myſterium illud ſatis ſibi nõ-

b *Virginũ modeſtia.*

c *Luc. 2.*

d *Luc. 2.*

a *Canis. ſius 455.*

tum,

tum & compertum tum celauit, magna inte-
b D. Bern. rim fide omnia complectens. b Quod dehinc
Hom. 4. quidem, cùm tẽpus tulisset, illud ad Dei glo-
de B. Vir. riam aperte demonstrare, & aliis vbere cum
fructu patefacere, paratissima erat. Eam tum,
quam in omnibus cõstantissimis actionibus
suis semper præ se tulit, prudentiam præsti-
tit Virgo prudentissima. Filio in terris docẽ-
te, matrem decebat tacere: postquã in cælum
ille conscendit, ipsam oportuit loqui: cuius
doctrina egregiè Apostoli instituerentur, at-
que ex intimo illo Spiritus sancti adyto diui-
na consilia expromerentur. Quando quidem
secretis cælestibus ex ore virgineo prolatis
Ecclesia Catholica ædificanda erat; sanctissi-
maq; Dei Matris verba Apostolorum erãt au-
c Maria ribus percipienda. c Sed quo tandẽ modo cæ-
ante om- lestium consiliorũ expers esse poterat Virgo
neis Eua- diuina, quæ primã ante omneis est ab Angelo
gelium Euangeliũ edocta? Tandẽ liberator noster à
edocta. matre & Ioseph o in tẽplo repertus, simul cũ
d Luc. 2. illis Nazarethũ reuertitur. d Quibus ille pa-
rebat, eorũ voluntati morẽ gerebat, eos sum-
mopere colebat & obseruabat. Quod alta
quidẽ mente perpendebat Christi Mater san-
tissima, cuncta, quæ de filio suo vatũ erãt mo-
e Canis. numentis cõsignata, animo voluens. e Omnia
sius 456. diuini pueri facta, dicta, cunctos de illo habi-
Luc. 2. tos sermones sacra Virgo quã diligentissimè
scribebat in animo, memoriaque retinebat.
Crescebat puer ætate & sapientia: ætate dum
adolesceret, fieretq; natu grandior: sapientia,

quan-

quando ipse, qui semper fuit sapientissimus, illustriora, vnà cum ætatis progressu, sapiētiæ suæ, quæ perfectissima fuit ab initio, indicia dabat; maior de illius virtute hominū existimatio erat. Quāuis autē sacra testetur historia, puerū Iesum ætate & sapientia in dies apud Deum & homines augescere, illud sic ex Patrū doctrina accipiendū est, crescere illum sapientia & gratia, non re, sed hominū existimatione atq; opinione. Tu, homo, cùm proficis, nec tantū, quantū vis, nec cùm vis, proficis: reperis iā te profeciſſe, neq; tamē te proficientē vidisti: cōperis te adoleuisse; cùm tamen nunquā te crescentē videris. At puer Iesus, qui tuā vitā gubernat, suā etiā ipse regebat: & cùm volebat, & quibus volebat, se sapientē ostendebat; & cùm eius voluntas erat, quibus volebat clariora sapientiæ suæ argumenta proferebat: deniq; quibus volebat, cū se ostendebat occāsio, sapientissimus videbatur. Ad eundē etiā modū licet vsq; à cōceptu gratia, qua & apud Deum & apud homines futurus erat, plenus fuerit: hanc tamen nunc plus, nunc minus, prout meritis & saluti eorum, in quorum se conspectum dabat, conducere arbitrabatur, patefaciebat.

De pueri Iesu à duodecimo ætatis suæ anno ad trigesimū vsq;, deq; sanctissimæ Matris suæ actionibus atq; studiis, & S. Ioseph placida morte.

CAPVT XIX.

PRobabile quidem est ac verisimile, antea & post ætatis suæ duodecimum annum ad tri-

trigesimum vsque, Christum Dominũ, quoties se obtulit occasio, multa mirifica fecisse, præsente sanctissima Matre sua, quamuis ea sacri historici tacita relinquant. *a* Quibus in primis propositũ fuit, ea scribere, quæ apertissime declararent Christum esse filium Dei, & pro humana conseruanda salute, hominẽ ex Virgine natum. Illud igitur sacri scriptores sequebantur, eò consilia omnia referebant. *b* Sed à duodecimo ætatis, cùm in templo disputauit, suæ anno, ad tregesimũ vsque, quo tempore se Dei filium cæpit hominibus patefacere, & cœlestis doctrinæ salutaria præcepta dare, nunc se Deũ in iis, quæ admirãda faciebat, indicabat, & ingentẽ sui admirationem diuina sapientia sua hominibus cõmouebat: nunc se hominẽ mortalẽ ostendebat, famẽ, sitim, frigus, languorem, & alia incommoda, quibus humana vita proposita est, sustinens. *c* Semper Matris Virginis & Ioseph mandatis se obedientẽ præbebat: omnibus se humilem & modestũ præstabat. Ætatem suam contriuit Nazarethi, à qua ciuitate vt patriæ suæ amator traxit Nazareni cognomen. Millies appellabo Asiã felicẽ primã orbis terrarũ partẽ, quæ spectat in Orientẽ solẽ: cuius ãbo latera cingũtur Septẽtrione & Meridie: millies, inquã, Asiã faustã prædicabo, quæ Syriã prouinciã suo ambitu cõtinet. At felix est ex Syria, quæ Palæstinã & Galilæã cõplectitur: fortunata est profectò Galilæa, vrbibus, oppidis,

a Christus se Deum & hominem in suis operibus indicabat.

b Ille Fonseca lib. de el. lib. Virg. Maria. c. 6.

c Christus & matri, & Ioseph obediens.

Asia.

Syria.

Palæstina.

Galilæa.

pidis,& pagisdistincta in qua Nazarethũ situ est,Reginę Angelorũ & IESV patria;qui patriã habere voluit in terris,vt certã nobis in cælo patriã definiret. Sed iã sancta in Nazarena ciuitate augustissimã cęli Imperatricem veneremur,illic diuinã filii indolẽ suspicientem, sanctosque & cælestes mores demirantem. Immo eadem incundis filii sermonibus suauiq; oratione mirificè lętabatur: cuius vocibus verbisque non aureis solùm, sed animum etiam mater intentum præstabat. Quàm sæpe radiantis illius vultus aspectu visum est Virgini cælum aperiri, eiusque oculis dilucidè exponi ac subjici? Quoties ea tunc vidit MARIA,quę humanę mentis aciem longo superant interuallo? Omnia dicta & filii facta diligentissimè mater perpendebat. Etenim quamcũque rem ille aggrediebatur, ea, summa cum laude & admiratione omnium, perfungebatur. Omnes is ad se rapiebat sanctitate & splendore vitæ suæ,in quam tanquam in perlucidum speculum se inspiciebant. Eum autem cum Matre abstinentissimè vixisse, cõpertum est; atque in rebus domesticis defatigari & laborare consueuisse, credendum est: quibus in rebus non dubium est,quin clarissima diuinitatis suæ sæpe dederit signa ac testimonia. *a* Multi etiam opinantur, nutricio suo operam quàm studiosissimè illum præstitisse, eiusque in fabri tignarii operantis opificio plurics à dulci alumno laborem subleuatum

Nazarethũ.

a *Canisius 476*

A Christo Ioseph labor subleuatus

uatum ac sæpe adiutū fuisse. Ipse enim matri Virgini & Ioseph semper beneuolè ac fideliter præstò fuit, & in rebus omnibus semper illis se humilem & obediētem præbuit. Quā maximè omnium diues erat ac potens, tam maximè demissum animum gerebat: & cùm omnium esset supremus, infimum tamen se
a Ioā. 13 præbebat. En igitur manus illæ, *a* in quas omnia contulit Pater, quibus elementa composita & creata sunt, quibus factum est cælum, quæ stellas, lunam, nitentemque ac radiantē solem mirabiliter digesserunt, quæ hominē è limo finxerunt, sera, malleo, securi opus fecere, & artificis laborem susceperē. Quem in summam non rapiat admirationem insignis hæc submissio? quis in cælum eam non ferat? quis illam mirificè non laudet? In quo planè
a Iesus pauperi tati studiosissimus. ostendit rerum omnium *a* Dominus, quanto studio paupertatē amaret: quā, cunctis diuitiis & fastu contemptis, diligentissimè conquisitam habuit in deliciis; vt videre est in eius ortu sanctissimo, & omni vitæ curriculo. Sed & Matrem suam summa rerum difficultate & inopia vnà secum premi voluit. *b* Venit
b Virg. abstinē tia. igitur in mentē cogitare, quàm ieiunè, quā duriter, & abstinenter, vitam cum illo ageret Mater sanctissima. Quandiu autem ætatē degit Nazarethi, in maternis ædibus habitauit: vnde nonnunquam Hierosolymā, cū illic festi dies celebrabātur, vltro adire solebat. Vbi illum, conjicere licet, à Zacharia & Elisabe-

cha

tha hospitio acceptum complureis vnà cum eis dies cõmoratum fuisse: atque inde (quod piè credendũ est) eundẽ sæpe adiisse Ioannẽ, qui se solitudini mandarat, & longos cũ præcursore suo diuinosque sermones habuisse. At MARIA nunquam orandi studiũ intermittens, dies noctesque precationi tribuebat: quâ amplis ac magnificis poterat verbis sempiterni numinis maiestati pro plurimis sumniisq; in se collatis beneficiis gratias agebat, incredibilẽ eius erga se benignitatem quàm maximis laudibus celebrabat. Atqui existimãdũ est, eam, vbi æternum Deum orabat, sæpius hanc profudisse vocem, & huiusmodi ex ore purissimo emisisse præcationem: Quas ego præpotens Deus, rerum Domine, qui nutu regis & moderaris omnia, omnis lætitiæ largitor, quas, inquam, tot bonis à te cumulata, & mirabiliter aucta, gratias agam? quibus te laudibus, æternũ lumen, prosequar? *d* Tu altissime, qui omnia potestate tua coërces & contines, ad me ancillam tuam nec opinantẽ neque talia cogitantẽ per Gabrielẽ Angelum salutẽ misisti. Tu omnia ex nihilo excitasti, & opera, quæ oculis videntur pulcherrima, effecisti. Mare ita tua prouidentia constitutũ, vt neque redundet, neq; minuatur, eiusque insularũ pulchritudo, & orarum littorũque amænitas te laudant. Terra variis picta floribus, arboribus, & herbarũ viridissimo vestitu ornata, prouinciis & vrbibus di-

c Maria ad Deũ precatio.

d præpotens Deus omnia complectitur.

Mare.

Terra.

Aër. ſtincta tibi conditori ſuo laudē tribuit. Aër terram circumfundens, ſuaque ſpiratione animanteis omneis ſuſtentans, iucundiſsimis diuini nominis tui vocibus perſonat. Cælum etiā aſtris diſtinctum, vnde tam multa fluunt humano generi ſalutaria, ac æther extremā mundi orā terminans ac definiens, vnde ſol omnia luce ſua cōplens, & innumerabiles ſiderum flāmæ exiſtunt, te autorē agnoſcunt, & opificē præſtantiſsimū venerantur & co-

a diuina res. lunt. *a* Quæ verò neque ſub aſpectū mortaliū cadere, neque humanæ mentis intelligentia percipi poſſunt, perpetuitate continua, diuinitate illuſtria, efficiūt, vt te omnes venerentur; vt te, qui cuncta nutu regis, & ſapientia tua gubernas, te, inquam, quo nihil præſtantius & admirabilius animo concipi poteſt, ſanctū, auguſtū, diuinū, omni laude proſequātur. Sed quantopere te ego admirer, ſuſpiciā, colam, & obſeruem? qui veriſsimis Prophetarū oraculis & clariſsimis monimentis prædictū filiū tuū humano hoc in corpore incluſiſti. At, tametſi voto nuncupata Virginitas animo meo penitus inhæſerat, vt pudicitiæ ſalua integritate párerem, alto ac profundo tuo conſilio inſederat. Itaq; Emanuelem tuū, meūque primogenitum & vnicū, qui te præclaris ac diuinis ſuis factis immortali gloria illuſtrabit, concepi, geſtaui, peperi, ac gremio contuli meo. Is, quo nihil maius optari nec dari poteſt, magnos in terris labores, graueis

ſubibit

subibit erumnas. Atque sensim ætate progrediens diuinam perfectamque sapientiam illã, qua tu eum eodem temporis articulo, quo sanguine meo conceptus est, eximiè cumulasti, omnibus in dies magis dilucidè patefaciet.

b Beatam me, amplis ac diuinis à tua immensa liberalitate ornatè illustratam bonis, gentes omneis appellant. Tua immortali pietate, æterne Rex, Spiritus sanctus, veluti in sibi adornatum vas, in viscera mea se immisit: è sanguine meo, sanctissimè conseruata virginitate, filius tuus humanum sumpsit corpus. Quãuis autẽ interdũ dolore opprimar, Simeonis vaticiniũ memoria repetens: tamen certa cõstantique spe sustẽtor, fore, vt idem filius noster, acerba crudelique pro humana salute, vltro obita morte, magnificè ab inferis excitatus de hostibus triũphet in cælo. Te, pater sanctissime, qui supra choros Angelorũ, in cælo, augusta maiestate & gloria perpetuò sedes; qui pias mortaliũ preces & vota benignus exaudis, quanta possum pietate veneror, & religione colo. Omneis cogitationes meæ te vnum intuentur, ad te vnum spectant & referuntur. Nihil enim est mihi ardentius in votis, quàm tibi cultum adhibere; à qua voluntate ne mors quidẽ ipsa me abducere potest. At verò maxime Rex, tuum est, mihi, humili ancillæ tuæ quid velis, præcipere, meum autẽ tua iussa capessere. Quare rogo te, Domine mi, quàm possum suppliciter, vt doceas, quæ

b *Luc. 1*

me honoris tui causa facere velis; & des, ea me præstare, quæ tibi grata sint & iucunda; & concedas, me semper ex tuo nutu & voluntate pendere. Quare ab orientis & obeuntis solis, ab Austri & Aquilonis oris, ab auroræ ortu, vsq; ad vesperam, dies noctesque vniuersæ gentes, nationes, & populi te sanctissimè venerentur, & religiosissimè colant; vota nuncupent, atque ea libentissimis animis tibi persoluant. Qui sempiterni numinis tui immensam ac tremendā offenderit maiestatem, se sempiterno scelere astrictum agnoscat. Dubitandum quidem non est, quin sanctas huiusmodi aliasque obsecrationes, quæ nec cogitatione hominum comprehendi nec sensu percipi possunt, frequenter & assiduè adhibuerit inuiolata Dei sponsa. Sanctam autem illam consuetudinem semper in omni laudabili vitæ suæ cursu retinuit: quandoquidem nunc in cælo, vbi gloriosa cum Angelis triūphat, sacræ Triadis æternas laudes ex animo sanctissimè celebrat. *a* Sed iam de sancto Iosepho sermonē habeamus, quem, ob eius singularē pietatē & religionē, semper memoria tenere & summa beneuolentia complecti debemus; & vt filii Dei nutricium, eiusque sanctissimæ Matris sponsum & custodem, summa pietate colere. Semper crescebat in hoc viro Angelica puritate ornatè illustrato colendæ pietatis & religionis studium; *e* & vnà cū Virgine, quæ de puero cōstāti omnium sermone prædi-

a D. Iosephi mem.

e Luc. 2

prædicabantur, suspiciebat atque demirabatur. Dehinc MARIÆ, cuius perpetuò obseruantissimus fuit, & ipsius pueri custodiēdi, colendi, obseruandi, cogitationem & curā suscipere, in eo nunquam diligentiā & studiū remittere. Id quod semper potissimùm spectabat, eò omneis suas curas & cogitationes cōferebat. Ille nāq; semper eā pietatem præstitit, qua ornatū illum esse decebat, cui Dei filius & Dei Mater tutò committi posset. Sæpenumero succurrit Virgini, atque in omnibus rerum angustiis & difficultatibus opē tulit. Fidelissimè sēper vir sanctus Virgini Matri ac eius filio seruiuit Nasarethi, Bethleem, Hierosolymę, atque in Ægypti peregrinatione. Cæterùm sanctus vir, virginitate sua sanctissimè culta & cōseruata, ad Christi baptismum vsque, vt nonnullorū opinio est, vitam perduxit. Ante seruatoris nostri crucē, & priùs quàm idē se in cōcionibus & miraculis mortalibus patefaceret, vita illū excessisse, quidā opinantur. Cæterū, quomodocūq; se res habeat, quin ante liberatoris nostri mortem in cruce vita functus fuerit, dubitandū non est. [a] Nā & ob Iosephi, qui matris suę custos erat, è vita migrationē factum est, vt Christus Dñs noster Ioānī in cruce pēdēs matrē virginē virgini cōmēdauerit. Vitæ suæ cursum Iosephus sanctissimè cōfecit, & æquissimo animo mortuus est Virginis Matris custos fidelissimus. Qui, cū Christo ac sponsæ pietatem, fidē, at-

[a] D. Iosephi mors.

que obsequium præstitisset, vnà secunda, & aduersa tulerat, re perdita & salua semper præstò fuerat, summa rerũ inopia simul pressus fuerat, nec vnquam seduli custodis officiũ intermiserat. Ideo illis maximũ sui desiderium reliquit: quem amicissimè consolati sunt, & vehemẽter confirmarunt tunc Iesus & Virgo, eandem mortuo quàm viuo pietatem præstantes. *b* Illius anima corporis vincula soluta in limbum, id est, in illud receptaculum, in quo animæ Sanctorum ante CHRISTI Domini aduentum excipiebantur, ibique sine vllo doloris sensu, beata redemptionis spe sustentati, quieta habitatione fruebantur: in hunc igitur locum, vbi Redẽptor noster à sanctorũ patrũ piis animabus cupidissimè exspectabatur, migrauit. O ter quaterque felix Iosephus, qui certus ac persuasus erat, fore, vt breui ex illo obscuro educeretur carcere, & assumptus in cælum, ibi sempiterno æuo cũ beatis omnibus immortali gloria perfrueretur. Etenim spem hanc firmam & constantem conceperat de dulci alumno suo, quem amantissimè nutrierat, & quibuscunq; rebus poterat, illi præstò fuerat. Nullum gaudium, Iosephe, cũ illo cõferri poterat, quod ex diuina pueri indole & sereno illius capiebas aspectu: quem modò fixis in cælo contemplaris oculis. Quid ad felicitatem tuam addi poterat, siquidẽ tuis mandatis ille Rex obediuit, cuius imperium & maiestatem venerãtur cælites omnes? Be-

b D. Iosephi anima in limbo Christũ expectauit.

neno

neuolentiam, officium, fidem, paternam pietatem semper præstiterat Ioſephus. Qui pro præstãtibus ſuis meritis, & mirifico in Ieſum Virginemq́; ſtudio, debitam ſibi mercedem & gratiam cumulatiſſimè reddendam eſſe, nõ ignorabat: Ioſephus igitur, qui Chriſto ſemper & Virgini matri fideliſſimè ſeruierat, certò ſciebat ſe ampliſſimis in cælo præmiis & ſummo ſplendore decorandum eſſe. Præclarè nouerat ille diuinitus eruditus huius vitæ miſeriis ac difficultatibus, quibus pro Chriſti amore hic vrgentur iuſti ac pii homines, maxima gaudiorum præmia eſſe conſtituta in cælis. Præſentes labores & ærumnæ finem habent, præmia tamen, quæ illis à Deo propoſita ſunt, æternitas ipſa metitur. Atque hæc breuiter de Ioſephi morte dicta ſunt: nũc ad Ieſum hiſtoriam conferamus, eãque à trigeſimo Chriſti ætatis anno ad illius in cælum aſcenſionem vſque perſequamur.

De Baptiſmo Chriſti Domini.

CAPVT XX.

CVm ad trigeſimum ætatis ſuæ annum Chriſtus Dominus peruenit, cœpit cæleſtem ac diuinam doctrinam ſuam mortalibus tradere, atque innumeris, quæ faciebat, ſignis & miraculis ſe apertè Filium Dei indicare. *a* Itaque *b* Iordanis fluuii, qui à Dan defluit, Solino Paneadis: Egeſippo verò, Ioſephoque Phiala monte decurrens Palæſtinam alluit, regiones amæniſſimas præterlabitur;

a *Chriſti baptiſmus.*
b *Iordanis fluuius.*

mox in lacum, quem multi Genezarā vocāt, se fundit; deinde mare mortuum petit, à quo postremò absorbetur: Iordanis, inquā, fluuii purissimis aquis à Ioāne præcursore suo voluit tingi. Hoc igitur in flumine, tātopere celebrato, cælorū gloria, ipsa puritas, quæ mūdi tollit peccata, est aquis tincta. *c* In quo docebat Dominus, baptismū esse certā homini ac directā in cęlū viā, aditū, & portā: id quod postea apertè verbis demonstrauit *a* Nicodemo Iudęorū principi. Illic autē ętęni patris testimoniis & notissimis signis Dei filius manifestè cognitus est. Nā & in flumine Spiritus sanctus, niueæ columbæ specie, sacratissimo eius capiti institit: deinde è cælo hæc magnifica vox delapsa est: *d Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Beatus quidē Ioannes Christum baptizare recusauit, hanc mittens vocē: *Ego debeo a te baptizari Domine, & tu venis ad me baptizandus?* voluit Dominus baptismum suscipere, non vt lauacro mundaretur, qui ipsa puritas ac sanctitas erat, sed aquas vt ablueret, ac puras sanctasque redderet: *a* quæ carne sua sanctissima cōsecrātę peccatorū maculas eluēdi & regenerandi vim atque efficientiam adeptæ fuerunt omnino, adhibitis certis & prescriptis ex Christi instituto verbis, quibus absoluta sacramenti forma concluditur. *b* Testantur enim sancti, Gregorius Nazianzenus & Augustinus, eo tempore *aquæ vim generandi, in spiritualem scilicet vitam,*

c Baptismus porta cæli Luc. 3. & Mat 3. d

d Mar. 1 a & Ioā 1. d a Ioā. 2

d Luc. 3

a Mat. 3

b B. Gregor. Nazian. oratione in natalem Saluatoris circa fi-

vitam, datam esse, & sanctificandi virtutem tributam, cùm Iesus est à Ioanne in Iordane baptizatus. e Et alio loco ita scriptum reliquit idem Augustinus: *Ex quo Christus in aquam mergitur, ex eo omnia peccata abluit aqua.* Et alibi: *baptizatur Dominus, non mundari indigens, sed tactu mundæ carnis aquas mundans, vt vim abluendi habeant.* Quando quidem Seruator noster aqua mersus est, tũc cælorum nobis portas patefecit. e Nam teste D. Luca, *Baptizato Domino, cælum, illo orante, apertum est.* Ex quo facilè perspicitur salutaris baptismi virtus: quẽ vt primùm quis suscipit, statim illi cælorum porta patet. Testatur sanctus Euangelista Dominum, simulatque aquis tinctus est, orasse; in quo nos docuit, salutari aqua expiatis non in otio & ignauia, sed in labore corporis & cõtentione animi vitam agendam esse. Est igitur semper, vt cælum patens atque apertum inueri possimus, orationi vacandum, & corpus, quod cum spiritu continenter bellũ gerit, vigiliis, inedia affligendum. Id quod Dominum fecisse constat: qui vt primùm emersit Iordane, se in sola loca recepit, vbi sacratissimũ corpus, *a* quadraginta dies cibo prorsus abstinens, extenuauit. Quo facto apertè demõstrauit, Christianũ hominẽ salutari ablutum lauacro, inediæ, precationis, misericordię, & alia id genus pia opera præstare debere, & his armis instructũ cũ perẽni hoste in certamẽ descendere, illũ & magnificè vincere, vt

nem.
c Aug. ser. 29. de tẽp. ser. 36. de tẽp.
e Serm. 37. de temp.
e Luc. 3
a Mat. 4

immor-

immortalis glorię corona donetur. Quę quidem fortissimis Christi militibus, qui hostes in huius vitæ cursu, viam, quæ in cælũ ducit, obsidentes, profligarunt, & in fugam cõiecerunt, proposita est. Cælum igitur, quò spectare debemus, vim patitur, b *& violenti rapiunt illud*, non otiosi, desides, atque ignaui, & salutis suæ curam negligentes. Nam etsi peccata omnia, tam origine contractum, quã quæ illud consequuntur, actione suscepta, baptismi sacramenti virtute remittuntur & condonantur, & baptismo cupiditatum ardor magna ex parte restinguitur: manet tamen fomes ille peccati, qui nos ad peccandũ allicit, cõtra quem fortiter & animosè pugnare debemus, & cum reliquis hostibus, qui nos acerrimè impugnant, eũ vincere labore multo, & magna contentione, non viribus nostris, quarũ magna est imbecillitas, fidentes, sed Christi Iesu ope & præsidio nitentes. Baptismo igitur à Domino suscepto, sanctissimi & purissimi eius corporis tactu aqua ad baptismi salutarem vsum consecrata est. Ad quam rem illud maximo argumento esse potuit, quòd tunc sanctissima Trinitas, in cuius nomine baptismus conficitur, numen suum præsens declarauit. a Vox enim patris audita est, filii persona aderat, & Spiritus sanctus in columbæ specie descẽdit: præterea cæli aperti sunt, quo nobis iam per baptismum licet ascendere. b Baptizatus fuit Christus liberator noster.

b *Matt. 11.*

a *Mat. 3 Marc. 1 Luca 3.*

b *Cedrẽ 154. 143 149.*

trige-

trigesimo ætatis suæ, ab vrbe Roma condita DCCLII, Tyberii Cęsaris imperii XV anno, prid. Non. Ianuarii. Pia *c* quidem est, ob idq; probanda maximè, eorum opinio, qui existimant, Virginem vnà cum aliis sanctis & religiosis feminis ibi à Ioane sacro flumine fuisse perfusam: à quo vniuersus populus pariter baptismum sumpserat. Nec enim id ipsa ab eo, qui sibi erat consanguineus, repudiasset. sed vt se res habet, dubitandum non est, quin vel ab illo, vel, vt alii opinantur, à filio, aut ab Apostolis salutaris aquæ lauacrum acceperit, in tam pia & sancta re, tamque ad salutem omnibus necessaria, filium imitata: *b* in cuius illa vita tanquam in perlucido speculo se inspiciebat, ad eius imitationem se totam cunctis in rebus semper conformabat. Etenim in Christi dilectissimi filii sui vita, tanquam in nitidissimo speculo bonorum omnium, effictam figuram & cunctarum virtutum expressam imaginem illa videbat. Interea verò quæ gesta fuerant in Iordane, totam illam ferè regionem eorum peruaserat fama: & omnibus ferè compertum erat, vocem de cælo claram intonasse, Iesum Dei filium, omnibus illic audientibus, testificantem. Audit hæc libentissimè Virgo MARIA, & summo gaudio perfusa filium in dies magis suspicit & admiratur.

c Virg. baptismus.

b Sedula filii imitatrix Virgo.

De

De miraculo, quod fecit Iesus in Cana Galilææ, aqua in vinum conuersa, deq; eius prædicatione.

CAPVT XXI.

OMnibus in rebus Seruator noster Matri ie prorsus obsequentē præbebat: & quæ illi grata & iucunda fore videbat, ea libenter
a Ioā. 2. faciebat. *a* Id quod nuptiæ in Cana Galilææ celebratæ facile cōprobarūt. Cuius miraculi historiam, operæpretium est breuiter exponere, quo notius sit ac illustrius ardēs Christi cunctis in rebus Matri placendi studiū. Fuerat liberator noster ad cohonestandas nuptias, quæ in Cana Galilææ fiebāt, vnà cū Matre vocatus. Quibus libenter interfuit, & præsentia sua eas honestauit. *a* Defecerat fortè vi-
a in Cana nup tius cōi tū miraculū. nū opportuniore cōuiuii tēpore: at MARIA, quæ continenter oculos suos misericordiæ plenos ad res nostras afflictas & miseras conuertit, statim ad filium confugit; dixitq; *:* Vinum non habent, nec aliud addidit verbum. Quandoquidem id solo nutu significare, satis ducebat: quippe quæ certa & persuasa erat, fore, vt ille præsenti succurreret inopiæ sua benignitate; quam in domesticis angustiis & maxima rerum familiarium inopia lę-
b Verba filii ad matrē. pe fuerat experta. *b* Cui Iesus; *Quid mihi*, inquit, *& tibi est mulier*. Opinātur quidam duriùs hęc à filio Matri dicta fuisse: quę certè res ab ea lenitate & mansuetudine, quā ille sem-
c man suetissi- per præ se tulit, fuisset aliena. *c* Nā quo tandē

modo

modo Matri, quam semper singulari pietate coluit, se durioré præstare poterat, qui se quã benignissimũ omnibus præbebat? Absit igitur, vt illud nobis veniat in mentẽ cogitare. Nihil enim ab eo in matrẽ grauius aut asperius fuit vnquã quicquã dictũ. Quę autẽ asperitas, quæ inclementia aut durities illis dictis inesse poterat, quæ statim deprecantis Virginis respõdẽt votis ac postulatis? Protulit igitur tũc illa verba, nõ vt obseruãtia, quã sũmo sẽper studio Matri detulerat, eã fraudaret, sed vt apertè demõstraret, nõ tã alia illũ diligẽter curare, quã cælestia ac diuina: ex quibus, se verè filiũ Dei esse, facilè cõstaret: id quod, quę subsequũtur, verba optimè explicãt, dũ hunc habet sermonem: *a Nondum venit hora mea.* Quod perinde est, ac si diceret, nondum adest tempus, cùm expressis signis me Dei filiũ demõstrẽ. Nondum venit hora, qua à morte resurgens altè in cælũ ascẽdã. Hoc, quod modò, Mater dulcissima, à me petis, exiguũ quidẽ est ac leue, illustriorũ miraculorum faciendi tẽpus offeretur opportunũ. *a* Quòd autẽ hìc matrẽ appellat mulierem, nihil quicquã ob eam rem virginalis eius, quæ perpetuò viresci, obscuratur pudicitia: *b* in sacris enim literis eo nomine virgines etiam nuncupantur. Sed iam ab iis Domini verbis, quæ maxima sunt, ad eius diuina gesta, ad præclarissima & commemoranda eius facta, sermonem transferamus. Edixerat Virgo diuina conuiuii mini-

mulier. ga matrem Iesus.

a Ioã. 2.

a Canisius 459

b Ioã. 2.

ministris, vt filii sui facerent imperata. Illo hydrias lapideas sex, quæ illic erant, quarum singulæ metretas binas vel ternas capiebant, iussit omneis aqua impleri. Quod vt primùm factum est, statim in vinum aquæ conuertuntur. Cæterùm id signum, quod primum fecit Iesus admirandũ, ad nuptias cohonestandas vocatus, satis quidem aperte illius probauit diuinitatẽ, cùm discipulis, tum etiã reliquis, qui vnà aderant conuiuio. Verbo tantùm suo, quo cæli facti sunt, & hæc, quam oculis cernimus, elegantissima vniuersi fuit machina cõstituta, aquas in vinum conuertit. Cuius imperio atque autoritati statim obedierunt, atque ita natura aquæ esse desiit, & in vini est substantiam conuersa. Quæ quidem conuersio solam in potestatem cadit diuinam. In quo tam insigni miraculo Dei præpotentis virtus maximè elucet. Quod certè conuiuæ visu, odoratu, gustu explorarunt. Vnde euenit, vt & cælestis disciplinæ alumni, & reliqui, qui aderant, conuiuæ, cum ingenti admiratione in Christum Dominum crediderint, atque ad immensam eius virtutem & potentiam contemplandam excitati fuerint. Rem enim viderant maximè admirandam atque suspiciendam, quæ fecit, vt illi tanti miraculi autorẽ & effectorẽ Deũ sine vlla dubitatione crederẽt & cõfiterentur. Architriclinus vnũ conuiuis hilariter ingerit: quod illi suauiorẽ gustu, quã illud, quod defecerat, hauserunt.

Quan-

a Quantum autẽ, proh ſancte Chriſte, ab illius ætatis frugalitate noſtri ſæculi diſtat intẽperantia? Non illi gulæ irritamenta quærebant, ſed vt famem ſolũ ſitimq; explerent, cibũ potumq; ſumebãt: nunc verò vt ventri, vt abdominis voluptati ſeruiatur. Non ſplẽdidè, non magnificè cõuiuiũ, in quo vinum deeſſe nõ nunquã cõtingebat, tunc exornabatur. Nunc verò in apparandis conuiuiis, & per omneis regiones exquiſitis cibis, terra mariq; conquirendis, integri menſes conſumuntur: vt ſummum bonum eiuſmodi homines conſtituere videantur in guſtu, & ventris vitio, cui ſeruire turpiſsimum eſt, & hominis dignitate alieniſsimum. Patrimonia profundũt, fortunas ſuas, ventri ſeruiẽtes, abliguriunt. Nulla lex, nulla ratio eſt, quæ illorũ ſumptibus & libidini modũ ſtatuat. Huius certè ſæculi homines, vt inanem gloriam & rumuſculos aucupentur, in epulas & conuiuia lauta atque opipara pecunias profundere non dubitant: neq; tamen pauperi ſubuenire curant. In miſeros atq; inopes clauſa eſt omnino liberalitas; contra verò in epulis atque conuiuiis apparandis effuſa. Heu quàm ſtrictam huiuſmodi luxus repoſcet aliquando à nobis Deus rationem. Sed ne nimis ab inſtituto digredi videamur, ad Chriſtum orationẽ cõuertamus. Ingreſſus eſt Dei filius in templum Hieroſolymitanum; cui concionanti nunciatum fuit, ſe à matre, fratribus, & cognatis ad valuas exſpectari

a *antiquorũ frugalitas.*

ſpectarl. Dominus autē doctrinæ inde anſam arripiens, cùm in corona cōſidentes Apoſtolos intuitus eſſet, ad eos tum orationem omnem traduxit, dixitque: *a Quæ eſt mater mea? qui ſunt fratres mei?* b *hæc eſt mater mea, hi ſunt fratres mei. Quicunque Patris mei voluntati obtemperat: ipſe meus frater, mater, & ſoror eſt.* Nō profectò matrem ex hoc numero ſeiungit, ſed egregiè potiùs illam includit; vt quæ præter omneis Dei dicto audientem & voluntati maximè obſequentem ſemper ſe præbuit. His verbis (quibus Chriſtianæ philoſophiæ ſumma breuiter continentur) cæleſtis diuinuſq; magiſter ſignificare voluit, ſe multo malle cognatione ſpiritali, quæ illuſtrior eſt ac nobilior, quā maternacōiungi; quā ſpiritalē propinquitatē cū diſcipulis & cūctis diuinę legis obſeruatoribus ſe, inquit, contraxiſſe. Sed tamen vtriuſq; cognationis cōſenſus pulchre quidē ei cū matre cohęret. Inficiari nemo poteſt, quin MARIA tā cæleſti quā naturali vinculo ſit cū filio cōiūctiſſima. Quæ quidē multū lōgeq; diuinę legis obſeruātia ōnibus antecellit. *a* Quòd ſi qui Dei pręſtāt volūtatē, ſūt veri Chriſti fratres, & ſorores, & matres; quā aſtrictiori vinculo eſt *b* MARIA cū IESV copulata, in qua vtrūq; & cæleſtis & maternæ propinquitatis vinculū ineſt præclarè? Sanguinis non deeſt cōiūctio, quæ IESVM ſanguine ſuo concepit: cæleſtis rurſus ei minimè abeſt propinquitas, quę præter cæteros Dei ſemper eſt volun-

a *Matt. 12.*
b *Qui ſint Chriſti propinqui.*

a *Ieſu veri affines.*
b *Vera cū matre Ieſu propinquitas.*

voluntatē ſequuta. Quòd autē IESV Domini fratres diximus: nō vere eius germani, cū MARIA ſēper integra Virgo permāſerit, ſed cognationis propinquitate ſic appellātur. c Quæ loquendi conſuetudo viget in ſacris litteris. Perſtabat interim in cæleſti ac diuina doctrina dilucidè tradenda Seruator hominū: nihil de maximo labore, quē cōtinēter tolerabat, nihil de docēdi aſſiduitate remittens, nūquā inuictū animū à probitate & colēda & docēda relaxans; Immo verò magis in dies laborabat, atq; in id, quod inceperat, maiori alacritate ſēper incūbebat, omniū rectè factorū vberrimā copiā ſuppeditabat, clariſſima perfectæ ſanctitatis exēpla ad imitādū cōſtituebat: atque tanta tū doctrinæ tum etiā exēpli luce omneis à tenebris & inani rerū ſtudio ad excellētē veræ laudis cupiditatē vocabat. Cuius profectò doctrina erat admirāda, & bonis ōnibus iucūda & grata; improbis autē & ſceleratis iniucūda. Boni lucē illā intuētes, mirificè lætabātur, & ſūmo Ieſu amore inflāmabātur: perditi autē, vt perfidi Iudęi, qui Dominū occiderunt, & tenebras magis quā lucē amarunt, inuidia & maleuolētia ſuffuſi, lucē illā, quæ cunctis gratiſſima erat atq; iucūdiſſima, quin præſtringerētur oculi, aſpicere nō poterāt. Atq; vt hi, qui ex oculis laborant, fugiunt lucē, & tenebras quęrūt; ſic illi, quibus eſt mala mens, malus animus, dignitatem & virtutis ſplendorē oderunt, (cùm tamen pulchre de

c Gen. 27.14.

illa & magnificè sentiant) & latebras atque obscuritatem, quo in omni genere vitiorum liberiùs volutentur, diligenter quærunt, ne honestatis luce vitæ suæ turpitudo arguatur. Nã quę contraria sunt, & maximè inter se pugnantia, è regione posita magis apparẽt, & exploratiùs cognoscuntur. Quare quoniã perfidi Iudæi in tenebris iacebant, ad cælestem illam atq; insolitã lucẽ oculi sui hebescebant: atq; ideo tãti sceleris immanitate sunt efferati, vt illud refugiat & reformidet oratio. Sed illi qui optime erant affecti, atque constituti illam clarissima m lucem intimis sensibus dilexerunt, & oculos ad ea, quæ sibi diuinitus prælaca sunt lumina, aperuerunt: hoc est, *a*
a Ioã. 1. *CHRISTVM IESVM lucem veram, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum*, salutaria præcipientẽ libentissimè audierunt, & se totos ad eius ductum & autoritatem applicarunt. Quæ igitur & quanta, quàm ampla & diuina, quàm admiranda facta Dominus noster Iesvs Christvs idem Devs & homo ex Virgine natus præstiterit, quæ miracula ediderit, sacra monumẽta, quibus eius gesta cõrinẽtur, satis apertè testãtur. Nã quid ego referã innumerabilẽ hominum multitudinẽ illius vidẽdi & audiẽdi gratia vndiq; cõfluẽtẽ? Quid persequar illas laudes amplissimas, quas cœlestis Christi virtus atque benignitas excitabat? maximè cũ omnes cernerẽt illũ diuina potentia munitũ, morbos insana-

sanabiles curantē? mortuos in vitā reuocātē, Dæmones expellētē & fūditus euertētē? Qui etiā diuinę virtutis atq; sanctitatis testimoniū inuiti atq; recusātes illi dare cogebātur. Quāuis igitur fuerit illius virtus perditis hominibus inuisa, quamuis omnia inuidiæ tela in illud sanctissimum corpus missa sint; omnes tamen quantauis immanitate efferati, illum, propter singularem vitæ innocentiam suspiciebant & admirabantur. Tam venustus eius corporis erat gestus, tam elegans motus, tam iucundus vocis sonus, tanta in oratione grauitas, tanta in dicendo dignitas, tanta cæleſtissimo ex illo ore fluebat eloquentia, tāta illius vultus maiestate fulgebat, tanto eius facies relucebāt splendore, tantæ ex illis coruscis oculis fulgebant luces, vt mulier quædam, omni multitudine audiente, hanc excitauerit vocē? *d*BEATVS VENTER QVI TE PORTAVIT, ET VBERA QVAE SVXISTI. *a* Marcellam piam & religiosam fœminam hæc dixisse verba, opinantur multi, Hæc diuino afflata SPIRITV (*d*DEVS *enim ad fortia quæque confutanda atq; conterenda eligit infirma*) Domini laudi & gloriæ seruiens; contra Scribas Phariſæosque Seruatoris nostri factis calumniam importantes, egregia animi alacritate retulit verba: quibus non solùm ea ætate CHRISTI hostium temeritatem ac perfidiam bellè retudit; sed & eorum etiam, qui hæreticæ prauitatis erroribus imbuti postea irrepserūt,

d *Luca 11.*
a *Canisius 482 Marcel le Verba.*
d *1. Cor. 1.*

arrogantiam compressit, impetus fregit, tela retudit. *b* Omnium, quæ Catholica Ecclesia credit ac profitetur, præcipuè verò cælestis eius sacramenti, quod veram Christi carnem & sanguinem continet, verissimum & grauissimum illa tribuit testimonium, illud piè & sanctè præ se fert ac profitetur fidelis mulier. Quamuis autem altum hoc & sacrosanctum mysterium, diuinæ pietatis & misericordiæ testé, Christi passionis & ardentissimi eius in nos amoris monumentũ sempiternum, *c* impii hæretici nefariè oppugnent: nihil tamen perfidia sua, nihil telis & machinis suis proficient, nec ad obscurandã lucẽ clarissimã, cuius è cælo splendor longè lateque fulget, conualescent. Hi diris hæreseos venenis imbuti, immane odiũ in Ecclesiã sanctã conceperunt: quá & prauis opinionibus & armis, quoad possunt, oppugnant: nullis tamen viribus veritatẽ Catholicã euertere poterunt. Cæci sunt, & flagitiis cooperti, nec vllũ lucí, vt oculis obuersetur, locũ relinquunt, in pertinaciæ situ & cæcitate iacentes. Sunt cænũ, sunt labes, sunt lutum, atq; ita inficiũt & maculant vniuersos, qui se illis cõiungunt. Multos nãque & falsa doctrina & vita turpi in sempiternũ secũ exitiũ & vastitatem vocant. Hi, quantum in se ipsis est, obscurant vt pluuia ipsum solem & cælũ, Christum scilicet iustitiæ solem, & cælum, id est, Sanctos eius, debitum eis cultum detrahendo.

b D. Aug. in Euang. Ioan. Tract. 10.

c Hæreticorum cæcitas, & pertinacia

dp. Sacris etiam literis obscuritatem afferunt, tanquam aëri spiritu ducto, quo in vitam alimur & sustentamur. b *Iustus enim ex fide viuit:* fides autem ex auditu verbi Dei percipitur. Ad suam illi suorumque sectatorum pestem & interitum falsò sacra monumenta interpretantur. Adde quòd mentibus etiam hominum noctem offundunt; ne peccata sua agnoscant, & negent esse peccata, quæ verè sunt & grauissima. Pacem & sanctam Ecclesiæ coniunctionem dirimunt, eius autoritatem, præcepta, atque pia & salutaria decreta contemnunt: persuadent hominibus, ne vota Deo ei usque Sanctis nuncupata persoluant, & alia id genus, quæ reformidat oratio. Qui se profectò & omneis, quos in fraudem inducunt, ad inferos cæci & furentes præcipitant. Sunt nefariis sceleribus cooperti, duri, pertinaces, nec sua à Deo corda rigida, saxisq; duriora, flecti ac molliri sinunt. Tenebris & pertinaciæ caligine circumfusi CHRISTO IESV, qui veram doctrinam mortaleis in cælum ducentem tradidit nobis, seruire non curant. Sed vt lubet, cæci sint in suis erroribus, ac perujcaces: se, qui duram Satanæ seruiunt seruitutem, nefario scelere obstringant, nunquam profectò perficient, a vt Catholicæ veritatis luci tenebras offundant. Illorum, quo ad Ecclesiam sanctam euertendam rapiuntur, effrenatus furor comprimetur. Tanta est enim vis

b *Gal 3*

a *Christianæ religionis sol.*

veritatis, vt ipsa per se contra omneis hostium vires & tela satis tecta sit & munita. Cuius lux facilè omneis Satanæ eiusque ministrorũ, hæreticorum scilicet, paganorum, atque schismaticorum errores atque falsa dogmata dispellit. Iam enim veritas amplissimis monumentis ad immortalitatem & religionem & memoriam consecrata est, & in omnium oculis atque conspectu collocata. Quam hæreticorum cæcitas nunquam profectò poterit obscurare: immo eius amplitudinem illorum illustrabit peruersitas. Firmissimis est atque altissimis defixa radicibus Christiana religio; quam nullatenus dictis, factis, & execrandis turpibus, atque obscænis opinionibus suis euertere poterunt; Sed ad perpetuitatẽ potiùs firma & stabilis eadẽ permanebit, sicut eius auctor CHRISTVS æternus est atque immortalis. Vt enim sol super res impuras lutulentas & spurcas, suũ diffũdens splendorẽ, nullam maculã, nullas concipit sordes. Sic lux etiã Ecclesię Catholicæ Apostolicæ Romanæ nullis vnquã hæreticorũ sordibus obsolescet.

b Hæreticorũ sordes, canum, lebes.

b Væ miseris atq; infelicibus, qui scientes atq; videntes in sua pertinacia ac perfidia temerè persistũt, & ad pestem ante oculos positã furentes rapiũtur, atq; in sordibus suis, & turpi scelerum atq; errorũ cœno tanquã lutulenti sues volutantur. Nunquam perficient profectò impurissimi, atque infames, vt Ecclesiæ sanctæ, quæ lucem suam longè latéque dif-

diffundit, splendor obscuretur. Qui, nisi resipiscant, & ad sanitatem redeant, in eum descendēt locū, vbi cū spiritibus immundis perpetuò igne torqueantur. Illi igitur obliuione sempiterna delebūtur: qui à Christo Domino (cui seruire regnare est, à quo innumeris quotidie ornamur donis & beneficiis) separati, in misertimā Satanæ (quē hostē quotidie experiuntur infestissimū) seruitutem se addixerunt. Atque vtinā, Deo dante extinctum videamus acerbum odium, quod magis in se, quàm in Ecclesiam sanctā cōceperūt, & gētes omnes ad pacē & concordiā reuocatæ, in vna fide conspirent, huius piæ & sanctæ mulieris vestigiis insistentes, atque Romanę Ecclesiæ (à qua si discedas, non est salus) legibus ac decretis obtemperantes. Marcella, sancta femina nō hominē solū Christū agnoscit, sed etiam (quod amplius est) Deum confitetur, & sanctè veneratur, cùm exclamat, & matrem, quę illum peperit, & vbere virgineo lactauit, beatam omnibus audientibus appellat. Sed missos iam faciamus perfidos Iudæos, atque impios hæreticos, & accedamus ad sanctam hanc mulierem: cui diuino amore inflāmatæ hæc retulit verba hominum Seruator: *Quin imo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Non inficiatur, sed potiùs agnoscit & fatetur Dominus, quæ Marcella de Virgine matre sua prædicauerat, vocem hanc [a] quin immo vsurpans: quæ vim habet conceden-

[a] *Quin immo idem*

quod profectò. Reg. 2. c. 20. Canisius 486

cedendi in sacra pagina, non negandi. *b* Vocat igitur beatos Dei verbi auditores & obseruatores: & matrem suam à vera beatitudine non excipit, sed potiùs apertè comprehendit: quæ præter cæteros diuina seruauit mandata. Vnde fit, vt cunctis beatior sit. Hanc fi-

b Canisius 493

lii diuinam sententiam celebrauit Virgo & expressit celebri illo cantico, quod in domo Zachariæ Spiritu afflata diuino cecinit, di-

b Luc. 1

cens: *b Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.* Quorum verborum ea vis est, vt significent, Dei misericordiæ opes à generatione in generationē in eos, qui sempiterni numinis maiestatem piè sanctéq; venerantur, quàm liberalissimè conferri.

De Christi Iesu passione, deq; sanctæ matris eius doloribus.

CAPVT XXII.

a Virg. vita quæ pars totalu. & nosa.

a HActenus eam historiæ partē, quæ nobis indicat magnam matrē MARIAM modò hilarem, modò tristem, lætitia & misto dolore affectam, complexi simus. Superest, vt eam vitæ ipsius partē, quæ tota in luctu fuit & mærore, persequamur. Quisnam poterit, sacrata Virgo, lachrymas continere, cùm te oppressam dolore, confectam lachrymis, tot vndique telis appetitam & transfixam ad memoriam reuocauerit? Quo tandem modo litteris mādare quibo acerbissimos luctus tuos, quin lachrymæ vbertim cadentes, quod scribam, deleant atque oblitterent? Sed hei mi-

hi,

hi, qui duro sum corde. Quare Virgo mater Dei aufer à me cor lapideum, & da mihi cor carneum, humanũ, mite, humile, quod ex tuis acerbissimis doloribus acerbitatem hauriat, & magnam vim lachrymarũ, quibus mea scelera deleantur, profundat. Quis mihi plura corda daret, vt ea omnia sacræ virginis doloribus ac laboribus vehementer angerentur, & summè solicitarentur? Hæc adeò grauia sunt vulnera, vt ea sine gemitu ac mœrore tractari nullo modo possint. *b* Quis poterit non dico reperiri, sed fingi tam duro corde, & saxeo pectore, cuius animo, virginẽ tanto naufragio iactatã, & tã turbuléti maris fluctibus agitatã, contemplanti infixus non hæreat dolor? Enim verò vehementissimis laborũ ventis, turbulentissimis acerbitatũ dolorũq; procellis ac turbinibus perculsa fuit cœli Regina. Quocũq; tuos colũbæ castos oculos cõieceris Virgo sanctissima, omnia tristia, acerba, luctuosaq; videbis. Tãtis dolorũ & acerbitatũ fluctibus, quantis nulla vnquã iactata est mulier, tè mersã & oppressã vidisti. Quã graui dolore saucia fuisti, cũ in suprema à filio tuo cũ discipulis celebrata cæna, *a* eius, qui filiũ tuũ, lumẽ oculorũ tuorũ, hostibus traditurus erat, factũ esse indicium cognouisti? Quàm graui vulnere cor tuum saucium erat, cùm ea fama cæpit per ciuitatem vagari? Quæ vox, ista commemorare incipiens, non statim faucibus hæreat? Quàm afflicta & luctuosa eras, cùm

b *Dei matris dolores non sine gemitu recensẽri.*

a *Iudæ tradi-tor.*

sum honesto feminarum comitatu septa, crudelium audiebas improborumque hominū in filium tuum dilectissimum iniecta conuicia? Quę certè virgineo in isto pectore acerbissimum doloris sensum concitarunt. Proh DEVM immortalem, quēm sacra Virgo hausit dolorē, cùm tristis filii aspectus, in maximis, grauissimisque curis & angoribus versantis, est sibi ante oculos versatus? Quàm acri dolore perculsum fuit cor Virginis, cū intellexit, sacrū filii sui corpus multo sanguinis sudore, prę angore, manasse? Quā crudele vulnus virginis animus accepit, cū cognouit, æterni Patris irā nostris sceleribus irritatā, filii sui sanguine, acerbissima morte placandā esse? Tum
c Luc. 2 MARIÆ venit in mentem *c* Simeonis vaticinium, sensit iam adesse diem, & horā, cū acutissimo doloris gladio anima sua erat transfigenda? Cōtra hęc omnia tamen tela acerrima quidem & mortifera satis inuicti animi sui robore & magnitudine parata erat atq; munita: quæ omnia pulchre nouerat, diuino accidere cōsilio. *b* Quisnā potest cogitando cōsequi doloris, qui virginem oppressit, vim & magnitudinē, cū ad se perlatū est filiū suum amarissimum crucis calicē quāprimū bibiturum? Quæ mens capere potest, quā acerbum doloris sensum Christus Dominus percepit, cùm matrem, vt ea in se oculos conjecit, crudelissimo doloris gladio sauciam vidit? Profectò duas cruces hoc funesto die CHRISTVS

b matris ægritudines

pertu-

pertulit, alteram extrinsecus * oblatã; in qua pro humani generis salute morti se deuouit: alteram intestinam matris dolorum & acerbitatum misericordiæ motus: quibus sanè labores ac cruciatus, quos ferebat, valde augebantur. Maiorem enim ex Matris angoribus, quàm ex suis, quos in cruce sustinebat, cruciatibus dolorem capiebat. Videbat namque illam vnà secum cruci affixam. Abiit igitur Dominus, vt ad historiæ seriem redeamus, confecta cæna, in hortum situm trans torrentem Cedron cum discipulis suis: d à quibus quantum iactus est lapidis, abductus est, cum tribus selectis discipulis, Petro, Iacobo, & Ioanne fratre eius germano, orandi causa. Vbi cum oranti venisset in mentem passionis, quam pro humano genere liberando, iam subiturus erat, sola imminentium cruciatuum cogitatio tanta illum affecit tristitia, vt e sanguine sudauerit, & terra suo pretioso sudore aspersa fuerit. Ibi cùm Dominus oraret, venit Iudas traditor illius impiæ multitudinis dux impius, atque falsæ pacis osculo aggressus Dominum hostibus tradit: à quibus comprehensus & indignè ligatus, primùm ad Annam ducitur. A quo Dominus de doctrina sua & vitæ instituto interrogatus, modestum cùm ei responsum dedisset, f facies eius diuina, in qua se Angeli inspiciunt, fuit ab impio & diro Annæ seruo (proh dolor) percussa. Dicitur non longè

* affixam.

d Luce 22.

e Luce 22.

f Ioã. 18

ab

cæcatus, cupiditate victus, pecunia corruptus, & scelere inaudito astrictus. Falsò perfidus & infelix sibi persuasit, auaritiæ graue vulnus admissa crudelitate sanari posse, aut innocentis agni sanguine diabolicæ cupiditatis sitim restingui. *c* O monstrum hominis fœdissimum ex immensa crudelitate & auaritia inaudita compactum. Pulchre quidem dixit Poëta Latinus in auaritiam inuectus:

c Auaritia detestabile monstrum.

O auri sacra fames, quid non mortalia pectora cogis? *Virg. 3. Æneid.*

Nihil est tam sanctum, quod auaritia nõ violet. O monstrum immane ex inferis existens, omnia, quæ incurris, vastans loca. Nihil est, quod tuum impetum frangat, furorem comprimat. Tu detrahis honorem, pudorem, pietatem, famam, pudicitiam, charitatem, atque cunctas virtutes: omnia denique, (vt vno verbo dicam) humana & diuina iura perturbas, conculcas, euertis. *b* Pulchre quidẽ omnium malorum radicem appellauit Apostolus effrenatam cupiditatem, quæ bonis omnibus mortaleis euertit, quæ cunctis virtutum ornamentis eosdem exspoliat atque denudat. *d* Irretitus igitur Iudas traditor his Satanæ, quos declinare noluit, laqueis, innocentissimo sanguine satiatus, hoc impio quæstu vitæ exitum habuit impietate sua execranda dignum: nam & suspensus, salute desperata, sibi ipse mortem consciuit.

b 1. Tim. 6.

d Iudas à se ipso suspensus.

Qui

Qui vt primùm collo in laqueum insuto, la-
cap. 1. queis est Dæmonis laceratus, c crepuit medius,
& omnia sunt viscera diffusa, Æquissimum
quidem erat, tam dira & crudelia viscera dif-
fundi atque dissipari. Scelus quidem non so-
lùm perpetrauit inauditum, & omni diritate
atque immanitate teterrimum: sed & exem-
plum posteris reliquit & pernicioſum & ex-
ecrandum. Non enim postea defuerunt, qui
auaritia & infinita pecuniæ cupiditate fu-
rentes, & cæci sanguinem biberint innocen-
tem. Comprehensus igitur Saluator noster
traditoris indicio ductus fuit, vt antea dictũ
est, ad Annam & Caipham pontifices: vbi
cæli maiestas tota illa nocte contumeliis est
affecta, insolitis atque innumeris vexata pro-
c Ioã. 18 bris & ignominiis. c Inde proximo, qui vene-
ris erat, die prima luce ligatus ductus est a-
gnus innocens à Scribis & Pharisæis capita-
libus sibi & pernicioſis hostibus ad Pila-
tum Iudæam Tyberio Cæsare procuran-
a Ioã. 19 & Mat 27. d & Marc. 15. b tem. a Qui Pilatus cedens, vt iudex iniquus,
Iudæorum furori atque inuidiæ Chri-
stum Dominum vestibus exui iussit, & ver-
beribus crudeliter cædi. a Nudus (proh
a Christus ad columnam deligatur. dolor) alligatur ad columnam lapideam:
quam vix complecti poterat præ magnitu-
dine, & immaniſſimè verberatur. Cir-
cumdatur Dominus noster à valentiſſimis
tortoribus, cuius virgineas scapulas in-
numeris atque diris lacerarunt flagellis:

nec

gellis: nec prius cessarunt verbera, (quæ plura quàm quinq; milli a fuerunt, tam dira, quibus sanctum illud corpus ex purissimo Virginis matris sanguine de Spiritu sancto formatum fuit vulneratum) quàm impii defessi sunt carnifices. Qui defatigatione potiùs, quàm dolore & misericordia à verberando fuerunt abducti. O saxis duriores homines, & ipsa diritate diriores. O cæli, cur non ruistis, & tam sacrilegas atq; immaneis feras, vestrum vlti cõditorem, non oppressistis. O terra, quin hiscens sicut Dathan & Abiron homines, tanta sceleris (quo nullum est antea grauius admissum, nec vnquam postea admittetur) immanitate efferatos, non deglutisti? *b* Illuditur post flagella, (quorum vi corpus suum factum est lacerum, & exangue, riuos sanguinis, quo terra imbuta est, à se deducens) illuditur inquam clementissimus Iesus, & conspuitur facies sua aspectu iucundissima, pugnis & colaphis cæditur, huc illuc pellitur & iactatur. *c* Ad hæc caput eius cingitur corona ex iuncis acutis cõtexta: quorum est aculeis cerebrum trãsfixum: fuit, inquam, sacrosanctum Christi caput, cunctis cęlestibus potestatibus reuerendum, punctum, transfixum, cruentum, sanguine ex tota diuina facie & oculis defluente. Tali corona cinctum est huius inuictissimi triumphatoris caput sacratum. Præsignauit hæc corona, superni Regis imperium & regnum finem nesciturũ, & perpetuũ fore.

b Iesus conspuitus, & irrisus.

c Spinea corona cinctũ.

Sacra hæc corona, quia innocenti sanguine tincta fuit ac perfusa, semper, quin vnquam marcescat, viriditatem suam retinebit. Quid? magnificus triumphator, qui nobis, euersis funditus hostibus, vitam beatam & immortalé dedit, hisce decoratur insignibus? ei, qui omnium triumphatorum decus est & ornamentum, penes quem est omnium, quę cæli & terræ ambitu cõtinentur, rerum potestas, is triumphus decretus est? Quisnam tantã rei atrocitatem sine summo dolore audire potest? Quanta doloris acerbitas cor Virginis oppressit, cùm tristis ei de genere mortis, quod filius subiturus erat, nuncius est allatus? Quanto fuit in dolore ac mærore sacratissima Domina? Mox, accepto hoc tam tristi & acerbo nuncio, ad filium contendit: ducẽ habens & comitem Magdalenam illustrem ac nobilem feminam, quæ Virgini aditum, vt adlocũ, vbi filius erat, perueniret, patefecit. Cùm filium vidit magna MARIA tam indignis modis tractatum, & corona ex spinis cõtexta deformatum, facie sanguine aspersa, cruce delicatis eius humeris imposita, onere depressum, nullus est, qui non dicendo, sed ne cogitando quidem consequi possit illius cordis doloris magnitudinẽ. Cùm sibi ambo occurrerunt illa cęli clarissima lumina, quãta doloris vi mutuò inter se fuerunt percussa? Sol iustitiæ propter suam pulchram lunam, luna verò ob solem deficientem & obscura-

a Magdalena pretiosa.

cum.

tum, deformata tot linoribus facie illarad iis splendidiore solis, in qua cæli Regina semper se inspicere solebat. *b* Demittebat, collo ex magno pondere crucis fatigato, caput anhelans, & toto sacro pectore, præ anxietate, sudore manans. Sic hierosolyma abiit Seruator hominum sibi baiulans crucem (ad quam portandam vsus est opera Simonis Cyrenensis, quem hostes Domini ad eā rem consultò conduxerunt) in Caluarium montem: vbi, vt peruenit, exutus est, & refricatis vulneribus flagellorum, quibus scapulę laceratę fuerunt, protentus in cruce. *c* Incipiunt crudeles atq; impii carnifices crebris malleoli ferrei ictibus manus illas, quæ cælum, solem, lunam, stellas condiderunt, quæ cursus & motus cōstantes siderum pulchre digesserūt, quæ puri ætheris igneis seorsum à terra matique profundo secreuerunt, summa vi clauis ferreis transfigere: deinde terebrantur sacrati pedes, qui tot loca, diuini verbi mortalium in cordibus serendi causa, & errantes oueis ad ouile suum adducendi gratia, nudi peragrarunt. In MARIÆ autem pectus ferreorum clauorum cuspides adigi videbantur tunc, cùm filii pedes manusq; transfigebantur. Vidit Mater filiū in cruce extensum, & meruorum compages, quibus iunguntur membra, laxatas. Nam cùm esset crux insolitæ magnitudinis, vt ei Seruator noster coniungeretur, nimio attrectatu, omnia illi membra sunt

b *Crucis pondus.*

c *Ferreis clauis confixus lesus.*

sedibus suis conuulsa. O crudelitatem inauditam, ô immanitatem omni feritate dirriorem Sublata cruce, eique Domino affixo, fixis eam oculis pia mater contemplatur. Virginis anima tot vulneribus traiecta fuit, quot filius accepit à sæuis & impiis carnificibus. Christi quidem membra, vt omniũ aspectui & oculis subjiciebatur, crudelissimè erant discerpta: verùm intimi animi dolores multo quidem erant acerbiores ex matris percepti ingenti dolore, ac summo mærore: qui sanè sæuum Christi amplificabat doloré. a Quare hęc nos mortales etiam atque etiam consideremus, atque animis nostris, quin vlla vnquam nos capiat obliuio, diligenter infigamus. Nam si MARIA ab omni labe & scelęris cõtagione semper pura & casta, adeò filii mortem luget, quom odo nos lachrymas continemus, pro quorum salute Dominus cruci suffixus est, & tot tantisque laboribus & acerbitatibus, extremæ denique ignominiæ atque supplicio oblatus? Quisnam reperiri poterit tã ferreus, tam expers humanitatis, à quo harum rerum commemoratio ingentem vim lachrymarũ non exprimat? Matrem intuens liberator noster stantem iuxta crucem tam sæuo dolore fauciam, nihil illi potiùs fuit, quàm vt eam recrearet, atque iacentem excitaret, afflictã subleuaret. b Quare Ioanni Apostolo, qui etiam prope crucem stabat, quem ob egregiam fidẽ, summamque in laboribus cũstantiam, & ob multas,

a *Mors Christi meditãda.*

b *D. Ioanni Dei mater commendata.*

multas, quibus florebat, virtutes, vnicè diligebat, charumque habebat, matrem commendat. *Mulier*, inquit Iesus matri, interruptis atque morientibus vocibus, e *Ecce filius tuus*. Mulierem appellat, ne matris nomen & commemoratio dolorem acriter animo insitum exaugeat. Cuius vim tum lenire ac mitigare studebat. O mira pietas, filius moriens extremum sensum ad memoriam Matris reseruabat: in qua iam-iam moriturus moriētia lumina figit, eius, quo cruciata erat, dolorem mitigare cupiens: vt non tam se emori, quàm matrem tam sæuo dolore sauciam doleret. O tempus acerbum & luctuosum! Ne Virgo mater sola esset, ac deserta maneret, Ioanni fidelissimo custodi illam diligentissimè commendat. Virgini Ioanni virginitatis templū summa religione præditum, puritatis arcem, pudoris sacrarium rectissimè cōmisit. Nam postquam mortiferis vulneribus traiectus, artubus diffluis, sacrato sanguine largissimè fluente, iam se ad exitum vitæ peruenire sensit; matri, quæ procul à se, vt fidelium saluti consuleret, & Ecclesiam humeris suis sustineret, in terris multos annos futura erat, prospicere oportuit. a Iam-iam igitur moriturus vitæ autor, mortis expulsor, extremum vitæ sensum ad matris afflictæ curam reseruās, interruptis debilitatisque vocibus eam allocutus est, oculis intuens morientibus. Deinde hanc cum discipulo ingreditur orationem:

e Ioā. 19

a *Mirabilis Christi ergamatrem pietas.*

c Ioã. 19 c *Ecce Mater tua.* Quod perinde est, ac si diceret, illius curam gere, ei omnibus in rebus inserui. Illam, me absente, aliquandiu interris manere conuenit, sis illius perpetuus & fidelis comes, ne sola sit ac deserta. Matris illam loco habe & honora: ipsa te vt filium diliget, tu ei vicissim obtempera, ne ab ea discedas, esto illius fidelis custos omni tempore, quod eidem vitæ reliquum est; de omnibus rebus ad eam pertinentibus maximam curam ad-

b Ioãnes Virgo. hibe. b Nemo est omnium te mihi charior, & propter tuam summam fidem, & propter multas, quibus flores, virtutes, & in primis propter virginalem, quo ante me fulges, pudorē, cum matre mea Virgine optimè congruentē. Ambo Virgines casti, consiliorum meorum participes optimè inter vos conuenitis. O ter quaterque beatum Ioannem, qui ad tantum honorem & dignitatem peruenit, vt Virgini matri filius sit adoptatus. Quo titulo & honore cæteris omnibus est antelatus. Aptissimè quidem, diuine Ioānes, illa epistolę tuę verba

a1. Ioã 3 ad te ipsum potes transferre: a *Videte qualem charitatem ostendit mihi Deus, vt filius sim & nominer matris eius: qui honos mihi præcipuus fuit præter cæteros.* Hæc est tua summa laus, hic ampliſſimus immortalis gloriæ titulus beate Ioannes, vt filius Virginis adoptatus & Christi Iesu Dei ac Domini nostri frater sis & nomineris. Christi verba filii amorem in matris animo, matris obseruantiā in discipuli corde

insicul-

insculpserunt: ac in eorũ mentibus illa dicta scripta sunt. e Nam & statim eam discipulus matris loco venerari cæpit, eum filii pietate Virgo complexa est: ac eũdem, & quia se cognatione attingebat, & quia regia virtute illa, quæ Angelico fulgore collucet, illustrabatur, vnicè dilexit. Virginitas enim animi, corporisque integritas, quę virtus est maxima & ampliſſima, ita nobis Deum cælestesque omneis conciliat: vt eis, qui eius fulgore collucent, secreta sæpe communicentur diuina. Nam similitudo amoris est cõciliatrix. d Quod certè maximè apparet in Ioanne historico diuino; qui in suprema cæna supra pectus Domini recumbens, hausit ex perenni sapientiæ fonte occulta cælestia, haud aliter, ac si cælum ei apertum oculisque expositum fuisset; atq; ita in altum volatum erexit, vt ad æternam filii Dei generationem peruenerit, ad cognitionẽ scilicet sanctissimæ Triadis in vnitate, & vnitatis in Trinitate. Quod quidem mysterium omnium est altissimum, & ab humanę mẽtis intelligentia remotissimum. Quod mysteriũ cum gestis omnibus, quæ Christus Dominus humana indutus natura gessit in terris, postea ex suo puro castoq; pectore de prompta mortalibus ad ipsorum salutẽ quàm studiosissimè & quàm diligentissimè communicauit. a Nec verò hac tanta filii cura & diligentia, vlla ex parte remittebatur MARIÆ doloris acerbitas: quãuis certa esset & persuasa, fore,

e *Virgo Virg. Ioannis mater dicitur.*

d *Ioan. 21*

a *Mariæ dolor ob filii crucifixi.*

vt Ioannes sibi filii operam, pietatem, & obseruantiam quàm diligentissimè præstaret: immo filium clauis ferreis transfixum intuenti sibi etiam vnà cum illo cruci affixa esse videbatur. Cernebat illum toto corpore saucium, vulneratũ, artubus discluſis cernebat, inquam, corpus exangue: quod quidem nulla iam parte præter ossa constare videbatur. Vnde factum est, vt interrupta & morienti voce dixerit, *Sitio.* [b] Inexplebilem sitim sibi contraxerat Dominus ex arduo in Caluariũ ascensu, ex pondere crucis, quam sibi bajularat, ex larga sanguinis totius è corpore suo effusione. Ad quam sitim alia accesserat longè auidior, ardentissimum scilicet humanæ salutis, pro qua tam dura & acerba patiebatur, desiderium. Quin etiam in liberatorem nostrum tantis doloribus oppressum rapidè fertur clarissimus aquę decursus ex alto misericordiæ monte decidens, insedabili animarum conseruandarum siti captum: quę sitis nec fluuiis longè lateque fluentibus, nec perennibus fontibus extingui poterat. [c] Interim inhumanus miles spongiam, cui supernè fel infuderat, posuit super arundinem, eiusque ori, vt felle mistum vinum biberet, circumposuit. Id filii palato gustatu peramarum fuit, & in Virginis matris amaritudo ipsa corpe penetrauit: nam, vt filius, obriguit etiam atque obstupuit mater. Illa amarities

b *Christi sitis in cruce pendentis.*

c *Vinũ fellemistum.*

fitiés perpetua animas nostras dulcedine ac suauitate respersit. Iesus autem, amarissimo potu tantùm degustato, bibere noluit: deinde dixit, *Consummatum est.* Post transfixi pedes (certa mortis prædictio) minutatim cæperunt frigescere, nasus exacui, lumina mori. Quàm acutus, heu, doloris gladius, ô Virgo sanctissima, tuum transfixit tenerrimum animum? quantam acerbitatem animo cepisti? quanto in luctu & mœrore fuisti? quàm ardentes curarum faces sunt virgineo in tuo pectore incensæ? quàm acerbus doloris sensus cor tuum disrupit, cùm filium tuum, facie, oculis, capillis sanguine suo cruentis extremo vitæ spiritu exanguem & confectum fixis oculis vidisti? In pedibus digiti primũ liuescere; inde ipsi pedes & crura rigere; deinde per artus mors tractim serpere. *b* Die veneris, siue is IIX siue X Cal. Aprilis illuxerit; XIX Ti. anno crucis supplicium innocens Dei filius pertulit. *c* Simulatque lux alma extincta fuit, *d* vniuersus orbis statim tenebris circumfusus est, sol obscuratus, noxque interdiu præter naturam visa: tum enim sol oppositus erat lunæ, nec poterat natura deficere. Quare Dionysius Areopagita (qui postea ab Apostolo Paulo ad fidem Christi conuersus eius discipulus fuit) dixit; *aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissoluitur.* Defecit igitur sol factoris sui mortem lugẽs & gemens. Sol, inquam, obscuratus est, & meridies

a *Acerbũ Virginis spectaculũ*

b *Christi crucis annus.*

c Cedrẽ. 153. 156.

d Mart. 15.

e *Christi mortem quæ sint subsecuta.*

ridies in nigram noctem conuersus. Omnia luctu & mærore plena caligine tecta sunt. Solitam solis radii lucem absconderunt. Sed quid mirũ, si huic æthereo soli lux erepta est, cùm æternus clarusque cœli sol restinctus est? Se autem sol abdidit, ne tantam immanitatem & sceleris atrocitatem videret. *f* Rursus terra insolitis motibus quassa est, saxa diruptа sunt: petrasq;, ac desertissimas solitudines, scopulos, & mutas atque inanimeis res tam atrox & crudelis creatoris mors commouit. Soli Iudæi, qui morte turpissima Dominum affecerunt, compuncti non sunt, nec saxis duriores ingentis, quo se astrinxerunt, sceleris disrupti dolore. Spectaculum eheu non hominibus solùm, sed saxis etiam luctuosum ac miserum. Totus ergo terrarum orbis cæca caligine tectus est, *f* sole obscurato, ab hora sexta, vsque ad nonam, id est, à duodecima hora meridiana, ad tertiam vsque horam pomeridianam. Tandem, defuncto Iesu, sacratum eius pectus miles inhumanus aperuit diro lanceæ mucrone: ac statim sanguis inde & aqua altè emicuit. Ex lato vulnere sanguinis & aquæ riuus vbertim manauit. Tunc vulnus illud, ô Virgo, tuo corpore excepisti, tuum in latus lancea illa intenta est & vibrata; ictum illum terribilẽ tu persensisti, Virgo diuina: tibi venæ proscindi visæ sunt. Quis enim neget è virgineo tuo sanguine Christi corpus & sanguinem fuisse assumptum? quis

Cedren 355.157

f Matt. 27.

f Lu. 23

Vide supra pag. 111.

tuum sanguinem illum diffiteri ausit? Quis ignorat, sanguinem illum, quem in ara crucis pro humana salute obtulit, solum à matre desumptum? Innocentissimus verò sanguis & pretiosissimus, quo genus humanum redemptum est, effusus est à perfidis Iudæis & impiis hominibus, qui in Christum Dominum, non viuum solum sed etiam mortuum; insolitam atque inauditam crudelitatem exercuerunt. Quorum iniustum odium non satis habuit necem afferre Saluatori, sed etiam post mortem eius inflammatum est, vt lateris, quod militis lancea aperuit, vulnus comprobauit.

De Virginis martyrio & solitudine.

CAPVT XXIII.

QVisnam tam duro, tam saxeo, & ferreo corde reperiri poterit, qui Virginis matris, vitam vitæ eripi videntis, summo luctu & mœrore non commoueatur? non condoleat? Potuisti ne intueri, Angelorum Domina, Dominum, qui mortem funditus euertit, tam acerbam necem & atrocem patientē? Quisnam vnà tecum, ô pia DEI Mater, ingentem lachrymarum vim non profundat? quis Matris & filii laborem & dolorem considerans, non disrumpatur dolore? Nullus est profectò, qui, non dicam, verbis

verbis exprimere, sed ne cogitatione quidem possit complecti, doloris, quo sacta Virgo cruciata est, magnitudinem. Tuum erat, cœlestium mortaliumque Domina, filii mortem præter cæteros dolere ac lugere. Primùm te miserrimam habuit filii circumcisio. Doloris gladio animum tuum transfixum iri, tibi prædixit Simeon grandæuus atque venerandus. Magnum certè ex innocentum martyrum internecione animo dolorem cepisti. Vehementer te commouit repentina in Aegyptum fuga: acerbissimè tulisti, cùm Ioannem Baptistam in vincula coniectum esse audisti, summo dolore afficiebare, videns in Iesum filium tuum Iudæos, à quibus ille tam indignis modis tractabatur, tanta immanitate efferatos. In pectus tuum quasi acuta sagitta adigi visa est, cùm tristis ad te nuncius perlatus est, vnigenitum tuum & Dei filium Iudæ auaritia hostibus traditum, eiusque innocentem sanguinem triginta argenteis venditum iri. Quid dicam de acerbo dolore, qui tibi inustus est de ægritudine, quę te distraxit ac proscidit, cùm propensissimo contuitu mentem oculosque in filii faciem defixisti diuinam, sputis deformatam, alapis & pugnis cæsam, cùm os totum sanguine oppletũ, crines cruore conspersos aspexisti, cùm eum illusum, irrisum, conuiciis ab impiis & perditis hominibus onerarum vidisti? Omnes tandem

Virginis dolorum enumeratio.

dolores,

dolores, labores, anxietates, & angores simul, vbi extremũ spiritũ filius tuus effusuruserat, tanquam in mare immensum impetu fluxerunt. Dies ille instar mortis tibi fuit; immo ipsa morte acerbior, qui certè acriores doloris morsus, quàm ipsa mors potest, effecit. Filii rui, ô cæli Regina, discipuli illo se die formidolosi in fugam dederunt; tu verò, Domina, ab eius látere nunquam discessisti, sed constanti animo supremum hoc pietatis officium in aduersariorum conspectu præstitisti. Neque verò sacratæ Virginis tanta ægritudine, tantis corporis & animi laboribus, fortitudo fracta est, aut vlla ex parte spes debilitata: quippe quæ ex propheticis litteris optimè sciebat, innocentem filium pro nocentibus vltro se morti offerre, & vitam atq; sanguinem libentissimè profundere. Nunquam igitur contraxit animum, nunquam se obrui passa est: sed strenuè certantem filium aspexit. Quin etiam ea lanceam illam videns, sanguine madefactam, quam miles Christi látere traiecto cruentarat, inuictum animũ gessit, & infractam mentem diuinitus præstitit, aduersus omnia perstrenuè obdurans. Mirandum certè non est, si sacra Virgo Iesu, fructui ventris sui benedicto, in cruce pendenti vsque affixa esset; quia erat sibi totus in deliciis, quia in eius vultu, oculis, fronte acquiescebat, in illius sermone & suauitate omneis curas doloresque deponebat. Tantæ

Virginis fortitudo.

Virgini

Virgini matri iucunditas afferri nulla poterat, quantam ex filii aspectu, societate, suauitate, & consuetudine capiebat: qui, quantus quantus erat, totus pulcher, suauis, dulcis, totus aspectu iucundus erat. Cuius ea conspectu molestissimè profectò carebat. Loqui volebat mater diuina, quod tamen doloris vi & magnitudine facere prohibebatur. Morientem intuens filium suum vnicum, mœrore & lachrymis conficiebatur. Flebat amarissimè Virgo, dicés, Fili mi, fili mi, eheu me miserã, heu me miseram, quis mihi tribuat, vt tuam fili ego vicem moriar? Heu mihi quid faciam? Moritur filius meus, & cur mater hanc mœstissimam in morte comitem non habet? Fili mi, fili mi, amor mi dulcissime, ne me, quæso, deseras, & solam relinquas, duc me tecum; simul hæc tua tecum tristis moriatur mater. Te, ô mors, appello, ne mihi parcas, tolle vnà cum filio hanc tristem & calamitosam matrem. O fili vnice, deliciæ meæ, vita & singulare solatium animæ meæ; fac vt ego etiã, quæ te moriturũ peperi, simul tecũ morté obeã, noli è vita sine matre discedere. O fili mi, noli matrẽ afflictã deserere. Audi nũciã obsecro, & me crucis in patibulo ad te recipe: vt qui cõmuni carne spiritũ ducim°, & mutuo nos amamus amore, mortis etiã societate cõiuncti simus. O impii Iudæi, ô perfidi & crudeles Iudæi; nolite mihi ignoscere, qui filium meum in Crucem egestis, me, me etiam

Virg. Verba filium lugentis.

Bern. de lamentat. virg.

etiam cruci suffigite, vel alio genere mortis quantumuis crudeli afficite: ne solus filius meus excedat è vita. Lucem è mundo sustuliſtis, & me filio, qui meum suauium erat ac deliciæ, orbaſtis. Moritur vita, & cur mater filio sit superstes, tantis doloribus oppressa? Tollite, cruci affigite matrem vnà cum filio. Mihi quidem iucunda nunc esset & optabilis mors ipsa: quæ tamen me miseram fugit. O fili mi dilectissime, huius Matris tuæ tam ærumnosæ te iam misereat. Ne tuam, obsecro, misericordiam, quam nunc efflagito, requiram: ad tuum in cruce latus matrem recipe, vt perpetua vita, morte obita, tecum perfruar. Nihil mihi dulcius atque iucundius accidere potest, quàm te in cruce arctissimè complecti, & simul tecum emori: contrà verò nihil insuauius & acerbius cadere potest, quàm in terris, te mortuo, manere. O fili DEI viui, tu mihi filius, pater, mater, sponsus, & animus eras, nunc patre, sponso, & filio orbor. Fili mi quid faciam? quid consilii capiam? quod solatium quæram? ad cuius præsidium confugiam? Fili mi dulcissime, omnia potes: sed si non vis, mortis me consortem & comitem habere, cõsiliũ saltẽ aliquod mihi, in quo laboranti subsidium ostendatur, afferas, quæso. Filius verò anxius ac solicitus de Matre tantis angoribus confecta,

cta, tantis doloribus cruciata, eam benigno atque eo, qui facilè misericordiam capiat, intuitus, dixit ei, leuandi causa: MVLIER, ECCE FILIVS TVVS, Ioannem innuens: qui ad alterum crucis latus tristis erat & lachrymosus. Quod perinde est, ac si diceret, mater mea dulcissima, mollis ad flendum, tenera ad dolendum, non te latet, eo consilio me de cœlis in terram de sinu Patris descēdisse, & carnem de vtero tuo virgineo suscepisse, vt genus humanum per crucem in pacē & libertatem vindicarem. Nec enim aliter sacrarum literarum veritas exitu comprobari potest. Necesse est igitur, vt me pro humanogenere conseruando morti deuoueam. Sed tertia die à mortuis resurgam, & tibi ac meis discipulis, insignis gloriæ atque triumphi laurea decoratus, apparebo. Desine iam flere, Mater mea dulcissima, cessent iam lachrymæ tuæ, noli laborare, quia ascendo ad Patrem meū, eius dexteræ gloria fruiturus. Gratulare mihi Mater mea, quia inueni oūē errantem, in qua quærenda tantum temporis cōsumpsi. Morior ego, vt morte mea mortales omnes viuant. Vnius ob noxam omnes moriuntur: vnius etiam meritis & morte cūcti ad vitā reuocētur, necesse est. Quid? an ad Patris mei volūtuā tatēnō accōmodas mater? Calicem, quem dedit pater, non vis vt bibam illum? Noli flere mater mea, non ego te desero neque derelinquo. Ecce ego quam-

Filij ad matrē respōsa.

diu

diu in hoc sęculo manseris, tecum ero. Vt homo sum, morti subiaceo: vt autem DEVS sum, semper sum & ero immortalis atque impassibilis. Optimè nosti, vnde veni, & vnde exiui. Cur igitur, cùm illud tibi notum sit, tantopere doles, si eò, vnde veni, reuertor? Modò, quò ego vado, me sequi non potes, venies autem postea. Interim loco filii habebis Ioannem sobrinum tuum. Ille tui curam habebit, & quæ ad te pertinuerint, studiosissimè omnia diligentissiméque præstabit. Hac oratione cum Matre habita, oculos & sermonem deinde conuertit ad Ioannem Dominus IESVS, dicens: *a* ECCE MATER TVA. Quem cùm audissent sermonem, lachrymas effundere non cessabant mater atque discipulus. Ambo martyres reticebant doloris magnitudine oppressi. Vterque flebat amarissimè, ambo angebantur, & intimis sensibus afficiebantur, in primis verò Virgo sacrata. Vulnera CHRISTI defuncti, matris erant cordis vulnera dolore disrupti. *b* Nullus erat Virginis dolorum modus; qui quidem omnes, quin se prorumperent, erant in eius corde virgineo compressi. Nec vlla hominis & Angeli lingua exprimere, nec mens aut cogitatio capere potest vim doloris, quem pia MARIAE viscera sentiebāt. Nūc luis Virgo diuina dolores, quibus in partu tuo virgineo libera fuisti. Peperisti filium sine dolore; quem tamen ex eius morte acer-

a Christi ad Ioannē sermo.

b Virginis summi cordis dolores.

bissimum hausisti. Iuxta crucem erat Mater, quæ filium Spiritus sancti opera conceperat, exanimata. Quæ quidem vi doloris oppressa, veluti mortua pallebat, nec vllum verbum proloqui poterat. Torquebat eam dolor acriter animo insitus tãquam carnifex immanissimus. Mori, quàm viuere, exoptabat, extincto Christo filio suo; quæ vitam agens tam tristem & afflictã, mortua quidem erat. Quãto suo mærore ac dolore vidit in se exitu comprobatum Simeonis dictum? nam & illo doloris gladio ab illo sibi prædicto suũ sensit pectus transfixum. Intentis oculis cæli Regina, MARIÆ Magdalenæ, Mariæ Iacobi, Mariæ Salome, & aliarum feminarum honesto comitatu septa, filium cõtuebatur in mõte Caluario. Vbi expectabat, qui sacrum corpus de cruce deponerent, & flens dicebat, reddite iã huic mæstissimæ matri filium extinctum, vel, si magis libet, me eodem genere necis peremptam coniungite illi, vt mei auertantur dolores. Deponite iam, deponite, quæso, vt mecum retineam corpus exangue; quod me vel exanime soletur. Stabat Maria iuxta crucem, aspiciens filium miserabiliter pendentẽ in patibulo, & se in summos pedes erigens, brachia in altum ducebat, & crucẽ cõplexa cruentã, osculabatur ea parte, vnde preciosus sanguis decurrebat. Manus qua poterat vi tollebat, cupiens dilectissimum filium suum complecti: nec poterat tamen. Sæpe enim

ea

ea sibi promittit amor, quæ nunquam aut rarò consequitur: persuasus fore, vt cuncta sibi cedant. Volebat Virgo diuina complecti CHRISTVM pendentem: manus tamen, quas frustra erigebat, deprimebantur. Erigebat se, quoad poterat, à terra, vt dilectum suum tangeret; quem cum attingere non posset, in terram redibat offensa vi, quam adhibebat. Immenso dolore oppressa humi iacebat: sed amoris vis, quo animus ardebat, illam surgere cogebat. Quæ vi amoris iterum se erigens, brachia extendebat, filium complecti cupiens, sed iterum in terram decidebat magno affecta dolore. O quanto in mærore & luctu erat alma Dei mater. Acerbius quidē illi erat sic viuere, quàm ferro crudeliter ab impiis & sceleratis interimi. Tota facies illi veluti mortuæ pallebat. Erant illa facies virginalis, illæ genæ sanguine filii tinctæ. Sæpe terrā oscula-batur Christi sanguine aspersam. O durum & acerbum martyrium, ô assidua suspiria, ô pectus virgineum languidum ac flacc dum! O cor Virginis dolore confectum. Facies illa candida & rubicunda tota pallet filii rubra cruore. Expectabat Virgo aliquem qui misericordia motus funus procuraret, & sacrū corpus sepeliret. Tūc accesserūt (solet enim Deus in maximis rerū angustiis occurrere nobis) Nicodemꝰ & Ioſephꝰ ab Arimathia, homines nobiles atque illustres, vt hoc piū sactūq; offi-

cium præstarent. Qui quidem, ne sacrum Seruatoris hominum corpus supremo sepulturæ honore careret, exequias funeris eius honestissimè prosequuti fuerunt. Maxima ergo lachrymarum vi profusa, illud primùm demittunt de cruce. Quos vt vidit MARIA, ad deponendum de cruce filium suum excitos pietate venisse, aliquantum respirauit, & quasi reuiuiscens celeriter surrexit de terra, vbi dolore iacebat oppressa, & quã potuit illis, quãuis languida, operam dedit. Alter eorum clauos de manibus detrahebat, alter verò corpus, ne caderet, sustinebat. MARIA autem stabat, & brachia sua attollebat, sed filii vulnera cõtuens, eius manus clauis terebratas & sanguine conspersas videns, se pedibus continere non poterat. Ex sangue igitur filii corpus in gremio mater tenere, illi oscula defigere, lachrymis abstergere vulnera, sanctas illas manus, & brachia, atque caput spinis redimitum contemplari, vt hoc tristi & supremo remedio se posset leuare. Satis expleri non poterat filii indignissimè accepti aspectu miserrimo. Ergo demisso è cruce corpore, exanimata fuit inuiolata Dei Mater, doloris amorisq; summa vi oppressa. Contuens enim filii faciẽ pallida morte deformatã, & sacrũ vultum pugnis contusum, sputo fœdatum, cõuulsam barbã, caput spinarum aculeis transfixũ, manus & pedes clauis ferreis crudelissimè terebratos, atque latus

lancea

lancea apertũ, & totũ (vna tantùm ſuper oſſibus erat pellis) corpus laceratũ, ſuſpiria ex intimo corde emittebat, & flens miſerabiliter dicebat. a O fili mi dulciſſime, quid feciſti? Cur te in crucẽ ſuſtulerũt crudeliſſimi Iudæi? Quęnã eſt tuę mortis cauſa? Quid cõmeruiſti, vt tam turpi & atroci morte mulctarere? Minimè verò fili mi, minimè: ſed tuos hoc genere mortis redimere voluiſti, vt infinitę bonitatis tuæ theſauros oſtenderes, & eximiã tui in homines amoris vim & magnitudinẽ declararet, tã præclari tãq; diuini facti poſteris exemplũ relinquẽs. Modò te extinctũ in gremio teneo. Quid me fiet? Quo tandem modo ſine te vitam aget hęc triſtiſſima mater? Eheu fili mi, dulcedo & ſuauiũ meum, deliciæ meę, vita & iucunditas mea, ſolatium vnicũ meũ. Vbinam eſt illud inenarrabile gaudium, quo tuo in ortu cõpleta fui? Eheu me, fili mi, in quãtam acerbitatẽ tanti tamq; diuini gaudii fructus recidit. Auxiliare mihi, precor, fili mi, & Spiritum ſanctũ tuum meo pectori benignus infunde: quia opprimor, & vix reſiſto dolori, oblita illius gaudii, quo Altiſſimi obumbratione & Angeli ſalutatione exultaui. His & aliis ſimilibus dictis aſſiduè inuiolata mater óculis, genis, naſo, ori filii diuini oſcula figebat, nitentibus oculis lachrymis ſuffuſis, quarum maxima vi corpore & animo confici videbatur. Abſtergebat lachrymis filii corpus exanime, quibus mirabiliter obli-

a *Virg. ad filiũ Verba. Bernar*

tum est & madefactum sepulchrum, in quo sacrum corpus piè positum fuit. Vbi perhibentur vsque modò lachrymarum Virginis vestigia impressa extare. Quæ quidem facilè declarãt intestinũ & acerrimum dolorẽ, quo Virgini radicitùs cor eripi & conuelli visum est. Cogitabat res à filio suo gestas diuinas & admirandas, eiusque summos cruciatus, iniurias, contumelias, conuitia, probra, quæ ipsa oculis viderat, & ab aliis audierat, secũ animo volutabat. Considerabat, quis & quanta maiestate atque amplitudine erat hic Dominus, quem ipsa diuinitus cõceperat, atque pepererat sine dolore Virgo manens intacta: quẽ etiam lacte suo, vtere de cælo pleno, ipsamet nutrierat, custodierat, & quàm diligentissimè, religiosissimeq; poterat, tractauerat. Qui sibi solatiũ, decus, præsidiũ, vita, & dulcedo erat, quẽ semper in oculis ferebat. Videns igitur vnicum filium tam indignè & crudeliter acceptũ, cedo, aiebat, fili mi, dulce decus & præsidium meũ, amor & solatium vitæ meæ singulare, cur me sic dolore frãgi & mærore cõfici finis? Cur à me tam longe discessisti? Deus meus consolare me, miserere mei, cõjice tuos pios oculos in me. Dicat nunc qui potest, cogitet, qui valet, quã acerbus inustus est Virginis animo dolor. Quantis igitur, quã intolerabilibus curis ea fatigata fuerit, nemo ne cogitando quidem animo complecti, ne dum consequi verbis aut sententia potest. Filii sui

præ

piæ omnibus mortem perferre, mærere, & animo præter cæteros omneis angi, Matrem inuiolatam decebat. Tanta igitur extabuit ægritudine, quanta talis mater propter talem filium afflictari potuit. Acerbissimus igitur MARIÆ dolor dignus, iustus, atque debitus erat, quia amoris, quo in Deum & filium suũ incensa erat, magnitudini respõdebat. O quã præclarè nobiscum ageretur, si minima huius doloris pars nostros animos occuparet! Confluxerant certè in Virginis animum omnes ærumnæ, in MARIÆ pectus mæstitiæ omnes tanquam immensum in mare amaritudinis concluſæ sunt, cùm pendebat filius, & mortis ferè attingebat limen; ille dies MARIÆ mortis fuit instar. a Quare quatenus MARIA significat amaritudinem, fuit prænõstrata in Neomi: quæ quidem non se Neomi, sed Marach appellari volebat, quia Dominus illam repleuit amaritudine. Fuit profectò sacra Virgo immensum ærumnarum, ægritudinum, dolorumque mare: quæ ex filii summis cruciatibus acerbissimos dolores percepit. Mulieres etiã piæ, quę cæli Reginæ se comites præbuerãt, in quibus erat Maria Magdalena, flebãt Dominũ simul cũ Virgine, & lamentabantur acerbissimè. Angeli etiã assistebãt dolentes cũ dolentibus: qui certè iustum debitũq; dolorem capiebant, Dei ac Domini sui mortẽ dolẽtes, si dolor vllus in eos cadere potest: quamuis lætabantur, videntes genus humanum,

a *Mariaquid significat.*

tam diu miserrima Satanæ seruitute oppressum, diuina benignitate in libertatem vindicatum fuisse, Ipsi etiam flebant (si fletus ad eos pertinere potest) acerbissimè, videntes Dominam suam, matrem Domini sui, maxima curarum vi conuulsam, summo dolore confectam, nitentibus oculis lachrymis suffusis. Sed quisnam ex Angelis aut Archangelis tali tempore non fleret, vel si fletus alienus esset à natura sua, cùm DEVS immortalis mortuus iacêret? Videbant corpus CHRISTI adeò indignè ab impiis acceptum, adeò immaniter tractatum, tam duriter ac immisericorditer à perennis hostis ministris discerptum, sanguine suo miserabiliter conspersum. Aspiciebant etiam inuiolatam DEI Matrem tot ærumnis conclusam, tot angustiis vndique circumuallatam, tam sæuo dolore fractam ac debilitatam, maximam lachrymarum vim, quin fletum tenere posset, fundentem, adeò vt ne motum à lachrymis posset temperare. Quamobrem piè credi potest, Angelos etiam, qui tum tam horribili spectaculo, tam cruentæ tragædiæ intererant, Domini sui mortem mæruisse, profundissimumque dolorem exhausisse, atque in eos luctus, in quibus cælites esse decebat, incidisse. Immò mirum certè fuisset, ni omnes tum cælites flerent in vita beata, vbi nullus fletus esse potest. Vt enim DEVS mori potuit humanitate assumpta, sic etiam

S. Bernard. in lament. Virg.

fieri

fieri potuit; vt sancti Angeli dolerent mortem DEI ac Domini sui. Candidis autem linteis inuolutum; & preciosis vnguentis perlitum, à sanctis illis viris in sepulchro diuinum corpus pie ponitur. Sepulchrum paulo antè sibi excidendum curauerat Iosephus: nec in eo humatus quisquam fuerat. b Erat sepulchrum ex lapide cæruleo, * Hiaspidis colorem referenti, qui in longitudinem patet viginti pedes: qui hodie etiam ibidem existit & videtur à peregrinis, qui illuc ex omnibus orbis terrarum partibus voti & religionis causa confluunt. Quo in loco nouem lampades ardent continenter. c At vos, insignes pietate viri, ad immortalitatem consecrandi estis: vestra nomina præclaris monumentis consignata ipsa æternitas excipiet. Regi enim vestro, quem despexerunt perfidi Iudæi, supremum honorem tribuistis, eius funeri piam operam dedistis, ipsius exequias lachrymis & fletu vestro decorastis. Hos sanctos & pios viros subsecuta sunt millia millium Angelorum, qui in CHRISTI sepulchrum conuenerant, & summa pietate atque dulci concentu eius exequias, clarissimam victoriam, & amplissimum triumphum prosequuti sunt. Illi concinebant laudes DEO suo; MARIA verò gemitus & suspiria emittebat è corde suo. Cùm igitur Iosephus & Nicodemus vellent iam ponere

b *Christi sepulchrum* * *iaspidis.*

c *Iosephus & Nicodemus Laudati*

Domini sui corpus in sepulchro, simul etiam cum illo cupiebat sepeliri mæstissima Mater, quæ super dilectum suum innixa, quem amplexans & osculans miseremini mei, aiebat, saltem vos amici mei. Relinquite, obsecro, paululum mihi, vt facié eius aspicere possim, detracto ferali amictu, & me aliquantulum amantissimi filii mei aspectu leuare. Nolite, illum, quæso, tam citò tradere sepulturæ, immo reddite huic tristi & mærenti Matri, vt vel defunctum mecũ retineã. Quòd si eũ vultis condere in sepulchro, me etiam, me vnà eũ illo tumulo mandate: quia iniucundè viuã sine illo. Sed quid sine filio vitã producã? Illi Dominum in sepulchro condebant, Virgo autem, qua poterat vi, illum ad se rapere nitebatur. MARIA, quantum viribus conniti poterat, filium suum retinere studebat: illi autem sepulturæ mandare volebant. Quare acerba lis & miserabilis inter ipsos contẽtio erat. Sed reuera cuncti, qui aderant, tantopere Virginis dolore commouebantur, in eos ita Virginis incursabat solicitudo, in eundem vt fletum vocarentur; vt se morigeros & obsequentes ei præbuerint, qui adeò acerbè flebant, & Virginis gemitum profundissimumque dolorem dolentes, vt vox defecerit illos. Videbant magnam Matrẽ omni solatio destitutam, atque illam iam ob eam rem plusquam extinctum filium lugebant. Magis Matris dolorem quàm Domini sui mor-

mortem dolebant. Omnes quidem amarissimè flebant & lugebant, quando CHRISTVM IESVM vitæ autorem sepeliebant. At verò illud miseriarum omnium miserrimum, vbi ex eius complexu & aspectu ille euulsus atque ereptus est. Cæterùm IESV sepulto, Mater sepulchrum amplexa, animo deficiēs, lingua debilitata, motu quo poterat, filium alloquebatur, cuius gemens & æstuans desiderio illum vocabat. O inuiolata Dei genitrix, rectè quidem dicere potes, anima mea liquefacta est, vt primùm dilectus meus hęc locutus est verba; *Mulier ecce filius tuus*: nunc verò dicere potes, quæsiui eum, & non inueni; vocaui eum, neque tamen mihi respondit de sepulchro, vbi sedens capite super illud reclinato manus tendebat, & foris sepulchrum osculans, multis lachrymis & fletu cum acerbissimo gemitu & singultu filium prosequebatur. Ecce autem Ioannes, qui filius ei suffectus erat à Domino, accessit lachrymans, & sacram erexit Virginem. Cuius ærumnę, ægritudines, dolores, & gemitus acerbissimi nulli solatio locū relinquebant. Tam acerbis erat inuiolata DEI Mater intus saucia plagis, tantis cumulata ærumnis, tam atroci fracta dolore, vt se pedibus continere non posset. Quæ piarum mulierum comitatu septa, reuersa est, vt potuit Hierosolymam vrbem. Illæ igitur piæ mulieres luctu mœroreque Virginis commotæ acerbissimum

in

in fletum adducebantur. Infestæ namque ægritudines, quarū fluctibus immaculata Mater alluebatur, omnibus, qui illam sic dolore consternatam, sic obrutam lachrymis, sic exanimatā atq; prosciſſam ægritudine videbant, lachrymas excutiebāt, fletum excitabant, misericordiam commouebant. Erat MARIÆ vti pungentibus venenoque infectis telis trāsuerberatum pectus. Quare plures, naufragam illam tamque sæui æquoris vndis iactatā aspicientes, misericordiā intrinsecus excipiebāt, extrinsecus autē doloré suum significabant. Omnes quidem ad puræ Virginis grauē æruumnam dolendam incitabantur. Quacunq; ea ibat, omnia luctu & gemitu redundabant. Cuncti, quibus diuina Virgo in via occurrebat, illius misericordia commoti flebant. Deducta igitur est inuiolata DEI mater flens atque gemens ad Ioannis Apostoli ades cū comitatu luctuoso & lugubri. Ibi sedit, ibi manſit mater Dei sacratissima. Ibi secum beatus Ioannes eam retinuit, & maiori quàm matrē suam benevolētia & pietate complexus fuit. Qui tametsi Virgini à Christo suffectus erat filius: seruum tamen se iudicabat, atque ita ei omnibus in rebus quàm diligentissimè inseruiebat. O nimis ante alios felix sancte Ioānes, cui Dominus tantum tamque preciosum thesaurum commendare dignatus est! O Ioānes Christo Domino præter cæteros dilecte, cui Virgini virginalem aulam quàm diligentissimè

tissimè cõmendauit, & rectissimè cõmisit. Cumulatissimè tibi gratiá referet Dominus pro tuo perpetuo in se amore & curatione, quam semper afflictæ & mærenti matri suæ ac tuæ, dum filio vixit orbata, omnibus in rebus te morigerum illi præbuisti. Fausti sint & felices omnes, qui amant matrem Dei, & super omnia sit benedictus fructus ventris eius IESVS. *d* Cæterùm te, ô Regina Angelorum, tot ærumnis conclusam, tot angustiis vndiq; circumuallatá fregisset, ac interemisset dolor: non potuisses, filio interempto, longiùs vitam producere, nisi spes proposita fuisset, fore vt citò nimbus ille transiret, vt breui sedatis fluctibus, & tempestate turbida filii mortis cõmutata, ex animo miseriam illam exspueres omniaque ex luctu & lachrymis ad lætitiam reciderent. Nam puri luminis princeps, diuinus tuus sol, cuius candore irrigatur cælum, nouo lumine statim nouum lumen rebus illaturus erat humanis. Quin etiam quicquid fulgoris, moriente vitæ nostræ autore, perierat, vbi ille resurrexisset, prorsus mortis caligine discussa, pristinum in statum reuocandũ esse, certò tibi persuadebas. Diligenter iam meditemur egregiá Virginis virtutem, fortitudinem, & animi magnitudinem, quam ea præstitit, dũ asperæ crucis fuit spectatrix; quæ dum filii mortem mæret, profundissimumq; dolorem exhaurit, illa videns non extincta, non exanimata fuerit. Quænam vniuerso in

d Filii mortis spectatrix.

homi-

hominũ genere mater tam horribili spectaculo, tam cruentæ tragediæ interesse, tã profundo dolori resistere potuisset? Nulla est mater, quã ex ægritudine statim mors nõ fuisset cõsecuta. Quapropter lucido ea fide splẽdore illuminata, firmissimo fidei robore egregiè munita & armata fuit. Ratione animoq; lustrabat Vatũ omniũ oracula, quæ nũquã excidebãt, sed animo penitus ac memoriæ affixa erãt. Voluit Rex sẽpiternus, quo maiores ętũnas Mater sua sustẽtauit, ad solidiorẽ gloriã, cuius erit cursus sẽpiternus, eã peruenire. Igitur spes, quæ proposita erat, fore vt citò filiũ videret à morte ad vitã reuocatũ, & omnia ex luctu & lachrymis ad lętitiã cõuersa, vehemẽter Dei Matrẽ solabatur. Quin etiã ea lanceã illam vidẽs, quã miles Christi látere traiecto cruẽtarat, quãuis graui tũc ictu virgineus animus percussus est, inuictũ animũ gessit, aduersus omnia perstrenuè obdurans, placatè quidem & moderatè omnia ferebat, malorũ omniũ acerrima tela egregiè inuicti animi suĩ robore retũdebat. Præclarè ex propheticis libris sciebat sacrata Virgo, nihil fortuitũ filio accidisse, qui se vltro morti obiectarat: quia ea cõditione carnẽ ex Virgine desumpsit, vt omneis in ea, pro liberãdis omnibus, labores, dolores, cruciatusque, mortẽ deniq; ipsam in patibulo perferret. Hæc quanquam intolerabilia essent, contra omnia parauerat se & præclarè muniuerat MARIA. Namque

san-

sanctissimæ Triadis nutu ac voluntate euenire illa, non ignorabat. Nunquam ergo Virgo animo cecidit, nunquam eius diuina virtus venientibus malis fracta succubuit. Semper enim fortitudini comitibusque eius magnitudini animi, grauitati, patiētiæ, rerū humanarū despiciēciæ plenè cumulateque respōdit. Strenuè certantē filiū aspexit MARIA, & Satan, qui sibi tantā priùs arrogantiā sumpserat, vt minimè ferendus videretur, crucis ligno & sacris pedibus obtritus & conculcatus est: ac in eo duello turpissimè victus atq; profligatus discessit. Exhilarabat hoc quidem Virginē, sed gaudiū ægritudine cōtaminabatur, ea luctus acerbitas miscebatur, id aspergebatur molestiæ, quòd morte filii res solueretur: quē destitutū, cōsperſū sanguine, animā deniq; expirātē videbat. Virgo fortis, inuicta Virgo, bellatrix intrepida, quàm te fortem & constantem præstitisti, quā inuicti animi robur ostendisti? Te non ingruentiū inimicorū minæ, non discrimen vllum, non mortis formido, nō doloris acerbitas, quin semper filio tuo fidelissimo animo præstò esses, deterrere potuerunt. Non contraxisti, nō demisisti vnquam animum. Neq; tanta ægritudine, tā intestino dolore ab officio vnquam abduci potuisti. Namq; animus tuus amplus & excelsus semper patiens fuit incommodorum, semper malorum omnium intenta tela egregiè retudit. Quid verò luctuoso spectaculo

culo matrem subducere? quid ab eius oculis filium, qui illius cor & animus verè erat, poterat abducere? Verùm hoc in speculo mortales nosmet contemplemur: nos hic sæpe inspiciamus. Veræ enim charitatis pietatisq; vberrima exempla nobis à Virgine proponũtur: quæ nunquam Christum deseruit, nec ab eius conspectu quoquam concessit, nec oculos nitentèis dejecit, *a* Tametsi autem intus vigebat, altiusque in pectus, vti veneno malo imbutum, telum descendebat: nunquã vllam indecentem vocem emisit, nullum verbum fecit cum querimonia aut expressit: nec tot aduersis rebus eius mentis aliqua pars potuit adimi. *b* Immo verecunda virginale decorum prorsus obtinuit, sensusque humanos animi robore coërcuit atque compressit. Nihil igitur dixit, fecit, aut indicauit, quod summa cum modestiæ & prudentiæ laude non esset coniunctum. Nitentibus ex oculis modestè lachrymas effundebat: nec tamen vnquã de virginali verecũdia demigrauit aut deiecta est. *c* Enimuero doloribus, angoribus, & matris Dei animo cõceptis curis quorũcũq; martyrum, qui fuerint & futuri sint, cruciatus longè quidẽ & multũ per omnẽ modũ cesserunt, eaq; semper diuina animi sui altitudine se cunctis miseriarum fluctibus ac turbulentissimis tẽpestatibus tanquam firmissimum murum opposuit. Vt enim filius, dum omnium miseriarum spectaculum in cruce præbet,

a Mariæ animus infractus.

b Canisius. 507 Virginale decorum semper retinuit

Dei matrimartyriũ.

præbet, omnibus planè præfertur martyribus: ita mater, dum eo tempore in filium inspicit, & se diro spectaculo obiectat, digna est, quæ martyrii laurea amplissimè ornetur, & protomartyris titulo illustrata celebrem triumphũ glorioſissimè agat. Quo acerbiùs afflictata est, & maioribus ærũnis & curis cruciata, eo est etiam ampliora cælestis gloriæ præmia consequuta. An vlla vsquam gentium mulier fuit aut erit æquè afflicta? Luctuosa certè mæstaq; Dei Mater vidit omnia. In tantum dolorem detrusa fuit, in quantum nulla post homines natos mulier. c Sed vos huius sæculi matronæ & mulieres, huiusmodi ne spectacula vobis ante oculos proponitis? Liceat mihi paullum, vt quæ deploranda sunt, pauciſſimis dicam, ab instituto digredi. Defixam cõstitutamque in Caluario crucem ad filii exitium MARIA spectauit, viditque eius sanguine consperſum montem. An Dei & omnium mortalium matris acerbum luctum fletumque mærentem in memoriam reuocatis? insidet ne ille in animis vestris? Hanc si curam & cogitationem susciperetis, haud dubiè diuino amore flagraretis, tota mente & animo impietatis & religionis cultum incumberetis, Dei mandatis atque præceptis obtemperaretis, diuinæ iustitiæ seueritatem timeretis; motus à ratione dissidentes comprimeretis, turpium cogitationum nubila dissiparetis, ardentes impudici amoris faces, quas in vobis sensus vestros ef-

c Cabot ratio & tilia.

frenatè inuadens Satan vehementiùs excitat, quibus animi corporaque vestra exuruntur, testinguerentur. Ac veluti magno vento aridis rebus ignis illatus, eo sic differtur, vno vt tempore flammam concipiant omnia: ita cupiditatum Austris ardores vestri circumflati totas vos planè exurunt. Neque verò densa caligine offusæ videtis, quas vobis circumplicatæ serpentibus furiæ admoueant faces. Precamini, quæso, Deum, has vt flammas gratia sua restinguat, tenebras ex vestris mentibus cælesti luce discutiat, easq; igne sui amoris inflammatas illustret. Eheu ne fœda illa spectacula, ne ludi, quos debacchans Satan solet vobis proponere, oculos vestros teneat; nec patiamini, illius vos laqueis irretiri, cuius durissima seruitute oppressas Christus Dominus sanguine suo in pacem & libertatem vindicauit. Vosmet igitur ne ad perferendum iugum natæ esse videamini. Eripite, aspirante gratia diuina, quæso. Procul amandentur arceanturque ea spectacula, quæ mentes cæcant, incautasque decipiunt. In vigilia & custodia manete sensuum vestrorum præcipuè oculorũ, vnde morti patet aditus in animos. Sacratæ Virginis exemplum vestros animos pietatis & veræ religionis colendæ studio vehementer inflammare debet. Teneant vos atque rapiant ad se eius excellentes virtutum imagines, quæ in excelso & illustri loco sitæ, plenoque totius orbis terrarum theatro positæ

positæ sunt: in eas vos inspicite, illas, quoad potestis, adiuuante Deo exprimite. Ne, obsecro, in apertam perniciem incurratis. Deponite errores, in quibus versamini. Vestræ illæ effrenatæ cupiditates restinguantur, & turbulenti motus comprimantur atque coërceantur ratione. Cum casto, sancto, & pudico amore fœdus inite. Per sanctissimam Angelorum Regnam, vnicum castitatis specimen, vehementer hortor. Ad pietatem colendam, vestramq; salutem defendendam, piarum matronarum & mulierum (quarum religione & sanctis moribus nostra Hispania collucet & illustratur) exemplis præstantissimis, quibus quotidie ferè vestræ personant aures, doctissimorum hominum vocibus, patenti vt via ad cælum omnes pergamus, cohortantibus, excitamini. Æquissimum quidem est, & dignissimum, facileis vos diuini verbi præconibus aureis præbere. Quorum quidem mandata non recipere, quorum non excipere verba Dei nomine allata, & perennibus litterarum notis corde non insculpere, piaculum est. Quis, nisi stultus sit & amens, saluberrimis medici præceptis non pareat? quis medicinam respuat atque aspernetur? Ne pateant aures vestræ, quæso, obscœnis sermonibus. a Execrandum illum ac detestabilem chorearum morem, qui Satana impulsore incessit inualuitque, extinguite: prophana spectacula procul à vobis amandate. Hoc erit

a Chorearũ detestabilis usus.

fortasse, quàm necesse erat, ab instituto digressa est oratio mea. Nunc redeo ad inceptũ. Maxima ergo lachrymarum vi profusa, & ob filii mortem omnibus cumulata ærumnis MARIA tandem vnà cum Magdalena pĩsque aliis mulieribꝰ discessit à sepulchro in domũ Ioannis diuinitus sustentata. *a* Mansit semper Angelorum Regina à filii Iesu morte & habitauit apud Ioannem. Ibi dies noctesque erat in luctu & mærore: cui neque sorores suę, neque Ioannes, quamuis sibi eum veluti optimum filium adesse intelligeret, poterant lenire dolorem. Ibi studiosius tunc ad ea, quæ in filio acciderunt, animum adiecit. Secum corde volutabat grauem filii solicitudinem, dolores, cruciatus, ignominiam. In memoriã reuocabat nunc sputa, quibus facies illa decora, vultus ille cælo gratissimus fædatus est; nunc contumelias atque conuicia, quibus aures diuinæ oneratæ sunt, nunc pugnos & alapas in sacrum vultum illatas, nunc flagella, quibus acerrimè cæsus est: nunc ponderosam crucem, onus villico adiutante, in procliuem & ardui ascensus collem, summo labore à Iesu perlatam cogitabat amantissimum filium crucis pondere grauatum lasso collo caput demittentem ex magno labore anhelitum ducentem, sudore à toto illius corpore defluentem. Agitabat animo manus & pedes ferreis clauis summa vi transfixos, lanceam, qua sacratum filii Iesu pectus à milite apertũ

a Mansit semper Angelorum Regina à filii Iesu morte & habitauit apud Ioannem.

est; ac inde statim sanguis cum aqua mistus alte emicuit. Considerabat spineam coronam, cruentam ac pungentem lauream, qua cæli Rex ornatus ac redimitus est, & spongiam felle supernè infusam ori Christi, vt felle mistum vinum biberet, à milite inhumano circumpositam; ac tandem illius crudelissimam mortem quidem crucis, quæ ad extremum supplicium & ignominiam conscleratis hominibus defigi solebat. Hæc cogitans MARIA, & memoria repetens, vberem lachrymarum riuum profundebat. Filii casum meditans, maxima curarum vi conuellebatur, totaque lachrymis exstillans dicebat; Fili mi IESV, IESV, fili mi clemens & pie, DEVS vere, conditor omnium rerum, qui homo factus extremam ignominiam subiisti, tu modò, quem cæli & terra capere non possunt, sepulchri angustiis contineris. Iacet filius meus defunctus: lapide superpositò abdita est vita mea. Hæc & his similia, credibile quidem est, sacratam Virginem in corde suo contulisse. Concedat nobis diuina filii MARIÆ Virginis maiestas morte sua, & tantis ærumnis, in quas nostra ob peccata proiectus est, & Matris acerbissimis doloribus ac miseriis, maximè doleamus; vt filii ægritudinis interituque participes, maternique luctus socii, gratiæ etiam diuinæ in hac mortali vita, gloriæ deindè in cælesti patria, fructus consequamur amplissimos; præstante eodem Virginis filio IESV

CHRISTO Domino nostro: qui cum Patre & Spiritu sancto vnus est honor & gloria in omni æternitate. Amen.

De amplissimis fructibus, quos ex Christi Iesu Domini nostri cruce & passione consecuti sumus.

CAPVT XXIIII.

BEnedictus, qui venit in nomine Domini in hanc laborum atque miseriarū vallem, est Christus Iesus æterni Patris æternus filius, quem *a* Pater ab omni æternitate, semetipsum mente reflectens, instar sui concepit & genuit. *f* Vnde fit, vt illi sit coæternus, coæqualis, & consubstantialis. Quia neque Pater prior filio est, nec maiestate, æternitate, sapientia, potestate, & bonitate pater filium quidquam excedit: quia eadem est Patris & filii substantia, par & æqualis maiestas, potestas, sapientia, ac bonitas. Id quod fides Catholica, cui constantissimè assentimur, primùm omnium à CHRISTO IESV cælesti magistro, & Apostolis suis, eorumque perpetua temporum serie successoribus tradita, credendum proponit. Quare Dominus ipse, *f* *Ego*, inquit, *& Pater vnum sumus.* Vnum retulit ad vnitatem essentiæ, sumus verò ad personas; quæ proprietatum diuersitate distinctæ, vna sunt substantia, vna essentia cum Spiritu sancto, *b* quia amoris vi à Patre filioque procedit.

b Mar. 8

a Ioan. 1. *f* Athan. in symbolo.

f Ioan. 10

f Ioan. 10

b Symb. Nicen.

interrogatus, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? respondit, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obúbrabit tibi. Quod perinde est, ac si diceret, quæris ex me, sanctissima Virgo, modum, rationem, ordinem, quo hæc fiet generatio: lōgè quidem mentis & intelligentiæ meæ facultatem superat. Hoc vnum scio, mysterium tantum Spiritus sancti opera, salua tua virginali pudicicia, factum iri. Voluit igitur æterni Dei filius, vt Patris sui gloriam illustraret, & humanam salutem constitueret, humanam ex Virgine assumere naturam, vt nos ad beatam immortalemque perduceret vitā. Quāuis autem poterat Deus aliquem ex beatis spiritibus mittere, per quem (vt scholastici doctores sentiunt) humanam constitueret salutem: tamen ipse sui in nos amoris abundantia, huius operis non auctor solùm, sed & effector existere voluit: quo nos magis ad se amandum alliceret, quo ardentiores nostri in se amoris faces incenderet. Cùm autem illud, sua adductus bonitate, facere decreuisset, poterat certè Angelicam naturam, purā quidem & ab omni mortali cōcretione liberam, longè dignitate, condicione, & ornamentis omnibus ad gloriam humana natura præstātiorem sibi copulare. Quod certè præ humani generis amore non fecit. Vnde est apud Apostolum: d *Nusquam Angelos comprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* Huius certè d Heb. 2.

Dei in nos benignitatis immensæ fortissimus
Iud. 14 & 15. b. illeª* Sampson mirificum typum gessit. Qui
*Sapson. cùm in tanta feminarum multitudine honestissimè vxorem in patria & commodè ducere posset: tamen patriis mulieribus relictis, peregrinam feminam, ardentissimo illius a-
*Dalila. more captus, * Dalidam nomine, ex Gétium, quæ inani superstitione obligatæ erant, stirpe profectã habuit in matrimonio. Deus etiam Opt. Max. qui ipsa fortitudo est & sapientia, cùm in cælis posset naturàm sibi longè aptiorem, vt qui spiritus est, & digniorem Angelicam assumere: illa tamen omissa; vt, quanta nostri charitate teneretur, demonstraret, nostræ factus est naturæ particeps. Quam, cùm antè tam humili & demisso loco esset, vt inferius descendere non posset, qui arctissimo coniunctionis vinculo illam diuinitati suæ conseruit, extulit, & in altissimo dignitatis gradu collocauit. Quod certè opus immensam Dei humanitatem ac benignitatem facil declarat. Nam si quisquam Rex aut Imperator, dimissis curiæ & familiæ suæ principibus & optimatibus, humilem aliquem agricultorem adhiberet, & humanissimè illum tractaret, omnes certè principes tam humanum & benignum Regem certatim laudarent, & humanissimi titulo decorarent. Quæ certè laus, quæ gloria multo quidem magis ad ipsum præponentem Deum rerum omnium autorem, Regem regum, & Dominum

domi-

dominantium pertinet. *b* Qui cùm cælum & terram maiestatis suæ gloria compleat, & ministros habeat cælestis gloriæ principes, hoc est, beatissimos illos spiritus, quorum est præstantissima natura; illis tamen omissis, humanam sibi despondit naturam, longè quidem Angelicæ inferiorem. Quam Dei benignitatem suspicientes cælestes Principes illam non cessant quàm amplissimis laudibus celebrare. Iam quòd Deus id faceret, nulla nostra extabant merita. immo multis illam infinitam maiestatem, quam omnes creatę res colunt & obseruant, peccatis (quorum immanitate perpetuò à nobis auersam esse oportebat) offendimus. Sua igitur tantùm adductus bonitate, hoc singulari genus humanum affecit beneficio. Id quod Apostolus testatur his verbis: b *Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm misericordiam suam saluos nos fecit.* Itaque quod tantas, tam immensas suæ in nos misericordiæ opes & diuitias communicauerit, haud meritis (quæ nulla extabant) nostris, sed diuina factum est benignitate. *c* Cuius est proprium bene semper mereri. Vnde de Spiritu sancto conceptus esse dicitur, non quòd tres simul sanctissimæ Triadis personæ huius mysterii autores non extiterint: nam vt illa fidei certissima regula præscriptum est, quidquid ab illis extra illas proficiscitur, tribus simul personis esse

b Dei benignitas maximè cõmendatur in eo, quod nostra non impedierint peccata, quo minus hoc fieret

b Tit. 3.

c Deus prior misereri.

esse commune, sed quia immensam bonitatem suam, quæ Spiritui sancto tribuitur, Deus hoc incarnationis in opere declarauit.

a Magna omnium dignitas.

Rationi *a* quidem est maximè consentaneū, etiam atque etiam considerare, in quàm excelso & illustri dignitatis loco humanam Deus collocauerit naturam, cùm illam diuinæ naturæ suæ vniuit, ne quidquam humile cogitemus, sed ampla potiùs plena honoris & dignitatis spectemus. Voluit igitur infinita Dei virtus non in maiestatis suæ gloria & amplitudine, sed in nostra humilitate cum illa venenata serpente, à qua genus humanum mortiferum venenum hauserat, confligere, & formam serui illius oculis obiicere, quo illustriorem ex illa victoriam cum nostra salute coniunctam deportaret.

b Christus se demisit. 1. Cor. 1

b Nam *Deus infirma mundi elegit, vt fortia quæq; confunderet.* Quo autem Christus Deus noster magis se demisit, eo clarior fuit atque illustrior sua gloria. Qui quoniam præter cæteros omneis se abiecit, præ omnibus gloria & honore à Patre ornari meruit. Sic enim est apud Apostolum:

a Philip. 2

a *Christus humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propterea exaltauit illum Deus, & amplificauit illius nomen super omne nomen.* Discant iam principes & optimates tali proposito exemplo, humiliter atque benignè cum his, quibus præsunt, agere, tenuiores non despicere, sed illos potiùs afflictos & miseros respicere atque subleui-

re; cùm par sit vtriusque & æqualis naturæ conditio. Minuant sui opinionem, atque intelligant, illa, quibus florent, ornamenta, diuinitus eis tradita, non vt insolescant, & tenuiores opprimant, sed vt pluribus & amplioribus beneficiis à Deo affecti diligentiùs pietatem colant, & illis, quibus præpositi sunt, consulant. Quæ certè laus illos Deo maximè commendabit, eiusque similes efficiet. Nec verò quidquam est, quo quis propiùs ad DEVM accedat, quàm charitate, humilitate, & clementia. c ESTOTE, inquit Dominus, *misericordes, sicut Pater vester cælestis misericors est.* Adeò igitur cæli & terræ Dominus se demisit, vt admiratione suspensos teneat animos, vt à se disceremus cordis mansuetudinem, modestiam, & submissionem, vt per hanc viam ad cælestem patriam expedito cursu contenderemus. a Perinde vt à superbia omne peccatum originem traxit, sic ab humilitate omnis est profecta virtus. Qua constituta, omnis virtus Deo grata contingit. Quoniam autem humani generis perennis hostis superbiæ, vnde omneis animi morbi manant, autor est, & mortifero arrogantiæ morbo humanum genus affecit, vt in sempiternam secum calamitatem traheret, constituit DEVS huic pestifero morbo salutari remedio, nempe humilitate medicinam facere. Huius virtutis vmbras multi ex veteribus Philosophis consectati sunt: veram tamen

c *Luc. 6.*

a *Superbia initiũ omnis peccati. Humilitas cæteris omnibus est virtutis fundamẽtum. Hæc in vita & morte Christi maximè elucet.*

hominis naturam pertinent, humilitatis vestigia impressa reperies. Quid commemorem illam crucis acerbitatē & ignominiam? Quid referam illa crudelissima verbera, quibus totum Christi sanctissimum corpus lacerum & cruentum fuit? Quid sputa, quibus illa facies, quæ cœlestium oculos specie sua commouet, & ad se rapit, illita est? Quid pugnos & alapas, quibus cæsus est indignissimè vultus ille cælo gratissimus? Quid coronam illam spineam, cruentam & pungentem lauream, qua cæli Rex ornatus ac redimitus est? Quid conuitia illa impiorum Iudæorum, quibus diuinæ aures, Angelorum laudibus personare solitæ, sunt oneratæ? Quid irrisiones, quas ab illis, qui se in crucem egerunt, sustinuit? Quid denique amarissimum fellis, quem primoribus labris gustauit, potum? Ortus igitur, vita, & mors, atque omnia, quæ viuens morienſque egit, sunt singularis humilitatis expressa vestigia; omnia humilitatem redolent. Vt interim omittam multa eius, quæ radiauerint, diuinitatis opera. Nec verò quisquā antea fuit, nec futurus est, tanta demissione. Christus enim Dominus se infra omneis homines, nos vt humiles essemus, demisit. Quod certè facilè declarant & sua gesta, quæ sanctissimorū virorū monumentis ad sempiternā nominis sui memoriam fuerunt consignata, & illa verba, quæ Vates sanctissimus Christi Domini personæ seruiens pronunciat: b *Ego autē sum*

b Psal. 21.

vermis,

Vermis, & non homo; opprobrium hominũ, & abiectio plebis. Id igitur Christus Iesus spectauit, cũ in obscura patria & ad multitudinis opinionẽ obscuris natalib⁹ nasci voluit. Præterea quo tẽpore in lucẽ editus est, in præsepe, propter loci angustias, abjici voluit, vt nos ad humilitatẽ excoleret. Id sequutus est summus ille cæli moderator, qui naturã vniuersam infinita virtute coërcet & continet, cùm in illa tenuitate delituit, cũ in ipso ortu sanctissimæ matris inopia, perditi tyranni sanguinẽ petẽtis immanitate, postremò fuga & exilio vexari voluit, vt ambitionẽ, quæ omnia scelera fũdit, fugeremus, atq; humiliter ac demisse de nobis sentiremus. *a* Quoniã autẽ Christũ Dominũ tam humilẽ tamq; inopẽ viderũt, ob eã causam illũ impii Iudæi non receperunt, sed potiùs a *gratis illũ odio habuerunt.* Lucẽ illam, quæ Iudæorum oculis obuersata est, tenebras dissipãtẽ ferre nõ potuerũt, & illã, aspectu tamẽ iucũdissimã præ tenebris, in quib⁹ miseri iacebãt, cõtẽpserunt. Vnde factũ est, vt cœlesti luce, quæ se illis vltro obtulit, indignissimi fuerint, & in obscuritate latuerint. Omneis tamẽ, quibus tãtæ humilitatis lux in amorib⁹ fuit & admiratione, ad immortalitatis spẽ excitauit, *b* & filiorũ Dei, quæ ornamẽtis omnibus ad gloriã antecellit, dignitate ornauit: superbos verò & arrogantes luce sua spoliauit, & sempiternã ærumnã & exitiũ illis denũciauit. Quod quidẽ sanctissima mater sua his verbis

a Cur Iudæi Christũ nõ receperint? *Psal. 68*

b Num. 1.

bis testificata est illo celebri cantico, dicens: c *Dispersit superbos mente cordis sui, deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Oportebat Christū Dūm humilitatē doctrina & actione exprimere, vt quę fastus & arrogātia vulnera animis nostris inflixerat, demissione sanaret. Cū autē in ortu suo, in vita, in omnibus dictis ac factis suis humilitatis lumen maximè eluxerit, tum in morte, in qua extremā subiit ignominiā. d Ex qua tamē amplissimi diuinæ gloriæ fructus cū nostra salute coniuncti redundarunt. Nā Christus Iesus in crucē sublatus antiqui hostis tyrannidē extinxit, superbiam compressit, & nostram salutē cōstituit, atq; crucē, quæ antea opprobrio & dedecori erat, amplissimis ac diuinis gloriæ ornamentis decorauit. Quam crucem omnes colunt & venerantur, vt insignem & illustrem. Nam cùm illam intuemur, clarissimum victoriæ monimentum, amplissimum laudis ornamētum, cælestem atque diuinum splendorem, firmissima salutis & dignitatis humanæ præsidia conspicimus. Quod igitur erit tam diuinum ingenium quod possit cogitando consequi crucis Christi gloriæ amplitudinem? Quid est tam pulchrum, specie, tam salutiferum fructu, tam magnificum gloria, quod sit cum decore Christi Regis in crucem pro salute omnium sublati aliqua ex parte conferendum? Nec verò solùm immensæ bonitatis opes in cruce explicauit, sed etiam vim di-

c *Luc. 2.*

d *Crucis gloria.*

uinam nobis conſpiciendam exhibuit. Nam, vt antè dixi, immaniſſimi hoſtis, qui hominem miſertima ſeruitute oppreſſum tenebat, elationem contriuit, humanum ſcelus ſacris ſanctiſſimis expiauit, inueteratam maculam ſanguine ſuo deleuit: atque tandem effecit, vt in cruce ipſa, quæ ad extremum ſupplicium & ignominiam defigi ſolebat, ſint modò clariſſima trophæa ad ſempiternam cæleſtis numinis gloriam conſtituta. Atque vt nos ad ſe alliceret ac raperet, hanc extremam crucis ignominiam ſubiuit, vt ipſe Dominus ſacro ore ſuo declarauit. *e Ego*, inquit, *ſi exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad me ipſum.* Etenim quia ſe pro generis humani ſalute ſalutarem hoſtiam deuouit atque conſtituit, omnes, qui gratiſsimis animis tantum beneficium agnouerunt, Chriſto ſingulari ſtudio & amore ſunt copulati. Nam etſi, vt hominis formam impleret, inopia, ſiti, fame, frigore, & cæteris, quibus mortalis condicio expoſita eſt, malis & miſeriis, præ cæteris vexari voluit: *a* tamen ſigna illa admiranda, quæ faciebat, humanam longè facultatem vel potiùs infinito interuallo ſuperantia, illius diuinum numen ac cæleſtem vim haud dubiè declarabant. Nam quid ego referam innumerabilem hominum multitudinẽ, illius audiendi & videndi gratia vndique confluẽtẽ? Quid perſequar illius laudes ampliſsimas, quas cæleſtis Chriſti virtus atq; benignitas excita-

ioã. 12.

a Mirabilia Chriſti eius diuinitatem teſtatur.

excitabat? maximè cùm cernerent omnes, illum diuina potentia munitum morbos insanabiles curantem, mortuos in vitam reuocantem, Dæmones ex corporibus hominum expellentẽ, atq; funditus euertentem. Quanuis igitur fuerit illius virtus perditis hominibus inuisa: omnes tamen, quantauis immanitate sceleris efferati, præclarè de illo atque magnificè sentiebant. Dæmones etiam infestissimi diuinæ virtutis atque sanctitatis testimonium inuiti atque recusantes illi dare cogebantur. Quo magis autem conscelerati homines Christi Regis gloriam deformare atq; obscurare nitebantur, eo ampliorem illam atque illustriorem reddebant. Habet enim hoc virt⁹, vt exercita magis eluceſcat. Quare quo perditorum iniuriæ maiores erant, quo acriora in Christum inuidię tela contorquebant, eo illius gloriæ amplitudinem magis illustrabãt; vt videre est in cruce ad extremum supplicium & ignominiam à conscleratis hominibus illi cõstituta. In qua Dæmone, cuius superbo dominatu homo tenebatur, expulso & funditus euerso; morte, quæ genus humanum peruaserat, deuicta; c chirographo, quod tristem damnationis nostrę literam continebat, deleto & cruci affixo; eius virtutis atq; potẽtiæ splendor extã præclara victoria, ex tam illustri triumpho, magis enituit. Nam crucis sanctę, qua nostra salus continetur, morte factum est, vt b CHRISTVM

c Col. 2.

b Phil. 2

Dominum cælestis Pater in omnium rerum summa atque dominatu collocauerit, atque omnia illius imperio subiugarit. Cuius nomen adeò amplificauit, vt supra omne nomẽ & gloriam collocauerit: vt omnes tandem cælestes, terrestres, atque inferorum potestates vim illius & maiestatem sentiant; atque vniuersas res, quæ cæli terræque ambitu cõtinentur, Iesum imperio suo coërcere fateantur. d *Data est*, inquit Dominus, *mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Vnde perspicitur, quantum in illa cruce fuerit gloriæ, immortalitatis instrumentum. a Etenim per crucem Christus Iesus id nomen adeptus est, quod cælites admirentur, Gentes omnes venerentur, sedes inferæ pertimescant. Nam sancta crux Christi membris decorata, eius sanguine ornata, omnium fuit malorum expultrix, omnium bonorum & gratiarum causa, fons, & origo. Per quam credentes veritatis lucem aspiciunt, ex infirmis fortes & inuicti fiunt, à stultitia ad sapientiam, à morte ad vitam reuocantur. Cõsentaneum fuit, Seruatorem nostrũ mortem crucis potissimùm subire, vt scilicet vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret; & qui in ligno vincebat, in ligno quoq; vinceretur. Serpens enim, qui primos humani generis parentes in ligno vicerat, victus est à Christo in ligno crucis. Sed in hoc, vt docet Apostolus, summam Dei prouidentiam licet admirari.

d *Mat. 28. & Ioan. 17. a.*

a *Crucis gloria.*

mirari. b *Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo, per stultitiam prædicationis saluos facere credentes:* quos per crucem in suam potestatem & sapientiam redegit. O admirabilis potentia crucis, in qua & tribunal est crucifixi ad iudicium mundi, & potestas ad omnium mortem superandam, & Diabolum, qui mortem in humanum genus inuexit, vincendum, & funditus euertendum, ad peccatum delendum, ad amissam hominis salutem & dignitatem recuperandam. c In qua exaltatus Dominus omnia traxit ad se ipsum. Traxisti Domine omnia ad te, quia vniuersę Gentes & nationes vltimæ, nefasta superstitione obligatæ, tui, qui æternus Deus, verus, & viuus es, cognitionem hauserunt, & immensæ maiestatis tuæ prædicandæ atque confitendæ sensum acceperunt. Traxisti Domine omnia ad te, quia cæli splendidissima lumina, tua, quam in sancta cruce obiisti, morte lugentia sunt obscurata, terra insolitis motibus quassa, ac tandem vniuersa creatura cõditoris sui morte mærens atque dolens impiorum se vsui denegauit. Traxisti Domine ad te omnia, quia velo templi scisso Sancta sanctorum ab indignis sacerdotibus recesserunt, & omnia vetera sacra, in quibus erant adumbrata signa iustitiæ atque salutis, per te, sancte Christe, constituendæ, in desuetudinem abierunt, iureque sunt repudiata. Quia figura in veritatem,

b 1. Cor. 1.

c Ioan. 12.

tem, prophetia in manifestationem, lex in Euangelium versa est. Nam quod in vno Iudææ templo obumbratis signis, tanquam involucris, tegebatur, pleno apertoque sacramento omnium Gentium colit pietas & religio. Nunc enim & ordo clarior Leuitarum, & dignitas amplior seniorum, & sacratior est vnctio sacerdotum. Quare omnium veteris legis sacrificiorũ cessante varietate, omneis differentias hostiarum vna corporis & sanguinis tui implet oblatio: quoniam tu es verus agnus Dei, qui tollis peccata mundi, & ita vniuersa in te perficis mysteria: vt sicut vnũ est pro omni victima sacrificium, vt qui te hostiam salutarem Deo Patri in ara crucis deuouisti, ita omneis Gẽtes ad vnum regnum tuũ pertineant, in solam tuam regiam potestatẽ redactæ. Tu enim regnas in nobis Christe sancte, per diuinas à te mentibus nostris infusas virtutes, videlicet per fidem, spem, & charitatem. Quibus diuinis animi ornamentis exculti, tibi peculiari quadam ratione subiecti sumus, & ad tuum vnius cultum & veneration em consecramur: vt quemadmodũ dixit Apostolus: d *Viuo autem iam non ego, vivit vero in me Christus*, ita nobis dicere liceat, regno ego, iam non ego, regnat verò in me Christus. a Arctissima vtriusque naturę, diuinæ & humanæ, coniunctionẽ in vna Christi persona non significauit solùm, verùm etiam declarauit crux sanctissima, cuius acerbitatẽ &

d *Gal. 2.*

a *Crux vtriusque naturæ diuinæ & humanæ arctissimã in Christo vnionẽ significat.*

& ignominiã pertulit Saluator noſter, & Patris ſui gloriæ illuſtrãdæ cauſa, & noſtræ ſalutis cõſtituẽdę gratia. Crux ex duobus lignis, quorum alterum directum eſt, alterum verò trãſuerſum, cõpacta eſt. Quæ lignorũ cõpages arctiſſimã, vt dictũ eſt, vtriuſq; in Chriſto naturæ diuinæ & humanę cõiũctionẽ ſignificat, & Chriſtũ Dominũ, quẽ crux ſancta in ſuo cõplexu habuit, ex duabus atq; in duab⁹ naturis exiſtere demonſtrat. Vel ipſe homo, qui per crucẽ redẽptus eſt, formã præ ſe fert crucis. Vnde in ligno, ꝙ tãtũ myſteriũ præſignabat, æquũ fuit, mori Saluatorẽ noſtrũ. Gratias tibi agim⁹ Domine Ieſu Chriſte, quãtas maximas animi noſtri capere poſſũt, quòd noſtras mẽtes diuinæ lucis tuę ſplẽdore colluſtraris, ad cognoſcẽdã gloriã crucis, cęloterraq; radiãtẽ; quã pura & caſta mente veneramur, vt ſacris mẽbris tuis decoratã, & noſtrę ſalutis veriſimũ inſtrumẽtũ. Oram⁹ te Domine, per hanc mirã & ineffabilẽ charitatẽ, cuius lumẽ maximè elucet in cruce, vt regnũ tuũ, quod eſt Eccleſia, propagetur, & ſe ad fidẽ Catholicã atq; ad accipiẽdã veri Dei cognitionẽ cõuertãt gẽtes inani ſuperſtitione imbutę, & Iudęi necnõ ſchiſmatici ac hęretici redeãt ad ſanitatẽ, & ad Eccleſiæ Dei cõmunionẽ, à qua deſciuerũt, reuertãtur: *b*vt eõpleatur & ad exitũ perducatur, quod Iſaiæ ore dixiſti Domine: *Dilata locũ tẽtorii tui, & pelles tabernaculorũ tuorũ extẽde, lõgos fac funiculos tuos, & clauos tuos cõſolida;* *b* Iſa. 54

ad dexteram enim & ad lævam penetrabis: quia
c Isa. 60 *dominabitur tui, qui fecit te.* c Et idem alibi: *Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui: leva in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti, qui congregati sunt, venerunt tibi: filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent.* Petimus etiam, vt & ad eos veniat re-
a Ti. r. gnum tuum, *a* qui verbis confitentes, factis negantes deformatam fidem præ se ferunt, in quibus propter peccatum Dæmõ inhabitat, vt discussis tenebris, gratiæ tuæ, quam per crucem nobis donasti, radiis illustrati, in pristinam filiorum Dei dignitatem restituantur: vt omni hostium principatu expulso ac funditus euerso, omnibusque è regno tuo sublatis hæreticis, schismaticis, eiectisque offensionibus ac scelerum causis, aream purges Ecclesiæ, quæ te piè religioseque venerata, in te cõquiescat, & summa pace perfruatur. Quod fiet, si tu solus in ea regnes & viuas absorpta morte
g 1. Cor. 15. *g* in victoria tua, quam ex illa & diabolo in cruce pendens & moriens clarissimam deportasti, & summa tua virtute ac potestate, omnia supera, media, & infera imperio tuo subiecisti. Id quod per sanctam crucem tuam, & preces, atque sanctissimæ matris tuæ perpetuæ virginis MARIÆ merita, supplices à te petimus: vt sicut de eius virginali thalamo natus nobis apparuisti: ita per illam sacratissimæ humanitatis tuæ fructus capiamus, gratiam nẽpe in hac mortali vita,

&

& gloriam deinde in cælesti patria sempiternam. Qua fruētes cum sanctis Angelis perpetuis te laudibus celebremus vnà cum Patre & Spiritu sancto viuentem, & in secula seculorum regnantem Deum.

De eximia Dei in nos amoris vi & magnitudine, qua in Eucharistia sacramento elucet.

CAPVT XXV.

EXimia Dei in nos amoris vis & magnitudo apparet inde, quòd non solùm latis illi fuit, nostram naturam assumere, atq; e in ea pati & mori pro nobis; (ad quam charitatem nihil, ipso teste Domino, addi potest: a *Maiorem*, inquit Christus, *charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis*) b sed ipsam etiam sanctissimā carnem suam nobis comedendam, & sanguinem bibendum, quo in spiritualem vitam aleremur, quàm liberalissimè dedit. Nam etsi acerbissima, quam pro nobis pertulit in suo sacratissimo corpore, crucis mors, & omnia, quæ viuens morienſque fecit, cumulatissimè Deo Patri satis pro nobis fecerunt, nostramque salutem constituerunt: (*nam* a *copiosa apud eum redemptio*) tamen sui in nos amoris magnitudine non satis fuerunt, nisi etiam suā nobis carnem edendam & sanguinem bibēdum cōmunicasset. Quare passioni & morti

a *Sūma Dei in nos amoris vis.*

b *Ioā. 15*

a *Psal. 129.*

proximus, pridie nẽpe quã pateretur, hoc sacratissimum Eucharistiæ sacramentum, quo corporis & sanguinis Christi veritas cõtinetur, sub speciebus p̃anis & vini, vt eius passio & mors sanctissima perpetuò in nostra memoria versaretur, instituit suprema cæna, qua agnũ paschalẽ, qui Christũ verũ agnũ Dei mũdi peccata tollentẽ præmonstrabat, ritè celebrauit cũ discipulis, qui sacra latera sua cingebãt. Id fecit Dominus, quo eius in nos amoris vis & magnitudo notior esset ac illustrior; vt vnũ corpus essemus, & mẽbra ex carne ei⁹ & ex ossibus eius. *b* Vt itaq; nõ tantũ per charitatẽ hoc fiamus, verũ & ipsa re in illã misceamur carnẽ, hoc per escã efficitur, quã largitus est nobis volẽs ostẽdere suũ in nos ardẽtẽ amorem. Propterea se nobis immiscuit, & corpus suũ in nos cõtẽperauit; vt vnumquid efficiamur, tanquam corpus capiti coaptatũ: ardenter enim amãtium hoc est. *c* Atq; vt ab initio Deus multis signis, multis sanctissimorũ vatũ oraculis præmõstrauit, fore, vt nostrę carnis imbecillitatem, ad infinitã peccativim tollendã, assumeret: sic etiã corporis & sanguinis sui nobis cõmunicãdi veteris legis tẽpore, apertissimã significationẽ dederũt. Virga Aarõ & mãna, quę in arca testamẽti recõdita summa apud Hebræos religione colebãtur. *d* Ergo illud mãna, quod in deserto filiis Israel degentibus in tabernaculis suis pluit Deus, palato gustatu suauissimũ erat ac lapidissi-

b Chry. hom. 61. ad populum Antiochenum.

c Sacramenti Eucharistiæ figura in veteri lege.

d Mãna suauitas.

dissimum. Cuius saporē admirati Hebræi, cibum illum è cælo diuinitus demissum appellarunt manna: quod si interpretari velis, significat latinè, quid est hoc? Quod pronomē hoc demonstrandi vim habēs vsurpauit Christus, cùm panem in corpus suum conuertit, dicens: *Hoc est corpus meum*. Quæ verba sacerdotes etiam vsurpant in missæ sacrificio. Quorum verborum vi panis substantia conuertitur in substantiam corporis Christi. a quam conuersionem aptissimè sancti Patres transsubstantiationem nuncuparunt. Quorum consentiente doctrina docemur, sub vtralibet specie contineri totum Christum: vt quemadmodum in panis specie non corpus modò, sed etiam sanguis & totus Christus verè inest: sic contrà in vini specie non solùm sanguis, sed corpus & totus Christus verè insit. Quæ ita se habere omnibus fidelibus certum & persuasum est. Atq; vt manna fuit instar ciborum omnium, (omneis enim escas, omnia ciborum genera sapore referebat) huic enim perdicē sapiebat, illi coturnicem; atq; in singulis pro palati diuersitate non eundem, sed varium gustum & saporem continebat: (etenim eius cibi, quo quisque maximè capiebatur, saporem referebat) sic etiam Eucharistiæ sacramentum & altiori modo, in quo Deū sumunt fideles, ōniū ciborū suauitatē, omniū escarū saporē nō cōtinet solū, sed infinito etiā superat interuallo.

a *Concilii Tri. sess. 13. c. 3. canone 3.*

Quia

Quia Deus est, qui se nobis dat liberalissimè hoc in sacramento manducandum, vt viuamus in eius sacratissimam carnem immixti. Nam humanam, quam assumpsit, naturā, nostris commodis, nostræ saluti ac vitæ, *a* quā sua diuina caro dignè comesta tribuit, consulere voluit, & totum, quod assumpsit, nostrū esse. Quoniam autem fructus ille arboris vetitę comestus Adamo eiusque posteris omnibus mortem inuexit, hunc cibum diuinum, carnem scilicet & sanguinem suū pretiosum, Christus largitus est nobis ad vitam & salutem æternam comparandam. Quę dignè communicantibus constituta est, ipso dicente Domino: f *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* Quam diuinam adinuentionem nostra commoda respicientem admiratus Propheta exclamat, dicens: b *Notas facite in populis adinuentiones eius.* Hæc igitur est vera esca, hic verus cibus, qui vitam comedenti tribuit; hic est verus potus, qui sitim nostram extinguit, qui cupiditates nostras explet. Hic diuinus cibus est pignus hereditatis æternæ, qua post hoc exilium in cælo fruemur. Totus Christus nobis est. Nam se nascens dedit socium, conuescens in edulium, moriens in precium, se regnans nobis dat in præmium. *b* Quem qui dignè, hoc est pura sanctaque mēte, susceperit, beata vita perfrueretur quo sempiterno. At qui indignè, hoc est impuro

a Eucharistia vita cibus.

f Ioā. 6.

b Esa. 12. b.

b Eucharistia vita bonus, mors verò malis.

corde

corde & mortiferi peccati cõscientia stimulatus, corporis & sanguinis Domini sacramenta suscipit, in mortem incurrit: quia bonum malus malè sumit. In eam igitur curam incumbendum est Christianis hominibus, vt tales se vita & moribus gerant, quales hic tãtus honos, hoc tam amplum & immensum beneficium, quo eximia Dei charitas eos ornauit, requirit; hoc est, sanctos & puros. Quoties verò communicauerint, toties conscientiæ latebras omneis perquirãt, vt si quid turpe inest & mortiferum, siquid sordidum, illud diligenter sacramento confessionis eluant, & intimo admissi peccati dolore commoriad sacram communionem accedant: vt gratiæ fructus vberrimi ad eorum animos ex hoc omnium bonorum fonte permanent. c Quod vt diligẽtiùs & accuratiùs facere possint, illud Apostoli dictum, quod nunquam excidat, mentibus altiùs infigant, necesse est. f *Probet autem,* inquit Paulus, *se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indignè, iudiciũ sibi mãducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Quæ verba si diligentiùs attendamus, nos lãguere non sinent in officio & diligentia, quã in eluendis animorum sordibus adhibere debemus: ne, dum gratiæ vberes & præstantes fructus capere & iustissimam Dei iram effugere cupimus, grauissimè puniamur, rẽ omnis sanctitatis plenam, vel ipsum potiùs sanctitatis

c *Communicãtes qualiter se gerere debeãt.*
f 1. Cor. 11.

ctitatis autorem & fontem continentẽ,
ſanctè neque religioſè tractãtes. Quare
tieſcunque aliquis ad hoc mirabile ſacra
tum accedere voluerit, primùm ſeipſum
curatè conſideret, & ſiquid in animo ſe
dum ineſt, verrat illud primùm, ne tanti
ſpitis oculos offendat, ſcopis ſanctæ co
ſionis, & admiſſa peccata dolens, ab eis in
ſterum abſtinere firmiſſimè proponat.
mo ſic affectus poterit fidelis communic
huius admirabilis Sacramenti fructus à D
ſperans. Quos nullus profectò verbis ex
mere poteſt: vel ipſæ putæ caſtæq; men
quæ illos percipiunt, ſummum voluptа
qua intrinſecus perfunduntur, ſenſum di
do conſequi non queunt: quia gratia orn
tur, & ſpirituales delicias ac volu tates
ipſo fonte hauriũt, vnde illę manant. In q
optimè illud Prophetæ dictum cõuenire
b Pſal. 35 detur: b *Et torrente voluptatis tuæ potabis*
Vnde pulchre quidem cum Apoſtolo co
gere poſſumus, multorum, qui frequẽter c
g 1. Cor. 11. municant, g imbecillitatem inde naſci, qu
indignè accedant. Nam ſi cibus eſt, qui ſati
& omnia deſideria explet, quo tandem mo
multi vel ex ſacerdotibus, qui quotidie cel
brant, eſuriunt, & auidè appetũt hi pecunia
& fortunas, alii honores & magiſtratus, a
verò turpeis & homine indignas voluptate
Quod quidem ex eo euenire exiſtimandũ e
quia charitatis ornamẽtis ſpoliati ſe ſacroc
uiui

uiuio indignissimè inferunt atque intrudũt. In quibus nihil certè, quod DEI gratiam redoleat, nihil splendidum & magnificum apparet. Illud certè considerãdũ esset cunctis fidelibus etiã atq; etiam. Videas illũ viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta annos frequenter & assiduè communicasse: in quo tamen praui affectus & exultãtes motus animi tantum abest, vt sint cõpressi, vt potiùs exultent ac dominentur. Huiusmodi genus hominum in misero & tristi vitæ statu esse, etiã illud est indicio, quòd nulla miserorũ miseri-cordia commouentur, nec re, nec animo, & voluntate illorum inopiam subleuant. Quod quidẽ horribile indicium est, ac pertimescẽdum, eos indignè corporis & sanguinis Domini sacramẽta tractare. Nã si dignè hũc salutarem cibum caperent, oporteret eos ex tot gratiæ gradibus quotidie auctis & multiplicatis diuini amoris igne exardere, & ardentis instar fornacis esse, huius diuini amoris scintillas ex fronte, oculis, vultu, ore spirantes. Magna igitur op⁹ est, ad dignè percipiẽdum hoc sacramentum, mentis & corporis puritate. Huius autem præparationis, cuius nos admonet Apostolus, necessitatem Seruatoris exemplum nobis proponit. Qui antè quàm *a* Apostolis pretiosi corporis & sanguinis sui sacramẽta dedit, quamuis iã mũdi essent: tamen eorum pedes lauit, significans, omnem diligentiam adhibendam esse, *a* Ioã. 13

nequid

nequid nobis ad summam animi integritatem & innocentiam desit, cùm sacra mysteria percepturi sumus. Sed longiùs fortasse ab instituto digressi sumus. a Id enim nobis propositum fuit, vt demonstraremus, humanitatem, quam Saluator noster ex Virgine assumpsit, eam ipsam, quo sui in nos amoris vim & magnitudinem notiorem ac illustriorem redderet, nobis in sacro Eucharistię sacramẽto cõmunicasse; vt præsenti numine suo nos confirmaret, vt nos ad perpetuam sui memoriam excitaret, vt ad spiritalẽ vitam aleret, & hæreditatis æternæ nobis pignus daret, ac de beata vita, ad quam semper sponte naturæ aspiramus, certos redderet. b Quamobrem quoties variis huius vitæ incommodis & difficultatibus afficimur, mentis aciem in sacram liberatoris nostri humanitatẽ, in eius sacratissimum ortum, in illius purissimam Virginem matrem, in acerbissimam crucis mortem, in verbera, in caput spinea corona redimitum & compunctum, in manus & pedes clauis ferreis transfixos, in latus lancea militis apertum, in mortem, in sepulturam, in gloriosam resurrectionem, in admirabilem Ascensionem mentis aciem intendamus, & cogitemus, hæc omnia, & alia quæcunque ad suscepti hominis formam pertinent, & cuncta, quæ vt Deus & homo fecit, nostra esse, nostram salutem intueri: quæ nos omnia æterno Patri offerre debe-

a *Humanam naturam quare Deus assumpsit*

b *Quid inhuius vitæ miseriis nobis cogitandũ.*

debemus tanquam nostra, quibus illius nobis reconcilietur gratia. Non enim Christus habuit, cur sibi homo nasceretur, nec nostras infirmitates susciperet, sed nobis. Quod quidé sanctissimi Dauidis verba facilè declarant: a *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Quamobrem tot beneficiorum, quibus eximia Dei charitas nos ornauit, memores; hæc, quæ sub aspectum cadunt, bona (si bona appellanda sunt, quæ possidentem meliorem non reddunt; sed deteriorem sæpe) contemnamus, & à consuetudine oculorum animum ad hæc, quæ diuina sunt & æterna bona, transferamus, dicentes cum Propheta: b *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi.* c Iã nihil nos delectet in terris, qui Patrem habemus in cælis. Sit Christus Iesus, qui nos DEO Patri reconciliauit in sanguine suo, thesaurus noster, & in eo mentem omnem & cogitationem defigamus. Nam vbi est thesaurus noster, ibi & sit cor nostrum. Nihil humile, nihil sordidum, nihil vulgare cogitemus, sed ampla, præclara, & diuina, plena dignitatis & honoris spectemus. Quod certè præstabimus, si nihil aliud præter Christum Saluatorem nostrum desideremus. In eius sanctissimo ortu lachrymis, abstinẽtia, cruce, ac morte acquiescamus: quia hæc omnia odorem vitæ suauissimum nobis afflant omni ex parte. Illas igitur veras voluptates ducamus, non d quæ

a *Psal. 15.*

b *Psal. 15.*

c *Vera gaudia vbi non quærenda.*

Sanctæ voluptates. quæ corporis sensibus viurpantur, sed quæ animo percipiuntur: quales sunt, quæ à contemplatione & Christi Iesu puro castoque amore proficiscuntur. Explicuimus igitur, quoad potuit, Christum Iesum Deum ac Dominum nostrum non satis habuisse mori pro hominibus, nisi etiam in cibum, quo ad æternam vitam alerentur, se illis daret. Quod quidem effecit magnitudo & vis amoris, quem Deus in homines habebat. Quòd si par, qui accipitur, amor reddendus est, quo tandem modo tam immensum amorem grata & memori voluntate non agnoscimus? qua ratione nos tam ardens ignis non incendit? Profectò tam stupenda tamque admiranda solus Dei amor, qui fortissimus est (nam humanus infirmus est, nec ad dilectionem nisi impellente Deo excitari potest) perficere potera. Atque hæc pauca de magnitudine amoris quem Christus Iesus Deus & homo crucifixus propter hominem mortalibus in Eucharistiæ sacramento ostendit, dixerimus. Quæ fusiùs & copiosiùs à sanctis patribus (quorum semper nobis confugiendum est doctrinam) disputantur. Admirabilis quidem fuit in Christo diuinæ naturæ cum nostra humana coniunctio, in qua suæ diuinitatis nos participes effecit. Diuinæ namque bonitatis proprium est, se rebus à se creatis pro illarum captu communicare. Hanc vtriusque in Christo naturæ admirandam coniunctionem ap-

tilsi

tissimè demonstrabant opera, quæ fecit Iesus mirabilia. Quæ in solam cadebant potestatē diuinam, in nullam præterea. a Ex quibus tamen perfidi Iudæi Christum verum Deum & hominem non cognouerunt, sed potius inuidia & maleuolentia suffusi, cùm diuinos illi honores deferre deberent, immensam eius ac diuinam maiestatem in humanitatis tenuitate latentem contumeliis affecerunt, multisque & grauissimis iniuriis onerarunt, nec illum persequi destiterunt, donec ardentibus furiarum tædis agitati, extremum crucis supplicium & ignominiam ei intulerunt. Qui certè nullam impietatis & perfidiæ suæ excusationem habent, ipso teste Iesu: d *Si non*

a *Iudæorum perfidia.*

d *Ioā. 15.*

veniſſem, inquit, & opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. In eam curam Christiani homines potissimū incumbamus, vt Redemptorem nostrum, qui confitendæ maiestatis suæ nobis sensum dedit, pie casteq; colamus. Nam in iis, qui Christiana professione censentur, grauius est peccatum, si quem Deum cognoscunt, & cœlesti lumine illustrati Dominum ac liberatorem suum confitentur, illū offenderint. Nec enim idem valet peccatum in eo, qui ignarus peccat, ac in eo, qui sciens peccatum admittit. Quòd si Iudæi Christum b *cognouissent, nunquam illum Regem gloriæ in crucem egissent.* Nos post tot accepta beneficia peccantes,

b *1. Cor. 2.*

quos tot nominibus iure in dominatu & ob. bedièccia sua retinere debet, multo grauius offendimus, & turpiori ingratitudinis labe inficimur. Restat, vt ad hanc admirabilẽ saluatoris nostri bonitatẽ, & summã quam nobis in hoc mirabili corporis & sanguinis sui sacramento, in hoc pretioso & salutifero cõuiuio, charitatẽ exhibuit Christus verus Deus, suspiciendam & amandam nos totos cõcertamus, & gratias illi continentur pro tantis tamq; diuinis beneficiis agamus. Quoniam autem *omnis Christi actio*, auctore Gregorio Magno, *est nostra instructio*, demus operam, vt aliquam in nobis de aliis, quantum possumus, benè merentes, diuinæ bonitatis similitudinem exprimamus, vt decet filios Dei Spiritu regeneratos. Quod si fecerimus, gratiam hìc consequemur, æternam deinde in cælo gloriam benignitate IESV CHRISTI, cui est cum Patre & SPIRITV SANCTO omnis honor & gloria. Amen.

De Christi gloriosa Resurrectione.

CAPVT XXVI.

a 22.23 CVm superioribus a capitib⁹ effusis lachrymis animoq; exhaustis doloribus funestam Christi mortem dolentiùs deploraueri-mus, & eas ægritudines, quæ Virginem matrem afflixerunt, acerbiùs tulerimus: superest, vt vnà cum Iosepho, Nicodemo, piisque omni-

omnibus liberatorem hominum à morte exſuſcitatum, diſiectis conuulſiſq; inferorum portis, morte deuicta, diabolo ſuperato, & funditus euerſo, læta cogitatione contemplemur. Itaq; triumphatore filio exſuſcitato, & immortalitatis gloria ornato, pia Mater, curis omnibus ademptis, repente gaudiis omnibus & lætitiis omnibus inceſſit. Dubitandum certè non eſt, quin reſurgẽs filius ſe matris priùs, quàm in aliorum conſpectum dederit: quamuis à ſacri Euangelii ſcriptoribus id minimè memoriæ proditum ſit. Eam rem, quia notior erat, quàm dici deberet, taciti reliquerunt. Iure quidem optimo prima meruit gaudia, quæ turbulentiori tempeſtate fuerat afflictata: quę præ cęteris omnibus fuit in doloribus & ærumnis. *b* Reſurgẽtis Chriſti veriſſimum teſtimonium dederunt hi, qui tunc cum corpore reſurgẽtes, & ex ſepulchris egredientes, Hieroſolymamq; properãtes, ſe palã multis Hieroſolymitis viuos oſtẽderunt: qui indè vnà cum ipſo Ieſu in cælum cũ corpore aſcẽdiſſe credẽdi ſunt. Reuocata verò à morte vita, ex qua omniũ pẽdet vita, Matrẽ primũ ſalutauit, eam ſummo expleuit gaudio & lętitia. *c* Etenim MARIÆ, quæ ſalutẽ noſtrã peperit, poſt acerbiſſimos dolores miſeriaſq; mirifica lætitia conſecuta eſt, poſt turbidã tẽpeſtatem mira ei tranquillitas orta eſt: diſpulſis tenebris, clara illuxit dies, cãdidus ſol, & clarus nitor illi, diſcuſſa caligine, effulſit. Hunc

b Mat. 27.

c Canisius 5 & Cedrẽ. 157. Reſurgens filius matrem primũ adit.

cum matre filiũ sermonẽ habuisse, piè cr
derim: Noli flere mater dulcissima; iam e
imber abiit & procella, iá sedati sunt flu
& turbulentissima passionis mortisq; t
tempestas commutata: iam omnia ex luct
lachrymis ad lætitiã recidérũt. Ecce flores
paruerunt in terra nostra: en tibi adest R
rectionis meæ vęr lætissimum. Quare læt
mater mea, procul absit mœror omnis, læ
te totã occupet. Quę acerbissimis exarsisti
loribus, omnib⁹ gaudiis cumulere, Mater
nium fias, iustũ quidẽ est ac debitũ. Hic a
dũt Angeli diluculo cũ iubilo, & Virgini
a Angeli modulatè concinentes Mariæ de filio resurgente gratulantur. verbis de filio gratulantur resurgente: *Reg
cæli lætare, alleluia, quia quem meruisti port
alleluia, resurrexit, sicut dixit, alleluia.* Profc
clarissima lætitiæ lux post tot ægritudines
miserias oblata est Virgini Matri, cùm res
gentem solem iustitiæ vidit. Illo die acerbi
dolorem, quo assumpta ferè exarserat, Vir
abiecit, totq; curis, quæ illã prosciderant,
luta est, & Mater omnium facta. Vt enim D
nominatur electorũ omniũ Pater, ad eũde
etiã modũ Virgo eorundem nuncupatur m
ter. Quo titulo eã filius in cruce pendens d
corauit, cũ de Ioanne, quem nutu cõsignau
b Ioã. 19. ac notauit oculis, ita loquut⁹ est. b *Mulier ec
filius tuus.* Qui Ioannes cunctorũ in se electi
rũ exprimit imaginẽ. Pulcherrimũ igituri
lud tẽplũ sapientia & Spiritu sancto munit
ornatũq;, religione augustũ, resurgẽs Chris
primũ adit; ad domiciliũ suũ, ad sedẽ, ad ar
diuin

diuino opere & artificio perfectam & elaboratã, gemis auroq; illustriorẽ statim accedit. Cælites etiã tum Virgini (vt demostrauimus) de resurgẽte filio gratulãtur, *b* tũ verò Mariæ Magdalenæ & pius mulieribus (quæ vt sepulchrum viderent, & Domini funeri piã operã darent, conuenerãt) resurgentem annunciant Dominum, dicentes: *Iesum crucifixum, quem queritis, non est hic. Surrexit sicut dixit.* Datum est verè virgini pro sumis, quas pertulit, acerbitatib⁹, filiũ vt videret immortali gloria fulgẽtẽ, victorię fructus percipientẽ, & amplissime triũphãtẽ. Magnificũ adeò morte & interitu suo, ex morte, ex peccato, ex diabolo deportarat triũphũ. Eo in triũpho arma triũphatoris, eius sanguine cruẽta, gestabãtur. quẽ sanguinẽ ad salutẽ nostrã liberalissime dux inuictissimus profudit. Illa victoria, qua cæli & orbis terrarũ imperium cõstitutum est, nihil amplius, glorioſius, mirabilius, clariúsve fuit. *c* Vitæ autẽ nostræ author terria à morte sua die resurrexit, quę dies Dominica fuit, à sabbatho proxima, *d* qui dies in IIX Cal. Aprilis incidit, si eos sequimur, qui in X Cal. mortis diẽ conferunt. *e* Igitur hominũ vitæ Seruator crudelissimis cruciatuum exẽplis in sæuissima cruce suffixus, mortem obiens de morte triũphauit ineunte anno à Roma cõdita DCCLXXXVI, cũ solis circulus XXIII, lunæ X esset: C. Rubellio Gemino & C. Fusio Gemino, ex aliorũ sentẽtia, Seruio Sulpitio Galba & Cornelio Sulla cõsulibus. Hi enim Ti. XIX. illi anno XV & Iesu

b Matth. 27.

c Cedr. 154. 168

d Chisti resurrectio.

e Cedr. 154.

baptismi tempore cōsulatū gessisse reperiū

a Animæ ex limbo eductæ.

a Cæterū erat cum Iesu piæ illæ animæ, c
ipse Erebo eduxerat, elicuerat q; ex inferi
su diuinæ gloriæ beatæ. Quæ à carcere ob
ro euocatę, terrę infimę, quam crassissimu
tenebricosus aër circūfundebat, faucibus
tefactis è tenebris in lucē euaserant, à Chr
Domino, cuius tandiu aduentum expecta
redemptæ. Atq; à Iesu reditu ab Inferis
ad eiusdē in cælum ascensum in paradiso

b Assidentem Christum comitatæ sunt piæ animæ.

restri constiterant, *b* eiusq; vna omnes co
tatū sua celebritate lætitiaq; sequuturæ e
à quo reuocatæ & excitatæ ab Inferis fue
Quantis illę Virginē laudibus, per quam
nis omnibus, cūctis malis depulsis, cumul
sunt, atq; è tenebris in lucē amplissimē el
extulerint, nec dici nec fingi potest. Atq; e
illæ solida gloria auctæ sacram Dei Matre
vbi illuc ea in conspectum venit, ob eximi
pulchritudinem demirari, ob religionem

c Necessariò fuit Iesu Christi resurrectio.

gustè sanctèque venerari. *c* Necesse quid
fuit, Christum resurgere ad nostram salut
& gloriam. Nam gratissima Patri hostia, Ie
in ara crucis immolatus est, & addictū s
uituti genus hominū proprii sanguinis p
cio redemit: at resurgens sua nobis, quæ
peccatum amiseramus, bona restituit. *d* M

d Rō. 4.

iuus est enim, vt inquit Apostolus, *propter*
licta nostra, & resurrexit propter iustification

d Fundamentū fidei

nostram. d Fundamentum, quo nostra fides
titur, est resurrectio Christi: quod si abs

tum Christianæ fidei corruit ædificium. In resurrectione enim Christum Dominum, quòd sua virtute à mortuis resurrexit, Deum immortalem esse, plenum gloriæ, mortis & diaboli victorem ac triumphatorem agnoscimus. Quin etiam Christi resurrectio corporum nostrorum causa efficiens fuit: quia ad Domini exemplum omnes resurgemus, & Quod his verbis testatur Apostolus: *Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.* Duo nobis à Christi resurrectione exempla petenda sunt. Alterum est, vt peccati semel sordibus elutis, nouum vitæ genus instituamus, in quo vitæ innocentia, morum integritas, humilitas, modestia, charitas, bonitas, benignitas, pax, patientia eluceant. Alterum est, vt in eo tenendo cursu, quo peruenitur in cælum, perseueremus. Neque verò solùm Christi resurrectio ad resurrectionis exemplum nobis proponitur, verùm etiã resurgendi virtutem nobis præbet, vireſq; & spiritum nobis largitur, quo à morte peccati ad vitam gratiæ excitemur, & in sanctitate & iustitia, qua ornati sumus, permaneamus, vt enim ex eius morte, non solùm peccatis moriendi exemplum capimus, sed virtutem etiam haurimus, qua peccatis moriamur: ita eius resurrectio ad iustitiam consequendam nobis vires largitur, vt deinde pie sanctéque viuentes, in Dei cultu & religione persistamus. Huius resurrectionis po-

nostra ad Christi resurrectio; eiusque vtilitates.

& Cor. 15.

b Col. 3. tissima signa Apostolus demostrat. a Nã inquit: *Si consurrexistis cum Christo, quæ sur sunt, quærite, vbi Christus est in dextera De dens:* plane ostendit eos, qui opes, diuitias, nores, otium ibi maxime, vbi Christ⁹ est, q runt, hos vere cũ Christo resurrexisse, cũ v addit: *quæ sursum sunt, sapite, no quæ super ter* alteram etiam hanc veluti notam appositu qua perspicere possis, num vere cum Christ surrexeris. Vt enim quomodo corpus sit affe ctũ, gustus indicare soletata si rebus honest & laudabilibus, a scilicet veritate, pudicicia a Phil. 4. iustitia, & liberalitate quispiã delectatur, isq miram ex bene actæ vitæ conscientia & diui nis rebus iucunditatem intimo mentis sensu percipit, hoc maximo indicio esse potest, eum, qui ita affectus sit, ad nouam gratiæ & iustitiæ vitam vnã cum Christo Iesu surrexisse. Quod nobis contingat benignitate & misericordia filii MARIÆ Virginis, qui cum Patre & Spiritu sancto ab omni æternitate viuit & regnat Deus. Amen.

De admirabili Christi Iesu Seruatoris nostri in cælum ascensu.

CAPVT XXVII.

DEcursis iam quadraginta diebus à Christi Iesu hominum generis Seruatoris glorioſa resurrectione, (quo temporis spacio, ad stabiliendam roborandamq; resurrectionis

rectionis suæ fidem in discipulorum cordibus diuinitus constituto, sæpe illis in multis signis apparuit Dominus, ne in re ad salutem tam necessaria hæsitarent atq; ambigerent, sine cuius fide nullo modo salui esse poterãt) voluit Iesus ex hoc mũdo ascendere ad Patrẽ, & ad illius dexteram summa gloria & splendore decoratus sedere. Salutauit Matrem in discessu humanissimis atq; amantissimis verbis hominũ generis seruator, eiq;& Apostolis pace data ac relicta, ad oriẽtem solẽ sacro vultu manibusq; victricibus sublatis ad cælũ propria virtute efferri cepit. *a* Prostrata Virgo vnà cũ his, qui aderant, ascendentem & aera secãtem submissè & sanctè venerata est. *b* Quã libenter & ex animo tũ Virgo sancta vitã cũ morte cõmutasset, vt dilectissimũ filiũ comes sequeretur. Quã vellet illum consequi. Sed mirabili tolerãtia & æquissimo animo ei⁹ discessũ tulit: & quando illi placebat, vt in terris aliquandiu moraretur, sũma animi alacritate eius voluntati morigeram se & obsequẽtem præbuit. *c* Etenim hic Mater, vt secreta sibi vulgata patefaceret, atq; cõmunicaret Apostolis, post Iesũ relinquebatur. *d* MARIÆ partes erant, veluti optimæ architectæ, Ecclesiã, cuius à filio posita erãt fundamenta, altiùs erigere & extruere. Eam sancta parens strenuè ædificauit, elegãter & pulchre ornauit, ac subtilissimè perpoliuit; sanctisq; virtutibus suis veluti tabulis egregiè pictis, & auro operosè

a *Luce 24.*

b *Cedrẽ 1.3.*

c *Canisius 539.*

d *Post filium Ecclesiæ architecta Mariæ.*

cælatis,

cælatis eius interiores partes Virgo, cui a
riandum diuinarum dotium colores exp
erant, magnificentiùs expoliuit, & ma
commendauit. Qua pictura nihil erat n
lius, nihil ad laudem illustrius, nihil ad sp
pulchrius. Id potissimùm curauit, vt in Ec
sia sacrosancta flores educaret electissim
atque fructus efferret vberrimos & præst
rissimos. Atqui non sine alto cõsilio idipsi
Matris suæ curæ permiserat præpotens De
Siquidem preciosa & exquisita illa sanctæ
dei arbor vix dum actis radicibus cæpe
subcrescere: cùm Christo, à quo insita fuer
ac fonte illo, cuius humore nutriebatur, ir
gata, subitò se destitutam sensit. a Quare, n
a turbulentissima Iudæorum tempestate, ne
ve à sæuientibus eorum inuidiæ & odii flati
bus exagitata adhuc tenella arbor conuelle
retur, superstes MARIA relicta est. Ea doctrinę
suæ imbre illam educabat: iucunda virtutum
suarum aura & vitali flamine mulcebat, niti
do puritatis sole roborabat. Nec verò integra
Virgine, post filii discessum, statim terrarum
orbem destitutum oportuit: Eius enim præ
sentia maximum in Apostolis, quod vix ferre
poterant, filii desiderium leniri ac mitigari
oportebat: ac inusti eis doloris acerbitatem
ab ipsa afflictorum consolatrice leuari. Illa
verò in malis perfugium, in mæroribus sola
rium, in tenebris lumen, in certamine mu
nitissimum Christianis propugnaculum, &

a Eurpost filii mortem Virgo superstes relicta.

ad

ad omneis impetus quasi murus æreus oppositus est. *b* Quin immo sacrato ex illo adyto Spiritus sanctus multa depromebat occulta: illinćq; ignem suum ac fidei scintillas agens, longè lateq; in hominum mentes diuinum ardorem immittebat. Hæc enim Virgo primis illis Ecclesiæ cultoribus veræ religionis ac diuini cultus clarissimum lumen prætulit, & omnem caliginem, omnes errorum tenebras dispulit. Eadem virginibus omnibus, tam illius sæculi quàm consequentis æui, exemplum vitæ proposuit, quod ad omnem ætatem sanctarum virtutum ornamentis mirificè excolendam & rectè instruendam omnes sequerētur: nitidissimum ac perlucidum speculum, in quod mortales inspicerent, constituit. *c* Sed à matre in terris relicta ad filium in cælum iam ascendentem reuertamur. Vbi se paulo à terra ille altiùs extulit, nube perlucida ita opertus est, vt licèt in eum Apostoli aciem longiùs iniecerint intenderintq;, in cælum penetrantem minimè cernere & videre potuerint. *d* At de Matre credere pium est, sicut tristissimo tempore separatim ab Apostolis, qui dispersi fugam omnes arripuerunt, sola semper filio pręstò fuit, & supremum hoc pietatis officium in aduersariorum cōspectu quàm diligentissimè præstitit, & nunquā intermisit, ita ab eadem, instar aquilę solé acriter intuētis, summos cælos intrantē cōprehēsum esse. Quod Apostolis minimè cōtigit. Etenim

b *Sacrarium spiritus sancti Virgo*

c *Iesu in cælum ascensus.*

d *Filium cælum ingredientē Maria vidit.*

sicut

ſicut in MARIA conſtantia ac fidei ve
lumen ſemper eluxit, in aliis offuſum eſt
que obcæcatum : ita eius nitentibus o
omnino parens fuiſſe cælum atque aper
dubitandum non eſt. Cur enim Virgini
cuius in ſacra viſcera ſe filius Dei factus
mo continuit, occulta cæleſtia non patere
cur illa filii conſiliorum particeps non eſ
a Epheſ.1 a Aſcendit igitur Ieſus Dominus ac libe
tor noſter, omnibus maieſtatis & gloriæ
namentis abundans, triumphis omnibus
natè illuſtratus, ſupra vniuerſos Angeloru
choros in cæleſtibus, *ſupra omnem princip
tum, & poteſtatem, & virtutem, & Domin
tionem, & omne nomen; quod nominatur no
ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro: & om
nia ſubiecit ſub pedibus eius.* Quæ gloria ade
propria & ſingularis Domini eſt, vt cuiuis a
lii creatæ naturæ conuenire non poſſit. At
qui Chriſtus Dominus vniuerſis, tam cæliti
bus quàm mortalibus, amplitudine dignita
tis infinitis partibus ad gloriam antecellit.
b Heb.1. b Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſub
ſtantiæ eius, portanſque omnia verbo vir
tutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens,
ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, tan
to melior Angelis effectus, quanto differen
tius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim
Angelorum dixit aliquando, *filius meus es tu,*
c Pſal.2. *ego hodie genui te?* c Aſcendamus ergo ad hunc
Dei

Dominum, *montem Domini, qui a excelsus est, & super cælos gloria eius, & ad omnem b Dei Iacob, c* quæ est Ecclesia Dei, extra quam non est salus. In hac igitur domo Iacob, vbi perpetuò regnabit, nec vllis temporum spaciis regnum eius terminabitur, id est in Ecclesia Dei viui, (cuius tam firmum tamque stabile fundamentum est, vt eam nullæ nec inferorum nec malorum hominum vires conuellere possint) docebit nos vias suas rectas quidem, ac directas in cælum; scilicet pietatem, iustitiam, & benignitatem, fidem, patientiam, & charitatem. Quibus certè itineribus in cælum peruenitur. Vnde est apud Prophetam: *d Notas mihi feciſti vias vitæ.* *e* Nam ante Christum Dominum ignota erat via vitæ: quia nulli ante passionem eius & mortem patuit aditus in cælum. Post Christum verò, qui paterno confessu receptus *f* apud Patrem aduocati officio fungitur, qui patronus causæ ac deprecator salutis nostræ constitutus est, à mortuis excitatum, & sua virtute in cælos assumptum, nota facta est via vitæ, & plurimorum vestigiis attrita. Quare ex hoc mundo ad Patrem discessurus, præcepit Apostolis, vt Gentes omnes vero fidei lumine illustratas, & cælestibus præceptis salutarique doctrina institutas, in nomine sanctæ & individuæ Triadis patris, & filii, & spiri-

a Psa. 112
b Esai. 2.
c Ecclesia Dei.
d Psal. 15
e Christus Via ante eum
f 1. Ioan. 2

d Matth. ad. Spiritus sancti d salutaribus aquis, ad cœlestem beatitudinem comparandam, intingerent. Hæc igitur est vera, recta, & directa in cælum via, quæ nota sit & manifesta in domo Iacob, hoc est in Ecclesia Dei, & non alibi. e Quia qui Ecclesiæ Catholicæ sinu fouentur, eius doctrinæ lacte nutriuntur, eiusdem mœnibus continentur, hi tantùm salutem consequuntur, nulli præterea. d Nam reliqui omnes, qui sunt extra Ecclesiam, miserè pereunt, & in sempiternam calamitatem descendunt. Cuiusmodi sunt superstitiosi, hæretici, schismatici, anathemate damnati: qui omnes haud dubiè peribunt. De quibus inquit Apostolus Ioannes: c *Foris verò canes & venefici.* Perditi etiam Christiani, qui fidem, quam profitentur, vitâ & moribus deformatam gerunt, & confitentes se nosse Deum, factis negant, quamuis ad Ecclesiam pertineant; sed tamen quia vitæ directum iter non ingrediuntur, sed latam potiùs perditionis viam sequuntur, in cælestem requiem non introibunt, sed in sempiternam potiùs miseriam dejicientur. Qui graviora certè supplicia subibunt, quàm reliqui omnes à fide Catholica abhorrentes. Sic enim habes: *Simul insipiens & stultus peribunt:* Et veritatis ore dicitur: *Servus sciens voluntatem Domini, & non faciens, multis vapulabit.* Vt enim nullum nobis maius ab optimo Deo & parente beneficium

e Qui salvi fiunt.

d Qui damnantur.

c Apoc.

neficium

neficium dari potuit, quàm suam voluntatem mortaleis ad æternum decus ferentem doceri: ità nihil ingratius, nihil impius dici omnino aut cogitari potest, quàm præpotentis Dei, tanti parentis, tam clementis, & benigni autoritatem, quam cælites omnes sanctissimè & religiosissimè colunt, ad cuius nutum columnæ cæli contremiscunt, negligere & aspernari. *a* Hic igitur verè fidelis est, hic Christiano nomine dignus, qui Dei autoritatem & consilium sequitur, &, quantum animo licet, amplectitur. Hunc verus ille pastor Christus Iesus, qui vitâ libentissimè pro nobis profudit, inter oues suas agnoscet, & in loco pascuæ collocabit. Docuit nos igitur (vt eò, vnde digressi sumus, redeamus) Dominus vias suas, cùm triumphator resurrexit, & immortalitatis curru inuectus in cælum (quo nihil ad eius summam gloriam diuinamque maiestatem declarandam magnificentius dici aut admirabilius potest) adscēdit, & ad Dei Patris dexteram sedit. Quem in cælum adscendentem diuinis laudibus cælites omnes prosequuntur, atque dulcia carmina miscentes diuini triumphatoris victoriā, quam ex diabolo, morte, & peccato magnificam deportarat, ad dulces atque compositos cantus, ad tibias, lyras, tubasque ductiles modulatè canentes & numerosè sonantes persequuntur. Apostolis, vnà cum his qui adcrāt, Christi Iesu magistri & Domini sui ma-

a Quis Christiano nomine dignus.

baptismi tempore cōsulatū gessisse reperiūtur.

a Animæ ex limbo eductæ.

a Cæterū erāt cum Iesu piæ illæ animæ, quas ipse Erebo eduxerat, elicuerat q; ex inferis, visu diuinæ gloriæ beatæ. Quæ à carcere obscuro euocatę, terrę infimę, quam crassissimus ac tenebricosus aër circūfundebat, faucibus patefactis è tenebris in lucē euaserant, à Christo Domino, cuius tandiu aduentum expectarāt, redemptæ. Atq; à Iesu reditu ab Inferis vsq; ad eiusdē in cælum ascensum, in paradiso terrestri constiterant, *b* eiusq; vna omnes comitatū sua celebritate lætitiaq; sequuturæ erāt, à quo reuocatæ & excitatæ ab Inferis fuerāt. Quantis illę Virginē laudibus, per quam bonis omnibus, cūctis malis depulsis, cumulatæ sunt, atq; è tenebris in lucē amplissimē elatæ, extulerint, nec dici nec fingi potest. Atq; etiā illæ solida gloria auctæ sacram Dei Matrem, vbi illuc ea in conspectum venit, ob eximiam pulchritudinem demirari, ob religionem augustè sanctéque venerari. *c* Necesse quidem fuit, Christum resurgere ad nostram salutem & gloriam. Nam gratissima Patri hostia, Iesus in ara crucis immolatus est, & addictū seruituti genus hominū proprii sanguinis precio redemit: at resurgens sua nobis, quæ per peccatum amiseramus, bona restituit. *d* Mortuus est enim, vt inquit Apostolus, *propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.* *d* Fundamentum, quo nostra fides nititur, est resurrectio Christi: quod si abs-

b Ascēdentem Christum comitatæ sunt piæ animæ.

c Necessaria fuit Iesu Christi resurrectio.

d Rō. 4.

d Fundamentū fidei

sit, to-

tum

tum Christianæ fidei corruit ædificium. In resurrectione enim Christum Dominum, quòd suâ virtute à mortuis resurrexit, Deum immortalem esse, plenum gloriæ, mortis & diaboli victorem ac triumphatorem agnoscimus. Quin etiam Christi resurrectio corporum nostrorum causa efficiens fuit: quia ad Domini exemplum omnes resurgemus, & Quod his verbis testatur Apostolus: *Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.* Duo nobis à Christi resurrectione exempla petenda sunt. Alterum est, vt peccati semel sordibus elutis, nouum vitæ genus instituamus, in quo vitæ innocentia, morum integritas, humilitas, modestia, charitas, bonitas, benignitas, pax, patientia eluceant. Alterum est, vt in eo tenendo cursu, quo peruenitur in cælum, perseueremus. Neque verò solùm Christi resurrectio ad resurrectionis exemplum nobis proponitur, verùm etiá resurgendi virtutem nobis præbet, vires q; & spiritum nobis largitur, quo à morte peccati ad vitam gratiæ excitemur, & in sanctitate & iustitia, qua ornati sumus, permaneamus, vt enim ex eius morte, non solùm peccatis moriendi exemplum capimus, sed virtutem etiam haurimus, quâ peccatis moriamur: ita eius resurrectio ad iustitiam consequendam nobis vires largitur, vt deinde pie sanctéque viuentes, in Dei cultu & religione persistamus. Huius resurrectionis po-

nostra ad Christi resurrectionem; etiamque vtilitates.

& Corum.

b Col. 3. tissima signa Apostolus demostrat. a Nã cùm inquit: *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursùm sunt, quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens*: planè ostendit eos, qui opes, diuitias, honores, otium ibi maximè, vbi Christ⁹ est, quærunt, hos verè cũ Christo resurrexisse, cũ verò addit: *quæ sursum sunt, sapite, nõ quæ super terrã*, alteram etiam hanc veluti notam apposuit, qua perspicere possis, num verè cum Christo surrexeris. Vt enim quomodo corpus sit affectũ, gustus indicare solet ita si rebus honestis & laudabilibus, a scilicet veritate, pudicicia, a Phil. 4. iustitia, & liberalitate quispiã delectatur, isq; miram ex bene actæ vitæ conscientia & diuinis rebus iucunditatem intimo mentis sensu percipit, hoc maximo indicio esse potest, eum, qui ita affectus sit, ad nouam gratiæ & iustitiæ vitam vnã cum Christo Iesu surrexisse. Quod nobis contingat benignitate & misericordia filii MARIÆ Virginis, qui cum Patre & Spiritu sancto ab omni æternitate viuit & regnat Deus. Amen.

De admirabili Christi Iesu Seruatoris nostri in cælum ascensu.

CAPVT XXVII.

DEcursis iam quadraginta diebus à Christi Iesu hominum generis Seruatoris gloriosa resurrectione, (quo temporis spacio, ad stabiliendam roborandamq; resurrectionis

rectionis suæ fidem in discipulorum cordibus diuinitus constituto, sæpe illis in multis signis apparuit Dominus, ne in re ad salutem tam necessaria hæsitarent atq; ambigerent, sine cuius fide nullo modo salui esse poterãt) voluit Iesus ex hoc mũdo ascendere ad Patrẽ, & ad illius dexteram summa gloria & splendore decoratus sedere. Salutauit Matrem in discessu humanissimis atq; amantissimis verbis hominũ generis seruator, eiq; & Apostolis pace data ac relicta, ad oriẽtem solẽ sacro vultu manibusq; victricibus sublatis ad cælũ propria virtute efferri cępit. *a* Prostrata Virgo vnà cũ his, qui aderant, ascendentem & aera secãtem submisse & sancte venerata est. *b* Quã libenter & ex animo tũ Virgo sancta vitã cũ morte cõmutasset, vt dilectissimũ filiũ comes sequeretur. Quã vellet illum consequi. Sed mirabili tolerãtia & æquissimo animo ei⁹ discessũ tulit: & quando illi placebat, vt in terris aliquandiu moraretur, sũma animi alacritate eius voluntati morigeram se & obsequẽtem præbuit. *c* Etenim hic Mater, vt secreta sibi vulgata patefaceret, atq; cõmunicaret Apostolis, post Iesũ relinquebatur. *d* MARIÆ partes erant, veluti optimæ architectæ, Ecclesiã, cuius à filio posita erãt fundamenta, altiùs erigere & extruere. Eam sancta parens strenuè ędificauit, elegãter & pulchre ornauit, ac subtilissimè perpoliuit; sanctisq; virtutibus suis veluti tabulis egregiè pictis, & auro operosè

a *Luca 24.*

b *Cedrẽ 152.*

c *Canis. sum 539.*

d *Post filium Ecclesiæ architecta Maria.*

cælatis,

cælatis eius interiores partes Virgo, cui advariandum diuinarum dotium colores expositi erant, magnificentiùs expoliuit, & maximè commendauit. Qua pictura nihil erat nobilius, nihil ad laudem illustrius, nihil ad speciē pulchrius. Id potissimùm curauit, vt in Ecclesiæ sacrosancta flores educaret electissimos, atque fructus efferret vberrimos & præstantissimos. Atqui non sine alto cōsilio idipsum Matris suæ curæ permiserat præpotens Deus. Siquidem preciosa & exquisita illa sanctæ fidei arbor vix dum actis radicibus cæperat subcrescere: cùm Christo, à quo insita fuerat, ac fonte illo, cuius humore nutriebatur, irrigata, subitò se destitutam sensit. *a* Quare, ne à turbulentissima Iudæorum tempestate, néve à sæuientibus eorum inuidiæ & odii flatibus exagitata adhuc tenella arbor conuelleretur; superstes MARIA relicta est. Ea doctrinę suæ imbre illam educabat: iucunda virtutum suarum aura & vitali flamine mulcebat, nitido puritatis sole roborabat. Nec verò integra Virgine, post filii discessum, statim terrarum orbem destitutum oportuit: Eius enim præsentia maximum in Apostolis, quod vix ferre poterant, filii desiderium leniri ac mitigari oportebat: ac inusti eis doloris acerbitatem ab ipsa afflictorum consolatrice leuari. Illa verò in malis perfugium, in mœroribus solatium, in tenebris lumen, in certamine munitissimum Christianis propugnaculum, &

a Superest filii mortem Virgo superstes relicta.

ad

ad omneis impetus quasi murus æreus oppositus est. *b* Quin immo sacrato ex illo adyto Spiritus sanctus multa depromebat occulta: illinćq; ignem suum ac fidei scintillas agens, longè lateq; in hominum mentes diuinum ardorem immittebat. Hæc enim Virgo primis illis Ecclesiæ cultoribus veræ religionis ac diuini cultus clarissimum lumen prætulit, & omnem caliginem, omnes errorum tenebras dispulit. Eadem virginibus omnibus, tam illius sæculi quàm consequentis æui, exemplum vitæ proposuit, quod ad omnem ætatem sanctarum virtutum ornamentis mirificè excolendam & rectè instruendam omnes sequerétur: nitidissimum ac perlucidum speculum, in quod mortales inspicerent, constituit. *c* Sed à matre in terris relicta ad filium in cælum iam ascendentem reuertamur. Vbi se paulo à terra ille altiùs extulit, nube perlucida ita opertus est, vt licèt in eum Apostoli aciem longiùs iniecerint intenderintq;, in cælum penetrantem minimè cernere & videre potuerint. *d* At de Matre credere pium est; sicut tristissimo tempore separatim ab Apostolis; qui dispersi fugam omnes arripuerunt, sola semper filio prę̀stò fuit, & supremum hoc pietatis officium in aduersariorum cõspectu quàm diligentissimè præstitit, & nunquã intermisit, ita ab eadem, instar aquilę solé acriter intuétis, summos cælos intrantẽ cõprehẽsum esse. Quod Apostolis minimè cõtigit. Etenim

b *Sacrarium spiritus sanctus Virgo*

e *Iesus in cælum ascensus.*

d *Filius cælum ingredientẽ Maria vidit.*

sicut

Dominum, *montem Domini, qui a excelsus est, & super cælos gloria eius, & ad aonium* b *Dei Iacob,* c quæ est Ecclesia Dei, extra quam non est salus. In hac igitur domo Iacob, vbi perpetuò regnabit, nec vllis temporum spaciis regnum eius terminabitur, id est in Ecclesia Dei viui, (cuius tam firmum tamque stabile fundamentum est, vt eam nullæ nec inferorum nec malorum hominum vires conuellere possint) docebit nos vias suas rectas quidem, ac directas in cælum; scilicet pietatem, iustitiam, & benignitatem, fidem, patientiam, & charitatem. Quibus certè itineribus in cælum peruenitur. Vnde est apud Prophetam: d *Notas mihi fecisti vias vitæ,* e Nam ante Christum Dominum ignota erat via vitæ: quia nulli ante passionem eius & mortem patuit aditus in cælum. Post Christum verò, qui paterno consessu receptus f apud Patrem aduocati officio fungitur, qui patronus causæ ac deprecator salutis nostræ constitutus est, à mortuis excitatum, & sua virtute in cælos assumptum, nota facta est via vitæ, & plurimorum vestigiis attrita. Quare ex hoc mundo ad Patrem discessurus, præcepit Apostolis, vt Gentes omnes vero fidei lumine illustratas, & cælestibus præceptis salutarique doctrina institutas, in nomine sanctæ & individuæ Triadis patris, & filii, & spiri-

a Psa 98
b Esai 2.
c Ecclesia Dei.
d Psal 15
e Christus via ante eum
f Ioan

neficium dari potuit, quàm ſuam voluntatem mortaleis ad æternum decus ferentem doceri: ità nihil ingratius, nihil impius dici omnino aut cogitari poteſt, quàm præpotentis Dei, tanti parentis, tam clementis, & benigni autoritatem, quam cælites omnes ſanctiſſimè & religioſiſſimè colunt, ad cuius nutum columnæ cæli contremiſcunt, negligere & aſpernari. a Hic igitur verè fidelis eſt, hic Chriſtiano nomine dignus, qui Dei autoritatem & conſilium ſequitur, &, quantum animo licet, amplectitur. Hunc verus ille paſtor Chriſtus Ieſus, qui vitã libentiſſimè pro nobis profudit, inter oues ſuas agnoſcet, & in loco paſcuæ collocabit. Docuit nos igitur (vt eò, vnde digreſſi ſumus, redeamus) Dominus vias ſuas, cùm triumphator reſurrexit, & immortalitatis curru inuectus in cælum (quo nihil ad eius ſummam gloriam diuinamque maieſtatem declarandam magnificentius dici aut admirabilius poteſt) adſcẽdit, & ad Dei Patris dexteram ſedit. Quem in cælum adſcendentem diuinis laudibus cælites omnes proſequuntur, atque dulcia carmina miſcentes diuini triumphatoris victoriã, quam ex diabolo, morte, & peccato magnificam deportarat, ad dulces atque compoſitos cantus, ad tibias, lyras, tubaſque ductiles modulatè canentes & numeroſè ſonantes perſequuntur. Apoſtolis, vnà cum his qui adcrãt, Chriſti Ieſu magiſtri & Domini ſui ma-

a *Quis Chriſtiano nomine dignus.*

a *Iesu in cælũ ascẽsus*

ieſtatem aëra *a* ſecantem, & cæleſtium agminum, eorumque quos ab inferis eripuerat, ſplendidiſſimo comitatu ſtipatam, demirantibus Angeli dicunt: b *Viri Galilæi, quid admiramini aſpicientes in cælum?* Hic Ieſus, quem aſſumptum à vobis ſuſpicitis admirantes, ſupremo, quo mundi machina diſſoluetur, die, eadem regia claritate, eodem dignitatis ſplendore collucens, eadem maieſtatis amplitudine fulgens, Iudex omniũ redibit: vt & præmia bonis & ſupplicia im; robis conſtituat. Eidem mirantur Angeli humanam in CHRISTO naturam ad tantam gloriam euectam & paterno conſeſſu receptam, atque in has erumpunt voces viciſſim quærentes & reſpõdentes: c *Pſ.23.* *Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* rogãt eorum gloriæ conſortes Angeli, *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.* Quibus illi viciſſim reſpondent, *Dominus virtutum, ipſe eſt Rex gloriæ.* qui humanam ex Virgine aſſũpſit naturam, qui genus hominum miſerrima Dæmonis & peccati ſeruitute oppreſſum in libertatem vindicauit, qui portas æreas & vectes ferreos Inferorum, ſuos inde captiuos redimens, confregit, cui eſt cum Patre & Spiritu ſancto eadem diuinitas, *hic eſt Rex ſempiternæ gloriæ:* cui cæleſtes portæ patẽre debent, vt humana natura arctiſſimo vinculo cum diuina copulata paterno conſeſſu recipiatur. Igitur huic Regi veſtro reduci

b *Act.1.*

gratu-

gratulamini de magnifica victoria, & illustri triumpho, quem ex hoste teterrimo, peccato, & morte reportauit. Huius Domini vestri immensam, quæ in humani generis salute apparuit, benignitatem & humanitatē sempiternis laudibus celebrate. Ad quod tam sanctum, tam pium, tamque debitum officium vos his verbis beatissimi spiritus cohortatur sanctissimus Rex & vates: a *Adorate eum omnes Angeli eius.* Adorent illum omnia, quæ cœli & terræ ambitu continentur. Nos potisimùm veneremur illum Deum ac parentem nostrum; qui, vt apud Patrem salutis nostræ causam & patrocinium susciperet, ascendit in cælum. Iam dehinc præsentis vitæ fructus negligamus, nihil nos, qui Patrem habemus in cælis, delectet in terris. Omnes nostri cogitatus & desideria ad illum tantum spectent & referantur. Quam nobis mentem donare dignetur Christus Iesus Deus ac Dominus noster, qui viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen. a *Psal.*

De aduentu Spiritus sancti in die Pentecostes.

CAPVT XXVIII.

a EX Oliueto Hierosolymam redit Virgo diuina, summa lætitia perfusa, quod a *Apost. Act.*

filium vidisset in cælum penetrantem, immortalitatis curru inuectum, summa gloria & maiestate præditum, magnificentissimo triumpho decoratum. Illic tota in Deum conuersa decem integros dies, Spiritus sancti aduentum, inuictum à precatione spiritum non relaxans, ardenter & summo desiderio exspectat. Præstituto autem die, qui erat Pentecostes solennis & festus, Virginé cum præsenti illa fidelium multitudine repleuit Spiritus sanctus, & ardentissimis charitatis facibus inflammauit, atque sermonis copia & vbertate mirabiliter impleuit, suisque donis & charismatis ornauit. Qui quoniam in Virgine propriam sedem seque digniorem compererat, eam ita illustrauit, vt nullum vnquam aliud domicilium tanta luce complerit. Nulla illustris aut perlucida stella cælo sereno tam collucet, quàm SANCTI SPIRITVS ea exsplenduit fulgore. *a* Eadem ergo fuit præter cæteros cælesti lumine illustrata, diuinis donis & ornamentis cumulatiùs exculta. Nam diuinum SPIRITVM, qui in se, velut in adornatum & purissimum vas, perfluxerat, pleno hausto exhausit. Immo prophetiæ donum præ omnibus, tam superioris quàm consequentis æui, Prophetissis multis partibus auctum & amplificatum accepit: siquidem diuino afflatu cælestissimum illud os illustratum est: qui in Mariæ pectus, tanquam

a Virgo supra omneis Spiritu sancto plena.

quam in religiosum, sanctum, augustumque templum, prophetias omneis concluserat, comprehenderatque. *b* Is, quando pura, integra, ac sancta domicilia incolit, vbinam sedem maiori religione præditam, clariorique lumine illustratam, & puriori collucentem fulgore, seque digniorem reperiret? Is dies quàm faustus & lætus, quàm iucundus illuxit Virgini, & Apostolis, ac Discipulis Domini; *c* qui omnes SANCTO SPIRITV repleti, diuinæque virtutis robore muniti, fidem catholicam & Christianæ vitæ leges, præcepta, atque instituta, vt ex CHRISTI Domini autoritate iussi erant, toto terrarum orbe dissemina-runt, Dæmonum & malorum hominum furibundos impetus frangentes. Tanta constantia & firmitate eorum vallarat animos SPIRITVS diuinus. *d* Tunc exitu comprobatum est, quod multo antè prædixerat *g* Ioel mente incitatus: *In nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ.* SPIRITVS sanctus tertia est sanctissimæ Triadis persona, quæ vi amoris à Patre filioque procedit, vnus cum Patre & filio Deus. Quam constantem & catholicam veritatem apertissimè declarat his verbis Regius Vates mente incitatus diuina: e *Benedicat nos* DEVS, nempe PATER, DEVS

b *D. Aug. li. 1. de Trinit.*

c *Apostoli fidē Catholicā toto terrarum orbe dissēminarunt.*

d *Ioel.*

g *Ioh. 2.*

e *Psal. 66.*

uoſter, ſubaudi filius, *benedicat nos Deus*, ſcilicet Spiritus ſanctus: addit deinceps; *Et metuant eum omnes fines terræ*. Quo loco docemur, has treis diuinas perſonas vnum Deũ atque vnam ſubſtantiam eſſe. *a* Nam Deus in perſonis Trinitas eſt, & in vna natura vnus eſt. Spiritus ſanctus eſt nexus, atque patris & filii mutuus amor. Qui donum etiam appellatur Dei: quia dona & beneficia à Deo in nos nullis noſtris meritis collata (*b* nihil enim laudabile nobis ineſt, quod à parente noſtro Deo non acceperimus) omnia conceſſu & munere Spiritus diuini ſunt nobis tributa. *c* Eius effectus plures ſunt ac mirifici, & ampliſsima quædam munera ab ipſo tanquam à perenni bonitatis fonte orta atq; ducta. Nam vt mundi creationem conditarumque rerum prouidentiam & gubernationem omittam, viuificatio propriè tribuitur Spiritui ſancto. *d* Quod quidem Ezechielis teſtimonium declarat: *Dabo*, inquit, *vobis Spiritum, & viuetis*. Præcipuos autem & maximè proprios SPIRITVS ſancti effectus idem Propheta enumerat: *Spiritum ſapientiæ & intellectus, ſpiritum conſilii & fortitudinis, ſpiritum ſcientiæ & pietatis, ſpiritum timoris Domini*. Quæ dona Spiritus ſancti appellantur. Ex quibus Chriſtianam vitam moderamur, & ſentire poſſumus, an Spiritus ſanctus ſit in nobis. *e* Verùm præ cæteris eius ampliſſimis donis efferenda eſt gratia illa, qua iuſti ſumus

a Aug. de fide ad Petrum.

b 1. Cor.

c Effect⁹ & dona Spiritus ſancti.

d Ezec. 37.

e Gratia iuſtificans.

sumus & filii Dei, cælestisque vitæ hæredes, *quæ signat nos Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis æternæ.* Hæc igitur gratia nostras mentes arctissimo amoris vinculo coniungit cum Deo. Vnde efficitur, vt pietatis studio incensi respiscamus, & nouum vitæ genus, quod cum Christiana fide maximè congruat, instituamus, a *ac diuinæ naturæ participes effecti*, b *filii Dei nominemur & simus*. Cùm hic diuinus SPIRITVS nobis ineſt, mentes nostras à terris ad cælestium contẽplationem erigit. Illo in nobis manente cælestiũ rerũ exardescimus cupiditate & desiderio, inania, quæ sæpe ad se allìciunt, bona despicientes. Sine hoc diuino hospite humi repimus, tenebris circumfusi, obscura inscitiæ caligine operti: nec mens quicquam pulchrum & magnificum molitur. Splendidi, sancti, ac diuini cogitatus oriuntur ab hoc viuo & perenni bonitatis fonte, vnde cuncta manant bona. Ab hoc sole collucent animæ, ab hoc lumine fluit lumen, quo fruimur & supra nosmetipsos altiùs à terra tollimur. *c* Is est amoris ignis, qui nostros animos pietatis diuinique cultus studio mirabiliter incendit. Est patris & filii communis amor, est flatus diuinus. Hic ille DEVS est & amor, quo cuncta creata sunt; cæli, terra, stellæ, Angeli, homines, animalia quadrupeda, alites, quæ

a Sanctificãs præcipuum donum Spiritus sancti. *t Ephe. 1. 2 2 Pet. 1* *b 1 Ioã. 3 Ioan. 1.*

c Attributa Spiritus sancti.

pennis volantes aëra secant, arbores, plantæ, herbæ, prata viridantia, aurum, argentum, & reliqua metalla. Quæ omnia cum cæteris creatis rebus, ni prouidentia sua conseruaret, in nihilum recíderent. Hic SPIRITVS cælestis verus est amor, quo DEVS homines & homines vicissim DEVM amant, atque cælites & mortales se mutuò diligunt. Is est summus cæli amor & terræ, qua cuncta calent flamma: est arctissimum charitatis vinculum. *Veni creator* SPIRITVS, *mentes tuorum visita, imple, quæ tu creasti, pectora gratia diuina.* Tu enim es consolator optimus, donum Dei altissimi, ignis, amor, paradisi fons perennis & viuus, animarum singularis medicina. Tu es æterni Dei virtus, tu digitus, qui terrarum orbem & cunctas res creatas procudit. Tu veteris legis Vates diuinis sẽsibus affecisti, tuoque lumine, vt vera prædicerent, illustrasti: nec non Sibyllæ fama notissimæ furore tuo diuino incitatę pulchre quidem & verè futura diuinarunt. Tu, Domine, sanctos Apostolos tua scientia atque dicendi copia & vbertate linguis omnium Gentium compleuisti. Qui egregiè instituti sapientia tua & virtute diuina muniti Euangelicam fidem atque doctrinam longè lateque per vniuersum orbem dissẽminarũt. Per te Domine genus hominum, Dæmonis instinctu prostratũ in tenebris, diuinis sensibus incitatur, vt altiùs à terra in cælum tollatur. Omnibus

sine

sine vlla exceptione tuæ bonitatis & lucis copiam facis, simulatque ex materno vtero editi prodeũt in hanc lucem. Per te Domine, perpetuæ mortis, quam humani generis parentum culpa nobis peperit, pœna damnati sempiternam miseriã Dei notitia effugimus; qua beatã immortalemq; vitã comparamus. Tu Deus noster, largiris nobis Spiritum, quo superioris vitæ scelerum odio incitamur, ipẽ veniæ cõcipientes, & vires atque robur addis ad diuinis mãdatis obtẽperandũ; nec nõ, quæ tua est bonitas, nostra obliuione deles peccata, nosque vt veterem hominẽ cũ suis actibus exuamus, nouũque, qui secundũ Deũ creatus est, Christum Iesum, hoc est eius virtutes, induamur, efficis. Tu nos, fãcte Spiritus, sancto amore incendis, & vita æterna dignos facis. Tu enim es donũ Dei Patris, quẽ per te cũ filio ac te vtriusque Spiritũ cognoscimus. Cùm salutaribus aquis expiamur, te ad vitam spiritualem renascimur, deterſa, quã ex origine cõtraximus, macula. Tu vitã & Spiritum tribuis mortaliũ animis: qui gratiæ tuæ viribus ad omnẽ laudẽ in dies excitãtur, & bene agentes, ad cælestẽ patriã perducuntur. Quæ gratia nullo ferè aut paruo nostro labore, sed tuæ benignitatis concessu & munere, nobis cõmunicatur. Non enim huius vitæ labores, dolores, ægritudines, atq; miseriæ, vel si omnes in vnũ cõfluant, æternæ vitæ præmia sine tui diuini numinis afflatu mereri possunt.

a Sine Deo nihil possumus.

a Nihil enim sine te laude dignũ efficere possumus: quia à nobis nihil & peccatũ sumus, vnde fit vt nostræ actiones quantumuis honestæ, à nobis sine tuo numine susceptæ, nihil aut parum valeant. Mentes nostras non sólùm, optime Deus, è tenebris eductas ad virtutem inflammas: sed nostris etiam actionibus te ducem & mirificum comitem præbes, eisque pulchritudinem atque dignitatis splendorem adhibes. Vt enim herbæ & plãtæ, ni eas terra succo suo aleret, arescerent: haud aliter etiam nostri labores & operæ parum certè sine tuo numine valerent. Innumeris quotidie periculis patemus, hostis perennis imminet semper nobis de nostra pernicie cogitans, incepta nostra præclara interpellans, mille, quibus nos irretitos teneat, peccandi laqueos tendens: vt in sempiternã nos secum miseriam trahat: tu tamen, quæ tua humanitas est & benignitas, eius insidias patefacis, impetus frangis, tela retundis, & tua luce tenebras, quibus nos circumfudit, dispellis. Occidentibus nobis opem affers. Omnibus liberalitatis tuę lux lætissima oboritur, omnes diuinis sensibus afficis, & lucis tuæ radiis illustras, nec quisquam est, qui tua in se dona & munera claudi sentiat. Atqui vniuersos ad te allicis, atque suaui amoris tui igne accendis. a O nimium infelix ille, qui diuinos afflatus tuos contemnit, tuisque monitis aures claudit, nec te cælestẽ

a Infelix qui diuinũ afflatũ contemnit.

Patrem

Patrem ſalutariter præcipientẽ audit. O miſerũ & infelicẽ illũ, qui tibi in amore nõ reſpondet: quo efficitur, vt ſibi ipſi inuiſus lucẽ oderit & tenebras amet. Quo quis te libentiùs audit, eo illi numen tuũ præſentiùs adeſt, eo donis amplioribus & muneribus à te ornatur. Nec vnquam deſeris, niſi prior ipſe ſe deſerat, cui ſemel indulges. Infelix ſimulatque turpi peccati labe inficitur animus, fit repentè cæcus, & huc illuc errat, de aperta & recta via, quæ ad vitã ducit, declinans. Statim ab iſta impura & ſordida habitatione diſcedis. Tũc miſer ſẽtit, ſe à tua gratia decidiſſe. Vnde fit, vt in peius quotidie ruat, & cor eius etiã atque etiam obtuſiùs rigeſcat. Qui paulo antè ſemetipſum in felici gratiæ ſtatu florentẽ & cæleſti lumine collucentẽ viderat, & diuinarũ rerũ ſuauitate atq; dulcedine recreatũ, nunc miſeranda opertus caligine humi repit, & turpis voluptatis cæno vt lutulentus ſus volutatur. *a* Qualis, qui modò egregiis clarus armis, equo vectus tendebat honeſta & liberali forma adoleſcẽs, omnibus eſt ad aſpectũ pulcher: ſi tamẽ, cũ primũ caſtra ſubit, fortè acta ſagitta eũ hoſtis cõfixit, ex equo decidit extinctus, priſtinã oris dignitatẽ amittit, viſuq; deformis eſt & grauis fætore: ſic animus, vt primũ abea diſcedis, iacet in tenebris & vmbra mortis, õnibus formę atq; dignitatis ornamẽtis ſpoliatus ad ſummã venit deformitatẽ. Id certè maximè apparet in lucifero, qui ſideris inſtar

a Pulchra ſimilitudo

instar matutini cælo collucebat. Is, vbi ob superbiã & arrogantiã nõ ferendã à Deo Parente & creatore suo defecit, ex altissima illa sede vnà cum reliquis desertoribus Angelis, illa luce, qua antea mirificè fulgebat, exutus, deturbatus est, atq; in obscurissimũ terræ carcerem sine vlla dignitate inclusus. Qui quidẽ turpissimis ignominæ maculis inustus æternas superbiæ suæ pænas luit. Sed pro tua bonitate, nõ vt quis te perennẽ bonorũ fontem derelinquit, illico ab eo recedis: immo frequenter sancti tui numinis afflatu prosequeris, & cor remulces, vt ad te redeat. Vt enim pia mater & clemens quærit filiũ, ob admissa flagitia domo profugum, illius insistens vestigiis, & vocat eum in siluas ab ditũ, nunc prece alliciens, nunc irata minas iactans, timens ne à feris deuoretur, néve fluminis voraginibus obruatur: sic tu etiam Domine prosequeris misericordia cõmotus, & semel atque iterũ vocas auersum à te, atque salutis (eheu) suæ oblitũ. *a* Qui si vocẽ tuã audierit, & admissa peccata dolẽter sacerdoti patefecerit, mox iterũ apud eũ dulcis hospes manẽs, & in pristinũ gratiæ tuæ locũ restituis: idque nõ semel atque iterum, sed sæpissime, sed toties, quoties à peccatis auersus ad sanitatem redierit. Quare nemo desperet; quia dum in humanis est, veniæ locus relictus est. Tantæ Deo curæ nostra salus est. O ter quaterq; fortunata anima, quæ ab omni sceleris labe pura & casta

a peccata sacramẽto panitentiæ remittuntur

tam

tã ſancta deſuper afflatur aura, tãq; ſuaui incenditur igne. Illa Deum, Deus illam amore cõplectitur, & ambo ſibi tãquã ſpõſus & ſpõſa in amore caſto reſpondent. Quicquid agit, charitate inflãmata præſtat, & tuo in amore atque beneuolentia cõquieſcit. Quæ cũ tota tui amore exardeſcat, fit, vt fluxa & inania, quorum ſplendor multorum oculos præſtringit, contemnat, ac pro nihilo ducat. Iam verò amor Dei amorẽ etiã excitat proximi. Sed ante alios illi felices & fortunati fuerunt, quibus ſemper ab ortu ſuo ad exitũ vſque vitæ, perpetuã ob vitæ innocentiã atque integritatẽ, tuũ ſemper amicum numẽ præſens fuit; nec illud vnquã ex animis excuſſerunt. His (quorum tamen mira fuit paucitas) egregia tui numinis aura cõtinenter indulſiſti. Sed vna poſt filium inuiolata Dei parens MARIA, quæ tua opera & virtute Ieſum concepit, vim tuam cæleſtem, tuum ſanctum numen omniũ maximè exhauſit atque conſeruauit; Cuius ſacræ Virginis ſponſus tu es amabiliſſimus; in quã vim & magnitudinẽ tui amoris, potiſſimùm contuliſti. Pectus illud Virgineum totum amore tuo diuino flagrabat, & ignis tam ſancti ſcintillas ardentis inſtar fornacis longè lateq; agebat. Quanta verò in partu ſuo Virgineo à te lætitia & gaudio perfuſa fuerit, nec dici nec fingi poteſt. Sed multo minùs verbis exprimi aut animo cõcipi poteſt, quãto tui amoris Chriſti Ieſu animus intus flagrauerit igne;

qui

qui, quacũq; ibat, dulcẽ toto corpore iactabat amorem, eximia oris ſpecie & formæ dignitate omnium in ſe oculos cõuertens, omneis ad ſui beneuolentiam alliciens. Loca omnia ſacris eius veſtigiis impreſſa, vel ipſi montes & deſerta mira amoris dulcedine redundabant. Ignis es, diuine Spiritus, pax, & concordia, qua homines inter ſe concilias, & ſentẽtiis voluntatibuſque coniunctiſsimos reddis. O miſeras & infelices vrbes, domos, quę igne tuo non flagrant. Tu Domine humanis inſeris cordibus pacem, ſalutemque & lętitiã mortalibus affers. Per te, qui ſummum es bonũ, conquieſcunt bella, lites, inimicitię, rixę, & cõtẽtiones. Tu Reges & principes ſanctiſſimo pacis fœdere coniungis, & coniuges vno iugo aſtringis, & arctiſſimo amoris & cõcordiæ vinculo deuincis, hominũq; inter ſe pacta, fœdera, & condiciones firmas. Quicquid pulchrũ & ſplendidum animo concipimus, & actione ſuſcipere conamur, aſpicis; & vires curſu in medio nobis, ad id præſtandũ & operi mãdandum, addis. Sed vt noſtræ actiones ad optatum exitum perducantur, earum à te initiũ proſtrati ducimus, ſancto tuo ritè implorato nomine. Tũc nobis ades appellatus, & noſtros animos à peccati ſordibus puros & caſtos, à falſis & inanibus voluptatibus, ad vera & ſolida gaudia traducis, & ampliſſimis gratiæ tuæ ornamentis excolis. Tu matutinus imber & veſpertinus, qui de cælo defluẽs cor-

da

da noſtra arida rigas: quæ vitali rore reſperſa fructus efferũt pietatis, iuſtitiæ, honeſtatis vberrimos atq; præſtãtiſſimos. In rebus dubiis & incertis, in quibus difficilis eſt deliberatio, ſtatim nobis rite vocatus lumen tuũ præfers, quo illuſtrati facilè, quid optimũ factu ſit, perſpicimus. Tu mæſtorũ ac triſtiũ ſolatiũ es ſingulare, tu ſumma animorum lætitia, dulciſq; illorũ hoſpes. Tu procul timorem pellis, & animis intentos terrores arces, formidoloſos forti præſentiq; animo firmas. Omnibus tãdẽ in periculis nobis ades & occurris paratus: quæ quidẽ tua ope facilè declinamus. Laus tibi ſit & gloria, Deus meus, pax, requies, & ſũma hominũ voluptas. Huc ades, & mortalium corda igne tui amoris incẽde. Huc iace ſancta de ſede tua (nũc enim, ſi vnquã fuit, peropus eſt) ardẽtẽ charitatis facẽ, quæ totũ orbẽ ſãctis ardoribus incẽdat. Veni ergo ſancte Spiritus, noſtriſque illabere mentibus aura potens, amor omnipotens, aurea cœli flamma.

De funeſta Iudæorum clade à ſancta Dei genitrice Virgine prædicta.

CAPVT XXIX.

QVemadmodum Virginem cum Apoſtolis aliiſque compluribus, qui illic erant, Spiritus ſanctus repleuerit, linguiſq; omniũ gentiũ, ad verã religionẽ in toto terrarũ orbe diſſeminãdã, diſertos & eloquẽtes reddiderit, *Apoſt. Act.*

ſatis

satis explicatum arbitror capite superiore. Sed integerrima Dei genitrix Virgo insigniter magis quàm cæteri illuminata, & gratiæ muneribus ceteris; donis exculta est & ornata. *a* Itaque Sacratam in hanc cellulâ, virginalem hanc in aulam, Deisecreta omnia conclusa sunt: recondita Matri suæ arcana cæli Rex patefecit, purissimum illud vas sibi adornauit. Ipsa verò consulentibus, tanquam Spiritus sancti oraculum, responsa dabat. *b* Ac prædixit primùm, funestissimam Iudæis cladem & vastitatem illatum iri, quia innocentem filium crudelissimis exēplis & acerbissimis cruciatibus occidissent: eorumque terrima in illum crudelitas fuisset omnium ferarum immanitate superata. Quorum præsentis sceleris & impietatis pœnæ erant in diē reseruatæ à Deo: & quamuis eius filio manus attulissent sacrilegas, cuius ne vultum quidem sustinere religio cogebat; iracundiam tamē tunc cohibuit, grauesque tanti sceleris pœnas distulit. Quas seras tandem, sed iustas ac debitas, dederunt. Cædem autem, quę dignè eorum ceruicibus impendebat, pia & misericors Vates deflebat: eiusque magnam misericordiam capiebat. *c* Iudæorum perfidiam & impietatem multis Prophetarum oraculis, sacris in litteris legimus contestatam. Audiamus Deum in Deuteronomio clamantem: *Erunt Gētes ad caput, incredulus autem populus ad caudam.* Nam Gentes, quibus diuinę liberali-

a D. Aug. lib. 1. de Trinit.

b Virgo egregia prophetissa.

c Iudæorū perfidia.

ralitatis lux est obortа clarissima, sunt in excelso & illustri glorię loco locatæ. At Iudęi perfidi, quia in Iesum Christum Dominum nostrum ex purissima MARIA virgine natum non crediderunt, sed & eum insuper occiderunt, sunt apud omneis nationes abiectissimi, & cunctorum execrationibus & sibilis explosi. Quibus certè nihil est abiectius, nihil sordidius, vt enim qui Deum piè castéque venerantur, in summa sunt apud omneis laude & gloria: ita qui Deum à se repellunt, nec illius numen, qua debent, pietate prosequuntur, sempiternis dedecoris ignominiæque notis inurentur, cunctorumque pedibus trahentur. Iudæorum etiam impietatem his verbis Ieremias insectatur: *d Prauaricatione prauaricata est in me domus Iuda, ait Dominus. Negauerunt Dominum, & dixerunt, non est ipse.* e Idem Vates alibi in eandem sententiam sic de illis loquitur: *Verbũ Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis.* a Quod verbum quęso? Hoc vtique de virgine MARIA carnem factum. Quam sapientiam? æterni PATRIS sapientiam. O stulte, fatue, excors, Hunc Dominum, in quo omnes sapientiæ & scientiæ Dei thesauri sunt recõditi, projicis? b Audi etiam Esaiam, ô Iudæe, perfidiam tuam diuinitus prædicentem: *Audite me duro corde, & qui longè estis à iustitia, propè feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur.* Quam iustitiam

d Thren. 5.
e Ierē. 8.
a Ioā. 1.
b Isaiæ 46.

& salutem? hunc Dominum ex integerrima Virgine natum, in quem credentes iustitiam & salutem cõsequuntur. Quem quia tua perfidia à te repulisti; longè est à te. *Educ foras*, dicit etiam de te Isaias, *populum cæcum & oculos habentem, surdum & aures sunt ei.* Quid autem non videntem & quid non audientem? nisi hunc filium Dei ex Virgine natum, & omnia, quæ sanctorum Vatum oraculis sunt ad sempiternam memoriam de illo consignata? Audi etiam Oseam Iudæe, sempiternam tibi cladem prædicentem: *væ*, inquit, *eis, quoniam recesserunt à me, vastabuntur: quia prævaricati sunt in me, & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacium.* Cedo, à quo recesserunt? vtique à me: quia humilem videntes hominem, contemnunt, & Deum credere nolunt. Quod certè, quia humilis in terris apparere dignatus est humanæ salutis causa, Iudæos, vt ardentiùs CHRISTVM amarent, religiosiùs colerent, libentiùs amplecterentur, & alacriùs eius voluntatem cum salute sua coniunctam sequerentur, multo vehementiùs excitare atque inflammare deberet. *a* Nam & quo Deus hominis causa se magis demittit, eo ab homine amplius coli & religiosiùs debet. Quod si aliter facit, omnem humanitatis sensum exuisse putandus est, & feris ipsis dirior atque immanior existimandus. Quod autem mendacium locuti sunt? Non est ipse?

a D. Greg.

Quare

Quare non est ipse? *b quia vidistis eum, & non erat aspectus, desideratis despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem ferre infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius & despectus: vnde nec reputauimus eum.* Quibus sanè verbis vestra perfidia, Iudæi, significatur & apertè declaratur: quibus visus est Christus in passione non habere speciem neque decorem. Vnde neque adduci potuistis, vt credieretis illum esse Deum. Tu perfide, impie, dire, & crudelis Iudæe, quem cæli, terra, Angeli, homines, omnesque res creatæ autorem suum agnoscunt, prædicant, & laudant, post tot tantaque ab eo in te collata beneficia, negas? An expectas Antechristum, quicũ pereas, & in sempiternam miseriam descendas? cur igitur hunc Dominum, quem, cæli & terræ opificium, maria crasso aëre circumfusa suum autorem & conditorem colunt & venerantur, negas? cur in illum non credis? Quia humilis natus est, & extremum supplicium atque ignominiam per tuam inuidiam importatam pati dignatus est, ob id credere non vis, hunc esse Deum? vel id potissimùm (quod tua cæcitate & pertinacia non agnoscis) opus, in quo diuinæ benignitatis pari cõiunctæ potestati lumen maximè elucet, ardentissimis amoris facibus animum tuum inflammare deberet. Quid? quòd Gentes nulla ante hunc Dominum ex Virgine natum æterni Dei, viui, & veri cognitione

b Isai. 53. 5.

illustres ad eum amandum colendum, & sanctissimè venerandum vehementer excitauit, illud te ab eius notitia, cultu, & laude abducet? Quod Gentes, vt Deum cognoscerent, suspicerent, & amarent, vehementer impulit, id vos Iudæi à Christi fide, & cultu remorabitur? Innumera extant sanctorum hominum (quorum vos assiduè volutatis, scripta, nec tamen cæci furore & amentia intelligitis) expressa monumentis vestræ perfidiæ & immanitatis testimonia, quæ passim sacras litteras legentibus occurrent. Sed hæc ex multis attigi, quibus tuam, ô Iudæe, infidelitatem, crudelitatem, & perfidiam multo antè contestatam agnosceres, & te colligeres. a Quare redi ad te, resipisce iam, quandiu licet per Dei, à quo impiè defeciſti, benignitatem, quæ tibi ad resipiscendum diem statuit satis laxam. Si times, si veteris scelerum conscientia convictus ad hunc redire Dominum, adhibe diuinam Virginem patronam, cui libentissimè, quod tibi iustissimè negaret, concederet. Benignus enim est, & præstabilis super malitia. *Qui non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.* b Eò enim spectarunt verbera, spinea corona, conuitia, irrisiones, ludibria, crux denique in quam sublatus est à te Iudæe, omnes labores, dolores, & cruciatus, quos sacratissimo in corpore suo pertulit, vt omnes saluos face-

a *Iudæos ad resipiscendum cohortatur.*

b *Christi passionum fines.*

faceret, atque ad se traheret. Cuius eò progressa est benignitas, vt & illam sceleris impietatem singularem, qua se perfidi Iudæi & conscelerati homines CHRISTVM occidendo astrinxerunt, a illo sanguine, quem inimici effuderunt, diluere t, atque omnino tolleret. Quæ vos cogitatio, Iudæi, qui exules & vagi per orbem dispersi estis, bene de tanti Domini clementia & misericordia sperare iubet? Resipiscite iam miseri, & tantæ clementiæ diuitias & opes, ad vestram omnium que salutem propositas, nolite despicere, nec eas ad vestram perniciem & calamitatem sempiternam conuerteret. Quo enim huius Domini misericordia maior est in præsenti vita, eo etiam grauior erit ac districtior in futuro sæculo diuinæ animaduersionis seueritas his, qui eius abusi fuerint patientia. Appellate hanc diuinam Virginem, quæ cum omnibus piè implorantibus tum etiam vobis præstò erit. b Atque vt alacriùs eius patrocinium implorare possitis, cogitate illam ortam de tribu Iuda, ex qua vos originem ducitis, & gloriamini, in vestro genere tantam tamq; diuinam extitisse Virginem, quæ DEI Mater esse mereretur. Quid vobis glorioſius, quid ad laudem splendidius accidere poterat, quàm cæli Reginam, Angelorum Dominam, humani generis singularem patronam,

a *Aug. trac. 92. in Ioan.*

b *Virgo orta de tribu Iuda.*

tronam, DEI (quæ dignitas immensa est ac infinita) Matrem, infra quam, præter DEVM, sunt omnia, ex vestra stirpe profectam esse? Quare vestræ gloriæ inuidetis? quare illam gloriam, quæ vos mirabiliter illustrat, contemnitis? O cæcitas, ô stupor vsque eò progressus, quo vltrà non datur: siquidem eam gloriam, qua nulla maior, ne par quidem reperiri potest, vobis ipsi infensi obscurare vultis. Redite ad cor, præuaricatores, & abjicite vos supplices ad pedes huius Virginis, illamque quàm potestis obnixè orare, vt de vestra salute agat cum filio suo, & vestris peccatis atque perfidiæ illum, vt parcat, exoret. Exaudiet vos profectò, si verè & ex animo illius fidem imploretis, si eius vos fidei atque tutelæ quàm studiosissimè committatis; quia peccatorum aduocata est, quia suauis & mitis inter omneis est, quia sancta & immaculata Virgo est, quia deliciis affluens est, quia omnibus mansuetudinis & humanitatis ornamentis mirificè exculta est, quia tota pulchra est, diuinosq; oculos specie sua commouet, atque ad se rapit, quia Dei mater & virgo est. Quæ ideo ad dexteram filii vbique regnantis assumpta est, vt pro omnibus Euæ filiis in hac lacrymarum valle exulantibus tanquam singularis patrona oraret. Eia ergo cõfugite ad hanc ciuitatem refugii, ad hãc munitissimam

arcem,

arcē, antequam cęli, & terra, atq; vniuersæ res creatæ vestram incredulitatem & duritiam cordis grauissimè accusent, & contra eam pro Deo, magno vestro malo, pugnent. Tunc enim cùm iustitia diuinæ seueritatis vltrò vos comprehenderit, serò sapietis. Quare nunc, dum tempus est, à diuina benignitate pœnitentiæ indultum, resipiscite, & diuinæ liberalitatis lucem aspicite, antequam tenebræ vos comprehendant, antequam ad tartara perpetuo igne torquendi cum immundis spiritibus deuoluamini. Agnoscite CHRISTVM Dominum crucifixum, verum DEVM & hominem, ortum ex Virgine iustitiæ Solem, omnes homines in hanc lucem ingressos illustrantem lumine suo, neque aditum illi, quo minùs in vestras penetret mentes, præcludatis. *a* Fondamentum enim omnis iustitiæ & pietatis, (sine quo nihil laude dignum non dicam efficere, sed ne cogitare quidem potestis) & perpetuæ salutis est, animorum vestrorum aditus huic iustitiæ Soli ex integerrima Virgine nato patefacere. Qui si vobis illuxerit, & gratiæ splendorem attulerit, haud dubiè eius sancti SPIRITVS igne incensi, omnia pietatis & honestatis officia summa cum laude præstabitis, æternamque salutem comparabitis. *b* Nam lex gratiæ, quam nos Christiani homines diuina benignitate pro-

a Fūdamentū salutis.

b Lex gratiæ.

fitemur, vtrumque præstat: & quid sequendum nobis sit, quidve fugiendum, præscribit, & vires addit, quibus confirmati vitam ad præcepta diuina conformemus. Quam si legem seruare cupitis, eandemque ad Christianam fidem moderari, confugite, vt paulo antè commonefeci, ad Virginem matrem: quia hęc est porta cæli. Per hanc ad DEVM omnibus, qui salui
b Esa. 11 fiunt, patet aditus. b Ecce impleta est per hanc diuinam Virginem omnis terra gloria DEI. c Nam CHRISTVS sol iustitiæ ortus ex MARIA virgine vniuersum orbem nefastæ superstitionis caligine opertum luce sua compleuit, & ad suas laudes prædicandas inflammauit. Per hanc etiam Virginem, à qua vestra cognatio tantopere splendescit, eadem vobis lux oborietur, vt DEVM agnoscatis, & credentes salui fiatis. Nec verò vobis in mentem veniat, de ope & singulari huius diuinę Virginis dubitare patrocinio. Quia eius liberalitas, cùm in omniũ subleuanda miseria latissimè pateat, vobis certè angusta esse non poterit. Quia nihil ea ardentiùs cupit, quàm miseros subleuare, & filio suo reconciliare. Quòd si diuinus ille Paulus, dum adhuc in humanis esset, tanta generis vestri charitate te-
a Rom. 9 nebatur, a vt pro illo cuperet *anathema esse Christi*, nunquid non diuina Virgo tanto ardentiùs vestri, si ad sanitatem redea-

c Quãta bona per Virginem accepimus.

tis, amore flagrabit, quanto vt ceteris virtutibus, sic etiam charitate Paulo & Diuis omnibus ad gloriam antecellit? Quin illa, præter reliquos omneis vestrę stirpis sanctos, magnam ex vestra sanitate & conuersione capiet voluptatem. Iam si de illius vos adiuuandi studio & eximia charitate nullus est vobis dubitandi locus relictus, quid vos remoratur à conuersione? quid impedit, quo minus illam appelletis, cùm se adiri velle à miseris & calamitosis notissimum sit? Quæ cùm ita sint, quantum animis conniti potestis, quantum labore contendere, tantum facite, vt bene sentiatis, recteque faciatis: vt præsentes gratiæ & futuros gloriæ fructus quàm amplissimos capiatis.

De Mariæ virginis studiis, deq; temporis interuallo, quo à filii Iesu in cælum ascensu vixit in terris ad suam vsque glorioſam assumptionem.

CAPVT XXX.

TOtum illud tempus, quod ei à Iesu in cælum ascensu & sancti Spiritus aduẽtu ad suam vsque glorioſam in cęlum assumptionem vitæ reliquum fuit, ad Apostolorũ doctrinam & erudicionem contulit Angelorum Regina. Quibus ea benignè communicauit, potissimúmque Ioanni virgini, Salomes consobrinæ filio, fidei mysteria. Eadem spectatissimum vitæ exemplum, quo non illustrius vllum esse potest, præ se ferebat; om-

nibus puritatis documentum erat, & præclara vitæ præcepta dabat: omneis ad cultum & obseruantiam diuinæ legis diligentissimè cohortabatur: ex eius ore cælestis mentis instinctu diuina præcepta libere fluebãt ac fundebantur. *a* In concilio (quod primum Hierosolymæ habitum est ab Ecclesia) eloquenter, grauiter, ornatè, ac diuinitus suam in celebri illo illustrium virorum conuentu sententiam dixit. Deinde Hierosolymæ ad sanctam Sion cum fido custode, tota cõtemplationis studio addicta, cælestem in terris vitam agere; sanctissima ad imitandum exempla præbere, in sui cultum & pietatem vehementiùs omneis incitare. *b* Sanctam Sion Dei Mater, post filii ascensum, incoluit. Illinc Hierosolymæ loca, vbi crucifixus & sepultus Iesus fuerat, vnde ascenderat in cælum, frequẽtissimè aduisebat. Ac filii, cuius expressa imago dies noctesque illi ante oculos versãbatur, conspectu carẽs, in maximo fletu erat, totãq; se in eius morte (quod nobis faciẽdum est) cõmentanda ponebat. Verùm luctus ille iucũditate permixtus erat, dulces erant lacrymæ. Nam etsi filii desiderio angi illã necesse erat: tamẽ, cùm cogitaret, illum glorioßissimè in cælo triũphare, maximam capiebat lætitiã Virgo diuina, mirabiliter lætabatur. *a* Cùm autẽ in tota ætate paupertatem coluit, tũ vel maximè post filii in cælũ ascensum MARIA eam summo studio exquisiuit. Quocirca nullũ illi alẽdæ suroptũ

Cæcilio Hier. Virgo adfuit. Ruper. lib. 1. in Cãtic.

b Sãcta Sion Maria sedes. Cassius lib.

a Virginis abstinentia & paupertatis studiũ.

Ioan-

Ioannes suggessit. Nã illi, cui nullæ prorsus erant facultates & diuitiæ, suppeditare non poterat, quæ essent ad victum & cultum necessaria: & ipsa Virgo cum Apostolis grauem inopiẽ vltro & cõstãter ferebat: ac tenuẽ tolerabat victũ. *b* Dei igitur Matri eleemosynę suppeditabant, vnde aleretur: quæ se piorũ subsidiis & misericordi liberalitate sustẽtabat. Sed quid ei abesse poterat, quæ cælestiũ cogitationũ epulis saturabatur? & diuini Spiritus deliciis omni ambrosia & nectare gustatu suauiorib⁹ pascebatur? Neq; verò pecuniam ei ad corporis cultũ dari oportebat, quę vestitu induebatur non vario, non pretioso, sed honesto, & puritati suę præcipuè decoro. Cur autẽ vllũ ornatũ ea desideraret, quæ sole amicta erat, & stellis coronata? Habitabat in iis ipsis ędibus, in quib⁹ Iesus, pridie quã pro nobis pateretur, & cęnauerat, & in quas, clausis foribus, ad discipulos introierat; duriter & aspere vitã agẽs; ac se abstinẽtissimè gerẽs. *c* In eãdẽ domũ, vt in cælũ filiꝰ migrauit, cum discipulis, & aliis centũ viginti quinq;, vt vnà Spiritꝰ sãcti numine afflaretur, ea cõuenerat. *d* Domũ illã esse Marię matris Ioãnis, D. Barnabæ Cyprii cõsobrini, qui Marcꝰ etiã, aliqui opinãtur. *e* Eorũ autẽ opinio probabilior videtur, qui cẽsẽt, Zebedæi bonisõnib⁹ Caiphę vẽditis, locũ, qui Siõ vocatur, mercatũ, ac Zebedæo mortuo, illic etiã eiꝰ vxorẽ Salomẽ, D. Annæ sororis filiã cũ Ioãne filio, virgine perpetuo

b Mariæ Virtus eleemosyna.

c Cedrẽ. 154. Mariæ Domus d Canisius, 542.

e Cedrẽ.

petuo, iisdem in ædibus cum Dei matre habitasse. Domus ergo illa Zebedæi pecunia cõparata non ad filios Ioannem & Iacobum, qui Apostolatu electo, bonis omnibus & possessionibus cesserant, sed ad eorum matrem delata est: Ioannesq; non suo sed materno tecto receptus est. *a* Cæterùm quot annos integerrima Virgo mater post filii ascensum manserit in terris, variæ sunt sententiæ & opiniones. Nobis autem hanc subducere rationem, & hunc annorum numerũ licet cõputare. Etenim, vbi vitæ nostræ Solem edidit purissima Virgo, decimum-quintum attigerat annum. Deinde triginta treis integros cum filio & trigesimi-quarti partem egit. Ex quo, rectè subducta ratione, liquidò constat, tum, cùm Iesus cruci suffixus est, annos quadraginta octo plus minùs illam natam fuisse. Post filii verò mortem, sunt, qui opinentur, vnum tantummodo annum & menses sex egisse; ita vt quinquagesimum annum tantũ attigerit. Quidam existimant, ad quinquaginta nouem annos eam peruenisse, Vincentius septuaginta duob⁹, Cedrenus sexaginta duobus, octuaginta duobus annis Anselmus eiꝰ vitę terminum circũscribunt. Sed omnes ferè in eam conueniunt sententiam, illius ætatem ad sexaginta treis annos perductam fuisse. Huic communi sententię plurimùm tribuendum est: licèt nõ desint, qui censeant, ad prouectam ætatem eam peruenisse, annum-

a Quot annos Virgo post filii ascensum mãsit in terris.

Dei matris ætas.

Canisius, 531 532

Epiphã. & Glicas ex

numque septuagesimum vel omnino explevisse vel attigisse. *Sententia Cret. n. orat. de dormit. Virg.*

De sancta genitricis Dei & placida morte.

CAPVT XXXI.

QVanquã integerrima Virgo Maria nullum, vt ceteri omnes filii Adæ, peccatũ ex origine contraxit, quippe quæ semper à sui conceptus initio mũda fuit & casta, mortem tamen non euasit. Nec verò quisquam miretur, eius mortem & in cælũ assumptionem a sacris Euangelistis silentio fuisse prætermissam. Nam eorũ historia à Christi Iesu conceptu inchoata, vsq; ad eiusdẽ in cælũ ascensum perducta & illic definita est. Qua historia comprehendi non potuerunt quæ de virgine tunc, cùm vita functa est, & in cælum assumpta, acciderunt: quia multos annos filio superstes in terris vixit ad Ecclesiam instruendam & constituendam. Accedit etiam hęc ideo ab Apostolis silentio prætermissa esse, quia id vnum eis propositum erat, fides vt Catholica, Christiana præcepta, & instituta in hominum mentibus infigerentur, altiusque imprimerentur, sacris aquis expiarentur, & Christi Iesu clarum & diuinum nomen toto orbe terrarum spargeretur, laudibus vbique celebraretur, & ad eius notitiam, cultum, & religionem homines

Vide caput de concept. Virg.

De morte Virg. cur ab Euang. & Apostolis nihil scriptum.

nes perducerentur. Nihil igitur erat Apostolis in votis ardentius, quàm vt Gentes omnes & nationes in Christi Iesu verba iurarent, in eius militiam nomen darent. Id cùm potissimùm agerent, & eò omnes suas curas & cogitationes conferrent, eas aliò deriuare non poterant. MARIAM vti Adami & Euæ filiam mori oportuisse, nec communem conditionem recusare debuisse, quatuor potissimùm rationibus demonstrari potest: vna, vt veram filii humanitatem probaret: altera, vt eiusdem filii voluntati obediret, eumque imitatione exprimeret: tertia, vt gloriam sibi debitam compararet: quarta, vt nostram imbecillitatem corroboraret confirmaretque. Earum rationum quantum quæque valeat, quámque sit iusta, videamus. MARIÆ mors veram filii humanitatem probauit cõfirmauitque. Nam cùm Deus humanam naturam, vt eam sanctam, & ab omni sceleris labe puram, castamque redderet, ex Virgine assumpserit, hoc quidem notum omnibus & manifestum fieri oportebat, ad confutandos errores, qui contra hanc veritatem præmuniebantur. Ea re Manichæorum & Valentini hæresis confutata & extincta est: qui Virginem Angelo maiorem, ideoq; non mortalem audacter asserebant, & filium Dei humanam naturam non veram & eminentem, sed fictam adumbratamque ex Virgine assumpsisse falsò impii affirmabant.

Canisius, 546.

Canisius 543

Prima causa.

Manic. error D. Th. 3 sentent. dist. 4. quæst. 2

Qua-

Quapropter volens Christus Dominus ostẽdere humana se carne indutum fuisse ex genere Adami, (cuius culpa totum hominum genus perpetuæ mortis obstrinxerat pœna) noluit Matrem suam ex hac vita in cælum nisi per mortem migrare. Quæ mors communis cùm fuerit MARIÆ cum omnibus Adæ filiis, confirmat etiam atque probat, Christi humanitatem veram esse, & illam filiumque ex illo genere profectos esse, de quo scriptum est: d*Statutum est omnibus hominibus semel mori.* Nec verò inuiolata Dei parens cõmunem mortis conditionem, quam vt subiret, valde ex filii voluntate accidere sciebat, recusaret. Quin illa, quæ totum vitæ suæ cursum sanctissimè traduxerat, æquissimo & libentissimo animo mortua est. Qua ex morte summa ad Deum gloria redundauit: quia interiens mater filiũ, qui mortuus fuerat, imitatione expressit. Quandoquidem Christus se mortis legibus vltro subiecit, illis ea, vel si liberum sibi & concessum fuisset, solui nullatenus voluisset, nec se filio in hoc præferri & anteponi; ad cuius imaginem se totam cunctis in rebus semper prorsus effinxit. Etenim Christi vitam, vti in nitidissimum speculum, vbi bonorum omnium concepta figura & expressa virtutum omnium imago est, studiosissimè MARIA inspexit. Quoniã quidem Iesus Ecclesiæ caput mortalitatis nostræ condicionem pertulit, suam etiam sanctissimam

d *Heb. 9. Cam. sa.*

ctissimam maximè decebat Matrem, tanquã tanti capitis membrum omnium quidẽ præstantissimum, atque dignitate proximum, vitam corporis communi mortis condicione deserere. Sequitur tertia causa mortis Virginis. Quam etiam ideo obiuit, vt maior ad eam gloriæ cumulus accederet. Eam igitur, quæ gratia plena erat, Deo modis omnibus placere decebat, non solùm sanctis actionibus, cõstanti & probata vita, atque præclaris factis, (quorum semper in toto vitæ cursu gloria præter cæteros omneis floruit) sed etiam laboribus, ærumnis, acerbissimis doloribus, Dei causa æquo animo perpessis. Eo enim sancti Dei homines innumeris acerbitatibus & malorum telis, quibus humana vita proposita est, vexantur, illustriori vt in cælo corona gloriæ donentur. Iam verò cùm mortem omnes perhorrescant, quasi dissolutionẽ naturæ, & omnium rerum extremum, magni quidem & excelsi animi est, eam placatè & moderatè ferre; ob idque digni, qui gloriæ mercedem à Deo accipiat. Quare longè dignior apud Deum visa fuit præmio magnæ Matris MARIÆ prompta & parata moriendi voluntas, quia nullo peccato suo, à quo semper munda (vt sæpe hoc libro demonstratũ est) & pura fuit, eam commeruit. Quarta restat causa, quæ nos ad magnam immortalitatis spem erigere debet, nostræ timiditatis expulsio. Nam cùm omnes natura mortem per-

3 Causa

4 Causa mortis Mariæ.

perhorrescant, Virginis obitus recordatio facit, vt præsenti animo, omisso timore, è vita decedamus. Valde enim nostros animos leuat cogitare, nec CHRISTVM hominum generis Seruatorem, nec Matrem eius sanctissimam mortis legibus solutos fuisse. Nos igitur præclarè contra mortis impetum muniuit Mariæ discessus è vita. Cuius certè in mortis turbine versantibus iucunda est recordatio. Quis enim est tam angusto & fracto animo, qui, si diligenter cum animo suo consideret, inuiolatam Dei parentem fuisse mortis legibus obnixam, se omni metu & cura nõ liberet? nõ erigat? nõ se animo obfirmet? Placidissimo autem & maximè tranquillo mortis genere extremum vitæ diem clausit: quæ in filii cruce mortalibus doloribus exarserat: quo tempore dum in filium inspicit, & se diro spectaculo obiectat, veri martyrii laurea amplissimè ornata fuit, & inter omneis martyres gloria & honore decorata. Placida ergo mors, veluti suauis ac breuis somnus, eam cõplexa est: cuius in vultu pulcherrima esse mors videbatur. Ac tametsi morti fuit obnoxia, naturæ tamen terminos prætergressa est; quam nec mortalitas nec sepulchrum retinere potuit. *a* Nam cũm Mariæ incorrupta caro esset puritatis suauissimo odore respersa; sepulchri certè corruptionis non poterat non planè esse expers, & ab ea immunis. Itaq; ad exitum mortalis vitæ, cuius breuis est cur-

a Canisius 546. 165.

censum sanctissimè vixerat, ipso obuiam procedente ac præsente, cælestem cælo animam reddidit, Matrisque extremũ spiritum filius ore excepit. Tunc ille, cui diuini vbique debentur ac deferuntur honores, cuius gloria vix cælo capi potest, cuius laudes nullis terminis circunscribi possunt, summã in Matre decoranda pietatem præstitit. Eam namque eximiis atque insignibus, nulli præter illam concessis, honoribus exornauit, & in cælesti domo ad dexteram suam in excelso gloriæ throno collocauit. *d* Interfuerunt eius morti Apostoli, eorumque discipuli, & alii complures nascentis Ecclesiæ præstantes viri. Illius funeri à se & Timotheo pium cultũ delatum, Dionysius Areopagita grauissimus & Apostolicus vir testatur. Ii omnes siue absque miraculo illuc celerrimè conuenerunt, siue diuinitus, vt Abacuc Babylonem, vt per turbinem Helias, per aëra vecti eòdẽ celerrimè, quasi pennas habentes, aduolarunt: & Virginis laudes celebrarunt. Qui certè multas eius funeri lachrymas dederunt. *e* Mœrebant quidẽ ac flebant maximè sacratæ huius Reginæ interitum Apostoli piique omnes. Cuius mœroris nulla consolatio reperiri, nulla pars deponi poterat. Acerbissimo tũ luctu redundabant omnia. Illa Virgine, quæ columen Ecclesiæ fuerat, qua decus Christianæ Reip. nitebatur, quę propugnaculum murusque eius pacis & tranquillitatis fuerat, se orbatos, gra-

d Cretens. de Assumpt. Virg.

e Lucas omnium Virgin. mœrens.

uissimè ferebant. Id quod illis acerbiùs eo acciderat, quo angustiores erant Ecclesiæ termini, quæ nondũ latè fines protulerat ac produxerat suos. Quando Catholicæ fidei nuper iacta fundamenta & ædificium vix erectum erat, maximus Christianos inuasit mæror, cũ viderunt illam columnã, qua tantũ ędificium nitebatur, conuulsam esse. Qua columna si diutius sacrati illi parietes fulti ac præmuniti fuissent, non dubitabant, nullum vnquã vitiũ ab ædificio factum iri. Sibi Apostoli Dei Matrem, per eam filii vt voluntatẽ cognoscere eiusq; reconditos sensus tenere possent, diutius exoptabant. Hanc, dum recens Ecclesiæ fabrica altiùs consurgeret, sibi cupiebãt. Cæterùm dubitandũ non est, quin Ioannes, qui ante crucẽ vnà cum ipsa adstiterat, omnium maximè Mariæ obitum doluerit. Quãdoquidem Virginẽ Matris suæ Salomes cognatam Virgo Euangelista & Apostolus Matris loco piè colebat, sanctèque obseruabat. Interim eius funus celebri pompa exornatum, ardentissimis studiis & lachrymis non minùs quã laudibus celebratum est: sacratumque illud corpus, cuius statim splendore maior cœlo lux accessura erat, discipulis feretro dispertitim succedentibus, in Gethsamenem, qui locus in valle Iosaphat situs est, quàm amplissimè elatũ est. *a* Hæc est illa vallis Iosaphat, adeò in sacris literis celebrata; ad torrentẽ Cedron inter monteis Sion & Oliuetum, quo tã frequenter

a Vallis Iosaphat

quenter Iesus conuenit, vbi Patrē orauit, vbi osculo proditus est, captusque, & nostræ salutis iacta sunt fundamenta: vbi denique, vt præmia bonis, supplicia malis discernat, verus iudex sedebit. Conuenerant ad exequias honestandas multi, cùm sanguine tum studio & religione Virgini quàm maximè coniuncti. Eos, cùm priùs morti interfuissent, ne saum obitum lugerent flerentque, magnopere etiā atque etiam hortata fuerat. Vnà omnes, qui conuenerant, quanta maxima pietate & religione potuerunt, Angelorū Reginæ funeri supremo die iusta persoluerunt. Præferebantur plures cerei, ponè multi accensa lumina gestantes sacrum corpus sequebātur. Obdormiuit ac in cœlum assumpta est sacratissima Angelorum Regina, si eorum opinionem sequimur, qui eius ætatem annis LXVI constitisse censent, anno à partu suo virgineo XLIX. Quo anno Apostolorum Princeps, qui primus in Christi locum successerat, super quo solidissimis columnis Ecclesiæ ædificium Dominus erexit, in Pontificatu Romæ sedebat, Claudio Cæsare imperante. Ibi beatus Apostolus annos sex post Antiochię Episcopatum, iam cùm in cœlum Virgo migrauit, Sacerdotali Cathedræ præfuerat. Atque hæc de placido & maximè felici è vita Virginis discessu.

mentis exculta, cunctis gloriæ monumentis laudûmque insigniis eximiè cumulata supra vniuersos Angelorũ choros consedit. Virginem illã, per quã Deus hominũ genus humi prostratũ erexit, perditũ recreauit, & in pristinam dignitatẽ multis tamen partibus amplificatã reuocauit, per quam replentur cœlestes sedes, beata immortalisque vita excepit, vbi gloria & honore florebit sempiterno. Atqui pura Virginis anima solis radiis lõgè lucidior simulatque superas sedes attigit, vniuersos cœlites lætitiis omnibus, quibus iam cumulati erant, longè perfudit. Cæterũ mortales, tametsi serena illa facie, illo iucundo conspectu, augusto illius vultus contuitu ægre carere cœperant, summo gaudio expletos fuisse, credẽdum est. Si quidẽ in cœlo Dominam suã præsidio sibi futurã sentiebant. Quæ ideo in cælũ migrauit, vt humani generis salutis causam ad se delatã apud æternũ iudicem patrona ageret, ad cuius dextrã ipsa consederat. Quæ vt gratia, sic etiã gloria, quæ par gratiæ & æqualis fuit, longè vniuersos superauit. Quòd si Deus vult, vt & suus ibi, vbi ipse est, seruus sit & minister, quã amplè illum & magnificè de Matre sua augenda & ornanda censendũ est cogitasse? Dicendo exprimat, qui animo id cõprehenderit. Iã si immortalitatis, quæ Deus diligentibus se constituit, præmia nec verbis exprimi, nec oculis cerni, nec mente concipi possunt, nemo, nec Angelus nec homo, Vir-

ginis, quæ Deum genuit, & præ cunctis amauit, gloriam ne cogitando quidē animo complecti, nedum consequi verbis aut sententia posset. Meruit ergo supra omnē cœlestis militiæ exercitum efferri Virgo diuina, de qua natus est Christus Iesus verus DEVS & homo; & virtutum ornamentis, quibus eximiè exculta erat, pari gloria cumulari. *a* Nulla ei de virtutibus abfuit: sed omnes simul in eā conclusæ erant. Etenim Angelica puritate refulsit, Patriarcharū fide illustrata, Prophetarum spe sustentata, Apostolorū charitate incensa, martyrum patientia munita, Virginum castitate pura & splendida fuit, cunctisque laudibus ornata. Quarū multitudine, dignitate, & amplitudine vniuersos Angelos & homines longissimo superauit interuallo. *b* Audiamus magnū Gregorium hæc de Virgine dicentē: *Mons sublimis fuit Maria, qua vt conceptionem æterni verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes Angelorum choros vsque ad solium deitatis erexit.* Cuius præcellentissimā dignitatem Isaias Spiritu afflatus diuino præuidens ait: a *Erit in nouissimis diebus præparatus mons Domini in vertice montium.* Mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo MARIÆ supra omnes Sanctos refulsit. Hactenus magnus Gregorius. Tot ergo tantisque laudibus cæli Regina abundauit, tot meritis refulsit, tot virtutibus resplenduit, vt eis nulla par oratio non dicam exornandis, sed

a Maria virtutibus omnibus ornata.

b D. Gre. in 1. Re. c. 1.

a Esai. 2.

ne

ne enarrandis quidem possit reperiri: quia maior est omni laude, nec quisquam mortalium nec cælitum Dei Matrem satis dignè laudare potest. Quamobrē par fuit, eam gloria maximè omnium excellere, quæ virtute & omni genere laudis plurimum præstitit. *c* Arca illa, quam summa elati lætitia transtulerunt Dauid & populus Hebræorū à domo Obededon, typum gessit MARIÆ glorioſæ in cœlum assumptionis: quam hodie inuictissimus cœlestis militiæ exercitus summo expletus gaudio excepit, & amplissimis laudibus celebrauit, quantum voce cōtendere potuit, sic eam appellans: Felix faustusque sit nobis tuus aduentus, ô Regina & Domina nostra, eamque tanquam arcā viuam, quæ in se continuit manna, hoc est CHRISTVM, panem viuum, qui de cœlo descendit, ad excelsum thronū gloriæ perduxerunt. Hilari admodū ac benigno vultu, singulari honore & gloria complexus est filius Matrem suam sanctissimam ac dignissimam. *d* Vt enim nec in terris locus dignior est, virginalis, in quo æternum Verbum conceptum est, vteri templo: nec in cœlis sublimior solio, in quo ornatu regali MARIAM Angelorum Reginam collocauit Rex regum MARIÆ filius. Quæ quidem suscepta fuit à filio eo honore, qui talem Matrem decebat, ea gloria, quæ tanto filio digna erat. Dulcia quidem oscula fixit Virgo Mater filio suo in gremio la-

c Arcæ testamenti typus Virg. assumptæ

d Bernar. de assump.

ctenti: sed longè tamen dulciora dedit filiæ hodierna die Matri suæ ad Patris dexterā se-
a Nicephor. Callix. lib. 2. cap. 1. Hieroso-lym. Epi. dens. a Sed iam ad Apostolos in Gethsamenem, vnde digressa est, reuocetur oratio. Postquam enim quàm amplissimè supremo die suo MARIA elata, & sacratissimo corpori sepulchrum piè sancteq; in Gethsamene datū est: Apostoli, qui nec à sepulchro abduci nec amissæ Virginis desiderium ferre poterant, totum triduum illic commorati sunt. f Quando quidem tam suauibus cantibus eorum aures sine intermissione vlla demulcebantur, aërq; Angelorum dulcissimis ac diuinissimis vocibus & concentibus personabat: vt illic sancti viri iucundissimè retinerentur, nec inde possent auelli. Interea Apostolus Thomas, qui abfuerat, cælestis regis, cuius secreta & recōditos sensus nobis penetrare nō licet, instinctu illuc conuolauit. Is, quia Virginis funeri (quod acerbissimè tulit) non interfuit, sacri eius visendi corporis æstuauit desiderio. Morem illi gestum oportuit: ac sepulchrum apertum est. At solùm vestes, quibus obtectū & conuestitum fuerat diuinum corpus, illic repertæ fuerunt. a Namq; ad cælum illud iam fuerat assumptum, (quod quia conceperat, & in sua viscera filium Dei clauserat, par erat, corruptionis expers esse, & ab ea immune) vt quando anima admirabili luce æternas sedes ornarat, illic itidem cælestis nitor à puri corporis splendore magis colluceret. b Quæ
f Damas. orat. de Virg. assum. 354
a Cresten. de dorm. Virg.
b Maria summa

lætitia,

lætitia, proh sancte Christe, tunc triumphantem illum exercitum excepit? quam amplè, & magnificè, quàm honorificè ad cæleſtes triumphos MARIA omnium triumphorum decus & ornamentum vocata eſt? quàm ampla & præclara trophea defixa? quàm inſignes in tropheorum excelſa baſi inciſæ inſcriptæq; litteræ, virginitatis puritatiſque ſempiternæ teſtes. Hæc nec dicendo explicari, nec cogitando percipi poſſunt. *c* Itaque MARIÆ anima cum eiuſdem corpore in cælum exceſſit. *d* Id quod à filio ſæpe ipſam precibus contendiſſe, vt gemina felicitate animæ & corporis ornaretur, credendum eſt. Etenim pium hoc votum ſanctumq; deſiderium Dei Matrem maximè decuit. Quòd ſi multi pii homines reſurgentem Dominum & in cælum aſcendentem comitati ſunt à morte ad vitam reuocati, eorumq; rediuiua corpora à ſumma animarum, quibus coniuncta ſunt, felicitate ad ea redundante collucent in cælo: eadem vt eſſet conditione immaculata Dei Mater, & multo quidem meliore, permagni intererat ad præpotentis Dei gloriam, & ad eius Matris decus & honorem. Etenim quęcumque dona & munera, quæcumq; præmia & beneficia ſunt à Deo in pios ſanctoſq; homines collata, eadé omnia multis partibus aucta & cumulata fuerunt Matri ſuæ quàm liberaliſſimè tributa. MARIÆ verò nomen manet in terris ad immorta-

cum gloria ad cœlũ elata.

c Mariæ aſſumpt.

d Canisius 563.

mortalitatem, ad omnem memoriam & religionem cõsecratum, Illud semper mortales omnes & cœlites quàm amplissimis laudibus prosequentur. O Virginis longè lateque diffusa laus, nullis terminis definita, nullis finibus circumscripta, quæ omni sæculorum memoria vigebit, de qua nulla vnquam ætas conticescet, quam semper æternitas intuebitur. *a* O Mariæ virginitas, cuius radii magno interuallo exsuperant solis fulgorem, cuius splendor longè anteit stellarum lunæque nitorem: ac ei à filio in cœlo æternus honor sacratus est. Etenim virginitatem, quæ in terris pura & candida præfulserat, integram ad cœlum illibatamque detulit, amplissimis præmiis summoque splendore decorandam. Florentissimæ eius virtutis, quæ nunquam defloreſcere poterit, flos sempiternus erit, & viriditas semper vireſcet. Sed dum Angeli modulatè canentes palàm exultant, & MARIÆ laudes amplissimis enarrant verbis, cogitemus, quæ impuris Dæmonibus tunc ægritudo interceſſerit, quo extabuerint squalore, quo luctu. Ii Virginis ascensum perhorruerunt in aëre versantes. Nec verò mirandum est, si eius prospectus Cacodæmonibus timori est atque formidini, cuius vel solùm nomen auditum eos disflat atque dispellit. Itaque cùm purissima Dei parens ad superas sedes migrauit, aër purior affectus, superior æther sanctitate statim

a Maria Virginitas.

statim affectus est. *b* Nitida & præfulgens Dei Mater, quæ omni pulchritudine commendatur, quæ omnibus ornamentis exculta est, maximo ante filii conspectum eluxit splendore. Præterea, vbi primùm virginea luce sacri Angelorum chori conspersi sunt, clariùs explendescere cæperunt, non aliter quàm luna, quæ à solis lumine collucet. Beatorum verò animæ, quæ in cœlo beata immortalique vita fruuntur, in eam inspicientes, nihil æquè purum, nitidum, splendidúmve, post DEVM & CHRISTI humanitatem agnoscebant. Quapropter cœli, terræ omnes, insulæ, portus, maria, littora, Angeli, homines primum ei locum, post filium, cui proxima adhęret, libenter dant & cedunt, fasceſque submittunt: ipsam singulari laude excellentem colunt, laudant, prædicant. Ad eam laudandam omnes creatæ res sunt erectæ. Eandem præuidens Salomon diuino completus numine, tanta laude & gloria, tanta dignitate & honore decoratam, tot tantisque ornamentis præditam, testatur de illa: *c Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt, & Reginæ laudauerunt eam.* Quin etiam videns Ecclesia sancta, cœlum & terram Virginis specimen & pulchritudinẽ demirari, eã honorificentissimè appellat: *c Aue maris stella, Dei mater alma.* Cæli planè stella est MARIA propter summam gloriam, ad quam sua merita & singulares diuinæque vir-

b Virgil. lux & splendor.

c Cant. 6.

c Maria stella cæli, terræ & maris

virtutes extulerunt, & supra omneis Angelorum choros in cælesti sede, in excelso throno collocarunt. Est etiam mundi stella, propter iustorum consolationem, qui omnem animorum & oculorum contuitum in eam defigunt. Tum præterea stella est maris; quia in ea miseri omnes, & scelerum cõscientia conuicti, omnem salutis spem sitam & locatam habent. Qui certè, cùm se Virgini commendant, immensum misericordiæ pelagus inueniunt: amarum, cùm conteruntur, & admissa dolent peccata; dulce autem, cùm mœsti à clementi aduocata recreantur, & ad immortalitatis spem eriguntur. Cùm nauigantes aduersis ventis vsi, aliò, quàm quò cursum dirigunt, maris æstu abripiuntur, & tempestate huc illuc iactantur, spem concipiunt, fore, vt præsentem tempestatem mox tranquillitas consequatur: vt sedatis procellis ac turbinibus, quibus iactati huc illuc errarunt dispersi, stellam, quam è cõspectu amiserunt, reuisant, quam sequuti eò tandem, quò cogitant, prouehantur. Nos etiam, qui in huius mundi vastissimo mari & periculosissimo nauigamus, cùm ventis & perturbationum procellis agitamur & impellimur, cùm æstu intemperantię abripimur, ne animis cadamus, sed spe certa firmaq; nitamur, futurum, vt stella illa niridissima, hoc est Virgo MARIA, ad cuius ductum diui diuæq; omnes cursum in hac mortali vita nauigantes direxerunt, & portum salutis

Auctorit.

hutis occuparũt, nobis sedatis fluctibus affulgeat, & certo cursu in portum quietis & trãquillitatis perpetuæ, suæ benignitatis aura afflante, nos prouehat. Illud certè innumeri quotidie experti cognoscunt; qui à recta & ad virtutem directa via declinantes, diuinæ Virginis ope fulti & luce illustrati se colligunt & ad sanitatem redeunt. Cuius tanti beneficii memores, Virginẽ summa pietate venerantur. Qui verò qua semel irretiti sunt vitæ turpitudine, eam nunquam deserunt, sed in illa potiùs contumaces persistunt, hi non homines, quorũ est labi & errare, sed Dæmones, qui semper in errore obstinata mente perseuerant, meritò sunt iudicandi. Quare qui in Christi Iesu liberatoris nostri verba iurarũt, neque tamen ad eius præcepta & instituta vitam moderantur, sed potiùs turpissimè viuũt, insani, stulti, ac dementes verè sunt appellandi. Qui si Virginis matris, quam & exemplũ, quod imitarentur, omnibus proposuit Deus, puritatem, splendorem, & excellentes in omni genere virtutis laudes sibi ante mentis oculos cõstituerent, satis profectò tecti essent & armati contra omnia perennis hostis tela. Mirandum certè non est, si, antequam Dei genitrix Virgo huius tortuosi, vafri, & venenati serpentis caput contereret, mortales cæci nõ videbant faces, quas sibi circumplicatæ serpentibus furiæ admouebant; nunc autem cùm huius fortis mulieris pedibus victus

prostra-

prostratusque iaceat scelestus, cùm hęc refugii ciuitas præstò sit, cùm hæc domus Dei ędificata sit in Sió, in quam se oppugnati recipiant, cùm propugnaculum & murum cõtra omneis furibundos Satanæ impetus habeamus munitissimum, nos ab hoste teterrimo, & satellitibus eius, hoc est à vitiis & peccatis, quorum ille faces incendit, turpiter vinci ac superari patiemur? Abst. *a* Quòd igitur multi Christiani turpiter & dissolutè viuunt, inde euenire existimandum est profectò, quia se diuinę Virgini diligenter non cõmendant, nec animorum contuitum in illâ defigunt. Quòd si facerent, vitiis certè nunciũm remitterent, vnam probitatem colerẽt, hostem perennem magnificè vincerent, & eã laudem, quę veram solidamque virtutem cõsequitur, sibi compararent. Hanc igitur sanctam, puram, nitentem, & perlucidam stellã respiciamus, ne in huius vitę periculoso mari nauigantes naufragium faciamus. Virginis igitur (vt eò redeamus, vnde digressi sumus) splendor & pulchritudo in summam rapit cælites omneis admirationem. Siquidem ea est Cedro fragrantior, vite vberior, oliua pulchrior, victoriæ laude palma præstantior, Cypro excelsior, balsamo pretiosior, odoreq; suauior, terebintho ad aspectũ pulchrior, myrrha electu dignior, platano amabilior, sole lucidior, luna pulchrior, stellis clarior, aurora radiantior, luce gratior, die iucun-

a Cur multi Christiani turpiter viuunt?

Pulchritudo Virg. & laudes.

iucundior, vallibus fertilior, collibus gratior, campis feracior, hortis floridior, desertis tandem intactior atque integrior. Ergo Mariæ inuictissimus cœli exercitus aduoluitur pedibus, ei se Angeli prosternunt, ei se beati omnes submittunt tanquam vniuersitatis Reginæ, & triumphatrici augustissimæ, atque sanctissimæ Triadis sponsæ amabilissimæ. Per quam Angeli, qui antea Euam incusabant, iam sexum femineum laudant. Per Virginem est cœlum apertum atque patefactũ, in quod Adamus, qui tot annos Paradisi finibus extorris fuerat, fuit tandem ingressus. Per Mariam cõposita sunt, quæ inter cœlum & terrã erãt, dissidia, & pax conciliata mundo. Per eã mortales cœlitũ sunt consequuti dignitatẽ, & appellantur serui, amici, & filii Dei, & Angelorum consortio colloquioque dignantur. Per sacratam Angelorum Reginam crux lõgè lateque micanti lumine resplenduit in terris: & victa mors in ipsa cruce, & inferi spoliati sunt. Per hanc fortem mulierem inania simulachra planè deiecta corruerunt, eorumque aræ euersæ, & vera religio instaurata est. Per hanc cœli Reginam, cœlestium rerũ cognitione illustrati fuimus, ac Dei vnigenitũ cognouimus. Quantum diuinæ Virgini debemus, per quam, tanquam per cœli portã, nobis patuit aditus ad cœlestem lucem aspiciendam, ad pristinam dignitatem ac libertatem, cuius ornamentis Satanæ inuidia in culpam

Bonaquæ per Mariam redũdarũt

sancta: Quæ certè pars omnium fuit optima & maxima: siquidem visio ei fuit illustrior obiecta, gaudium contigit cumulatius, gloria solidior ac longè latèque diffusior, possessio amplior & copiosior. Bonam partem habuit, quia fœcunda fuit & concepit. Habuit etiam meliorem, quia Virgo permanens integerrima concepit. Optimam tandem sibi partè elegit, & Deus ei plus quàm optimam largitus est: quando ex ea quidem carnem assumpsit. Pulchrè quidem & appositè Ecclesia Catholica, personę Virginis in cœlum amplissimè elatæ seruiens, inquit Spiritu afflata diuino: *Quasi Cedrus exaltata sum in Libano*: quia virginali puritate longè Virgines omneis exsuperauit. Vel ipsos Angelos virgineo fulgore multum Maria anteiuit. Tanta fuit Virginis puritas, vt digna fuerit, quæ Spiritus sancti sacrarium & filii Dei habitaculum efficeretur. Aptè quidem & congruenter Mariæ virginitas Cedro comparatur. Cedrus enim nũquam carie sentit, suauissimum ac iucundissimum afflat ex se odorem. Sic etiam Maria Virgo viriditatem virgineam, quæ nunquam defloreſcere poterit, perpetuò conseruauit, eamque ad cœlum illibatam detulit. Eius purissimę virginitatis flos suauissimo cęlũ & terras omneis respergit odore, & honestissimè floret laudibus, litterisque omnium gentium ac linguis ornatur: viget monimentis gloriæ sempiternis. Quomodo enim tot

Virginitas Mariæ Cedro comparata.

millia Virginum in castitatis castris militassent, & quotidie militarent, nisi ex florentissima Mariæ virginitate tam suauis afflatus odor eos reficeret & ad se raperet? a *Trahit post se ducem in odorem unguentorum suorum* virgines omnes Dei Mater, quæ prima omnium virginitatem perpetuâ voto præpotenti Deo consecrauit, & virginum ordinem, insolitum antea, felicissimum & altissimum diuinis auspiciis fundauit, & ad omnem excellentiam & amplitudinem excitauit. Quam Reginam ac Dominam suam agnoscunt Angeli, & sanctissimè venerantur, eiusque perpetuam virginitatem, salutis æternæ fœtu illustratam & sacratam, quàm amplissimis laudibus prosequuntur. Nunc in veræ gloriæ sinu & felicitatis gremio posita, oculos, quos diuino amore pascit, nunquam à filio dejicit; nunquá ab illius prospectu abducitur, cui semper liberaliter seruiuit, amáter indulsit, cuius ad nutum & voluntaté suas constantissimas actiones, omnia dicta, facta, & cogitata retulit. Sépper igitur ea fixis oculis filium contemplatur. Luce illa, qua totum cœlum diffudit, omnes terrarum oras ac regiones collustrat etiá: omni nitenti lumine complet. Velut aurora suauissimis & fœcundissimis roribus, quos huc affluenter demittit, terras lætificat. b Sanctissimæ Triadi, cuius est ancilla humilissima, proxima sedet, vt pro nobis deprecetur. Eam Pater filiam, filius Matrem, Spiritus sanctus sponsam

a *Cant. 1.*

b *Dauid Psal. 44*

sponsam appellat. Apud quem nobis est deprecatrix assidua. Matris gloriosæ dulcissimis precibus filius diuinus iustam iram remittit, & peccata nostra condonat, gratiamque impertitur, qua muniti pietatem colamus, diuinisque præceptis pareamus. Sacrata Angelorum Regina tantum auctoritate & gratia inter cælites præstat; vt apud Deum ea possit, quæ nemo præter illam. Cuius causa, tot annorum, antequam ea fieret, millibus Adamus & Eua, cum posteris omnibus, à morte perpetua, & supremo diuinæ gratiæ exilio, iustissima peccati sui pœna, conseruati fuerunt; atq; diuinæ animaduersionis seueritas magna ex parte mitigata. Omnes denique gratiæ & beneficia, in veteris testamenti patres collata, profecta sunt à summo in Virginem amore. Cæterùm ab eo die, quo castis suis visceribus Dei verbum concepit, interest omnibus beneficiis, quæ Deus ipsa deprecante tribuit mortalibus: quibus, summo in Matrem incitatus amore, postulata concedit. Vnde est apud Bernardum: *Nulla gratia in terras, nisi per Mariæ Virginis manus, descendit.* Ea igitur genus humanum Deo reconciliat, & filiũ suum, à quo salus omnium conseruata est, semper pro nobis deprecatur. Clarissima eius in nos clementiæ extant quotidie impressa vestigia: respicit benignè mortales, vel peccatis imbutos, quoties in gravia incidunt pericula, & in rebus afflictis ac miseris eis opitulatur.

Quantũ apud Deũ possit Virgo, per quã cuncta mortalibus bona sũt à Deo largita.

Quin ipsa pericula omnia propulsat, & facit, vt errantes resipiscant, & superioris vitæ indigne transactæ salutarem dolorem capiant, ac tandem ad æternam vitam perueniant. Omnes igitur exultent gaudio & lætitia, inuiolatam Dei parentem amplissimè supra omnes Angelorum choros in cælum elatam fuisse: omnes sanctum eius nomen perpetuis & amplissimis laudibus prosequantur. Sed nostra ab eius ortu ad assumptionem vsque ducta historia iam extremum habebit. Quòd si ego in peccatorum colluuione cõceptus, eoque labe concretus & commaculatus, de filio tuo, de parentibus tuis, de sanctis tuis moribus & indole, de te, purissima & immaculata Dei Mater, ausus sum historiam texere: id feci, clementissima Virgo, tua impulsus pietate. Quæ si tibi grata fuit, te deprecor, me peccatis adspersum mansuetissimo respicias contuitu, & filio tuo diuino reconcilies, ab eoque gratiam & post huius vitæ decursum perpetuam mihi obtineas felicitatem. Tuæ igitur fidei ac singulari custodiæ, ô sola Virgo & Mater Dei, me totũ committo, tuis sanctissimis pedibus prouoluor, & supplex te rogo, Mater Domini mei Iesu Christi, vt precioso filii tui sanguine omnes animi mei labes & sordes eluãtur. a Da mihi obtecro, virtutis tuæ gloriã amare, filii tui dulcedinis magnitudinẽ cognoscere, ad tuũ filiũ & ad te accedere mundato & tibi seruire: illi vt creatori ac Domino meo;

Oratio autoris ad Virginem.

a D. Illef. in ac Virgin Maria, ca. 12

meo; tibi, vt genitrici factoris ac Domini mei: illi, vt omnium virtutum Domino; tibi, sicut omnium ancillæ Domini. Illi, vt Deo, tibi, vt Matri Dei: illi sicut Redeptori meo, tibi sicut operi redemptionis meæ. Me igitur, ô maris stella, alma Dei Mater, iacentẽ excita, cadentẽ erige, infirmũ cõfirma. Etenim in te cõjiciunt oculos errãtes omnes & miseri. Tota suauis es Virgo singularis, & inter omneis mitis ac mansueta: b *Tota pulchra es*, & diuinos oculos specie tua totos ad te conuertis & rapis: quia Virgo & Mater Dei es. Recordare, ideo ad filii dexterã te in cœlo considere, summo honoris & gloriæ splẽdore decoratã, vt omniũ filiorũ Euæ, in hac ærumnarum miseriarũq; exulum valle, salutis ageres causam. Nomẽ sanctũ tuũ, quod est Maria, quæso, diligenter attende, & mihi fer opẽ clementia tua. Ea est huius nominis Maria dignitas, ea virtus, ea maiestas & amplitudo; vt eo audito, Angeli lætentur, dæmones difflentur ac disiiciantur; & Deus illis, à quibus per hoc nomen obnixè rogatur, occurrit in precibus, in optatis atque in votis. O nomen præclarum, augustum, sanctum, atque diuinũ, omni suauitate atque dulcedine plenum, perpetua laude dignum, sempiternis gloriæ monumentis decorandũ, in omnibus huius vitæ incommodis, ærumnis, atque calamitatibus, ore, corde, mente, & animo etiã atque etiam implorandum. Nullum aliud nomẽ, cùm à Iesu filio tuo discesseris, reperitur,

b *Cant. 1*

Maria nomen excelsum

quod æquè iustorū pietatem inflammet, peccatis adspersis diuini numinis offensi dolore commoueat, errātibus viā ostendat, peccatorū nubē dispellat, atque tuum æterna in laude ponendum nomen Maria. Multis quidē titulis, & nominibus insignibus & pulchris, teq; dignissimis, quorum gloriam tu sola sustinere potes, præterea nemo, ornaris, diuina Virgo: sed tamen Cætus fidelium, cùm te salutat, tuam opem & patrocinium implorat, his titulis te potissimùm appellat: *Salue Regina, Mater misericordiæ.* Non diceris Imperatrix (cùm sis tamen verè, iam tum cùm æternum verbum virgineo vtero tuo mirabiliter concepisti, omnium, quæ cœli terræque ambitu continentur, rerum) nec Domina dominatū, neque Patrona patronarum, nec Regina reginarum; quę nomina speciem habent in terris amplitudinis & gloriæ; sed nominaris Regina misericordiæ, quia huiusmodi regnum, extra ostium limenque inferorum, latissimè patet. Cuius certè regni titulo & in cœlis & terris amplissimè triumphas, atque filii tui præcipuum & proprium patrimonium, nēpe misericordiam, (quam vt Deo peculiarem his verbis fideles implorant: *Deus, cui proprium est, misereri semper & parcere*) in tua habes potestate. Isaiæ vatis ore Dominus dicit: *Ego cōsiderabo in loco meo.* a Locus certè Dei misericordia est. Quàm illa est admirabilis permutatio atque compensatio? Ancillam te dicis

a Glos. sic exponit.

Domini,

Domini, cuius inuiolata Mater es, Virgo purissima; Ecclesia Catholica humilitatem tuam amplissimo titulo compensat, cùm te *Reginæ, Matrem misericordiæ* vocat. Cuius misericordiæ laudibus, non auro gemmisque fulgentibus, te coronat, cùm vocibus, psalteriis, organis, citharis, lyris, tubisque ductilibus, cuiles modos faciens, te appellat; *Salue Regina, Mater misericordiæ.* Quibus diuinis ac te dignissimis titulis, tibi vni debitis ac diuinitus concessis, præterea nemini, æterna triumphi laude decoraris. Quisnam, gloriosa Domina, longitudinem, latitudinem, altitudinem, & profundum misericordiæ tuæ inuestigare posset? Etenim eius longitudo opẽ fert, & ferè tempore ad supremum vsque iudicium exactum, miseris inuocata. Latitudo verò atque illius amplitudo replet orbem terrarum: vsq; adeò, vt tua misericordia plena sit omnis terra. Iam & eius altitudo cælestis ciuitatis inuenit instaurationem: profundum autem iacentes in tenebris & vmbra mortis in lucem ac libertatem vindicauit. Etenim per te cælum repletum, infernus spoliatus atque exinanitus est, instauratæ Angelorum ruinæ, & sperantibus in te mortalibus vita restituta. Ad te igitur cõfugimus, Domina, sitientes, tanquã ad perennem misericordiæ fontẽ, vnde omnibus vera vita emanauit. Tu enim es gratia plena, gaudii pelagus inexhaustum, vnicum molestiarum leuamen, omnium cordis dolorum

Magnitudo misericordia Mariæ.

medicamentum singulare. At tu, ô clemens Virgo, Virgo lumen & ornamentum cęli, per quam mors expulsa, vita autem fuit introducta, auxilio nobis adcurre. Nobis, qui te in oculis mentibusque defiximus, subueni. Nobis, qui in te spes & opes omneis sitas & locatas habemus, succurre. Tu patrona es, tu parens omnium. Tu, ô templũ sanctitatis, portus omnium gentium, lux purissima, quæ latè splendorem tuum diffundis; quæ omnia illuminas, peccatorum nubem, in quam infelix me indui, vt illinc emittar, disrumpe. Liceat mihi, obsecro, riuulum accersere ac ducere ex tuo illo fonte, vnde misericordia manat. Tua nunquam in me claudetur benignitas, nunquam tua excludar liberalitate; quæ me afflictum & prostratũ sæpius erexisti. Oculos illos sole lucidiores ad omneis, qui te castè colunt, & ex animo implorant, conuerte, labores nostros respice, commotas tempestates seda, & nos in portum quietis & tranquillitatis, benignitatis tuæ aura flante, proueh. Gratias tibi ago & habeo, purissima & immaculata Dei Mater, quãtas maximas animus meus capere potest; quæ meum studium, vt hanc de tuis laudibus scriptionem susciperem, vehementiùs incitasti, & precibus meis optimum euentum dedisti. Te igitur, ô Maria, cuius radiis veræ salutis lux inardescit, ac vitæ splendor refulget, per eam pietatem, quæ erga te in filio tam insignis fuit, pedibus tuis aduo-

lutus

lutus obsecro; vt, sicut illum resurgentem vidisti, & tum curæ tibi omnes ademptæ gaudiaque omnia illata sunt, ita sanctis tuis precibus victus idem resipiscentem mihi animũ immittat, erranti viam ostendat, humo excitet, ad cælestium rerum contemplationẽ erigat. Ac, vbi reuiuiscet corpus, & resurgam, animaque iterum corpori coniungetur, te, pia Mater & puriſſima Virgo, demisso vultu ac supplici voce obtestor, ne Beatorum sedibus excludar, sed per te vitæ immortalis laurea tandem exorner in cœlo; vbi cum Beatis omnibus te sempiternis laudibus celebrem, tuumque filium Iesum laudem, meæ seruatorem vitę; qui editus ex te incarnatus Deus noster omnium sanguine suo pretioso salutem constituauit: Cui est omnis laus, honor, & gloria, cum Patre & Spiritu sancto ab omni æternitate, & nunc, & semper, & infinita sæcula. Amen. Finis libri. Laus Deo.

ÆTERNO. DEO. VIVO. ET VERO. EIVSQVE. SANCTISSIMÆ. MATRI. PVDICITIÆ. TEMPLO. VIRGINITATIS. CORONÆ. PVDORIS. SACRARIO. IMMORTALITATIS. FONTI. GLORIÆ. THRONO. MISERICORDIÆ. MATRI. MISERORVM. PRÆSIDIO. SPEI. MORTALIVM. ARCI. LIBELLVS. HIC. QVANTVS. QVANTVS. EST. INSCRIPTVS. DICATVSQVE. EST.

Subcensura sanctæ Matris Ecclesiæ Apostolicæ Romanæ, solidissimæ veritatis columnæ.

SVMMA PRIVILEGII.

GRatia & Priuilegio Sereniſſimorum Belgii Principum conceſſum eſt Martino Nutio, Bibliopolæ & Typographo Antvverpienſi, vt libere imprimat & vēdat librum, cui titulus eſt: MARIÆ VIRGINIS PVRISSIMÆ DEI MATRIS VITA, Auctore M. Petro à Gogni & Viguria Pōpelonenſi collegialis Eccleſiæ loci Gollano rectore. Eodemq; Priuilegio ſancitum eſt, ne quis citra voluntatē dicti Martini Nutii eundem librum intra ſexennium imprimat, aut alibi impreſſum in has inferioris Germaniæ Ditiones importet, venalémve habeat. Qui ſecus faxit, confiſcatione librorum & alia graui pœna mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ 22. Ianuarii, Anno 1608.

Signat.

Buſchere.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE